EXEMPLA INSCRIPTIONVM LATINARVM

IN VSVM PRAECIPVE ACADEMICVM

COMPOSVIT

GVSTAVVS WILMANNS.

TOMVS PRIOR.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
A. MDCCCLXXIII.

PRAEFATIO.

Pauca sunt quae monenda putem de ratione quam in eligendis digerendis ordinandis exemplis secutus sim: universa enim ei qui librum inspexerit satis apparebit. Elegi autem ubi id fieri potuit inscriptiones et fidei et lectionis indubitatae easque quae vel omnino magni momenti vel inprimis aptae viderentur esse ad singulas res cognoscendas qnae in epigraphice latina discendae sint; leges aliaque instrumenta, quae in usum academicum iam composuit C. G. Bruns, fere exclusi, paucis tantum et in singula capita et in appendicem receptis, quae ne ab hac quidem collectione recte abfuissent ut privilegia militum tabulae patronatus aliaque nonnulla. Digessi titulos ea ratione quae et discentibus et docentibus commodissima esse mihi videbatur, ut priora capita praecipue formae nt ita dicam exteriori inscriptionum cognoscendae destinarem, dein diversorum ordinum monumenta sacris sepulcralibus honorariis titulis iam non distinctis sequi iuberem, postremo denique capite praeter analecta nonnulla quae inprimis nominnm apud Romanos rationem illustrarent earum inscriptionum exempla componerem, quae in instrumento domestico, tesseris, glandibus, sortibus, tegulis, fistulis cet. impressa insculpta picta inveniuntur. Ordine quo tituli referendi sint ubique magna cura perpenso, uno eodemque in omnibus capitibus uti haud idoneum iudicavi. Quod in monumentis imperatorum, hominum ordinis senatorii, procuratorum a vetustioribus initium petens ad recentiora descenderim, vix erit qui reprehendat. Priore quoque huius libri parte qua dedicationum donariorumque, titulorum sepulcralium cet. varias formas rettuli, eas eo,

quo ortae sunt, ordine dare sine dubio optimum erat, ita ut statim quae certis temporibus formae usitatae fuissent appareret: dummodo fieri id possit, quod nego. Quamquam enim de nonnullis constat, eas ante certam aliquam aetatem non inveniri, tamen nimis multae restant, de quibus nihil statuere queas; praeterea et ex ipsa re facile perspici et demonstrari potest, singulas formas non eodem tempore ubique inveniri, sed cum haec illo, illa hoc loco satis remota aetate iam occurrat, inde postea demum in alias urbes provinciasque pervenisse; itaque in tali ordine etiam ad singula oppida regionesque singulas animum attendi oportebat quaerique, quando ibi primum diversae formae reperiantur. Quae quaestio et difficillima est neque institui poterit, antequam corpus inscriptionum latinarum perfectum sit. Quare id quidem praestare non conatus viam ingressus sum quae hac relicta ultro se offerebat, scilicet eam ut principio formas cuiusque generis simpliciores darem, deinde uberiores, similia ubique coniungens, singularia secernens ut in inscriptionibus sacris Matris magnae Mithraeque titulos, in sepulcralibus columbaria; tantummodo donariorum pauca illa quae habemus exempla bello Hannibalico vetustiora nonnullaque reipublicae liberae temporibus exarata, quae certis annis tribui possunt, reliquis miscere nolui ideoque initio separata proposui. Quod ad reliqua libri capita attinet, unam rem municipalem quomodo aptissime tractarem aliquamdiu dubitavi. Haud placebat ea ratio qua Orellius olim negotio suo functus est, scilicet ut primo loco exhiberet titulos in quibus legum municipalium mentio fieret, deinde quae ad deductionem coloniarum cet. pertinerent, tum quae populi, quae decurionum, quae IIvirum, quae aedilium cet. in municipiis coloniisque condicionem illustrarent, sequerentur deinde collegia municipalia ita ut componerentur qualiumcumque oppidorum primum collegia fabrum deinde centonariorum tum nautarum cet.; haec enim quamquam optime patefacit, singuli magistratus et qui et quid fuerint in municipiis collegiaque et quae plerumque in oppidis Romanis exstiterint et quam reipublicae formam habere solita sint, tamen vitiis quoque nequaquam levibus laborare videbatur. Nam et per se facile intellegetur et peritus nemo negabit, licet et Apulum et Lugdunum et Pompeii coloniae Romanae sint paribusque fere institutis utantur, tamen totam reipublicae speciem earum fuisse diversissimam, quae differentia nisi uno et perpetuo tenore cuiusque oppidi gravioribus monumentis omnibus relatis cognosci nullo modo potest. Prueterea et ipsa qua in singulis provinciis tituli concipiun-

tur ratio diversa est: differunt ipsius Italiae regiones, multo autem magis Africa et Gallia provinciaeque Danuvianae: hoc quoque discrimen qui cognoscas, nisi separatim continua serie singularum imperii Romani partium titulis relatis? Quare id quidem, quod Orellius, indicibus libro adiunctis praestare conatus, ipse ordinem secutus sum geographicum primum Latii deinde reliquae Italiae tum singularum provinciarum titulis municipalibus qui inprimis memorabiles viderentur esse compositis, ita ut sex oppidorum monumenta ampliore numero exhiberem eorum quae maxime idonea viderentur esse ad demonstrandum, quomodo et inter se similia et tamen diversa fuissent oppida Romana, scilicet Ostiae Beneventi Pompeiorum Lugduni Cirtae Apuli.

Supra iam dixi me ubi id fieri potuerit titulos elegisse non fidei tantum sed etiam lectionis certae: quos scilicet descripserunt homines artis nostrae periti ut Smetius Marinius Borghesius Henzenus Rossius Renierus Mommsenus Huebnerus alii. Me ubi horum virorum testimonio uti licuit semper falsas aliorum auctorum lectiones neglexisse nemo improbabit; sed reliquis quoque inscriptionibus, quas a viris minus peritis descriptas habemus, varias lectiones parca manu addidi ibique tantum ubi gravioris momenti res in discrimen veniebant. Item non nisi unum plerumque auctorem unumque opus idque omnium gravissimum laudavi; liber enim qualis hic est amplo litterario apparatu non ornatur sed oneratur. Operi citato testis qui monumentum descripsit nomen non adiunxi, ubi nimis ignotus mihi videbatur esse: quid enim in hoc opusculo innumerabiles illi auctores sibi voluissent laudati qui colligendis inscriptionibus sive in patria sive in itineribus suis repertis optime quidem de litteris hisce meruerunt, quorum tamen nomina hodie non novit nisi qui totus his studiis deditus est. Omnino semper teneant volo qui libro meo utentur, eum praecipue iis destinatum esse qui his studiis operam dare incipiant, meque ab usu magnorum corporum epigraphicorum non sevocare voluisse sed potius viam ad eum munire.

Restat ut virorum doctorum indulgentiae commendem hunc librum, quem componendum suscepi olim cum Berolini essem huius urbis Mommsenique magistri fretus opibus, conficere autem coactus sum extra fines patriae in Livonia degens. Benigne etiam iudicaturos esse spero qui et quantus et quam molestus eiusmodi labor sit recte cogitaverint. Cuius fortasse dimidia pars est ea quae lectori perspicua est: reiciendum enim semper aliquid recidendumque erat

ne nimis fines suos egrederetur liber, nec semel quae Dorpati in restituendis titulis genuinisque eorum lectionibus indagandis inveneram postea collatis corporis inscriptionum schedis plagulisve iam nullius pretii erant.

Denique gratias ago Eugenio Bormann, Guilelmo Zellmer fidis amicis qui in corrigendis huius libri plagulis mihi sodales esse non recusarunt, Henzeno qui qua est humanitate mihi quoque petenti auxilium nunquam negavit, praecipue autem Mommseno qui summa liberalitate mihi et bibliothecae suae et manuscriptorum epigraphicorum usum permisit, qui cum sermone tum litteris me consiliis suis adiuvit, qui denique libri folia typis descripta perlegit, emendavit, adnotationibus suis passim auxit.

Gustavus Wilmanns.

Scripsi Argentorati m. Iunio a. 1873.

Opera epigraphica, quorum titulum plenum non citavi.

Anon. Eins. ed. Haenel = Anonymus Einsiedlensis ed. Haenel (*Iahns Archiv für Philologie und Paedagogik V p. 115 sq.*)

Boissien I. de Lyon = Alphonse de Boissieu Inscriptions antiques de Lyon reproduites d'après les monuments ou recueillies dans les auteurs. Lyon 1846 sq.

Brambach I. Rhen. = Corpus inscriptionum Rhenanarum consilio et auctoritate societatis antiqnariorum Rhenanae ed. Guil. Brambach. Elberfeldae 1867.

Corp. I, II, III, IV, V = Corpus inscriptionum latinarum consilio et auctoritate academiae litterarum regiae Borussicae editum . I ed. Th. Mommsen 1863. II ed. Aem. Huebner 1869. III ed. Th. Mommsen 1873. IV ed. Car. Zangemeister et Rich. Schoene 1871. V, 1 ed. Th. Mommsen 1872.

Donati = Ad novum thesaurum veterum inscriptionum cl. v. Lud. Ant. Muratorii supplementum collectore Sebastiano Donato. Lucae tom. I 1765; tom. II 1775.

Doni = Io. Baptista Donii Inscriptiones antiquae primnm editae et notis illustratae ab Ant. Franc. Gorio. Florentiae 1731.

Fabretti = Raphaelis Fabretti Inscriptionum antiquarum quae in aedibus paternis asservantur explicatio. Romae 1702.

Gori Etr. *sive* Inscr. Etr. = Ant. Franc. Gorii Inscriptiones antiquae in Etruriae urbibus extantes. Florentiae 1726 voll. 3.

Gruter = Inscriptiones antiquae totius orbis Romani in absolutissimum corpns redactae olim auspiciis Ios. Scaligeri et M. Velseri, industria autem et diligentia Iani Gruteri, denuo cura Io. Georg. Graevii recensitae. Amstelodami 1707 voll. 2 (ed. I Thesanrus inscr. cet. Heidelberg 1603).

Gudius = Marquardii Gudii Antiquae inscriptiones nuper a Koolio digestae et a Fr. Hesselio cum notis editae. Leovardiae 1731.

Guérin Voy. = Voyage archéologique dans la régence de Tunis exécuté (en 1860) et publié par V. Guérin. Paris 1862 voll. 2.

Henzen = Inscriptionum latinarum selectarum amplissima collectio ad illustrandam Romanae antiquitatis disciplinam accomodata. Volumen tertium collectionis Orellianae supplementa emendationesque exhibens ed. Guil. Henzen. Turici 1856.

Henzen Scavi = Relazione sugli scavi nel bosco sacro dei fratelli Arvali per larghezza delle LL. MM. Guiglielmo I ed Augusta rè e regina di Prussia operati da' sigg. Ceccarelli. Roma 1868.

Herzog Gall. Narb. = Herzog Galliae Narbonensis historia descriptio institutionum expositio. Lipsiae 1864.

I. Neap. = Inscriptiones regni Neapolitani latinae ed. Th. Mommsen. Lipsiae 1852.

Kellermann Vig. = Olaus Kellermann Vigilum Romanorum latercula duo Caelimontana. Romae 1837.

Maffei M. V. = Scip. Maffei Museum Veronense. Veronae 1749.

Marini Atti = Gaetano Marini Atti e monumenti de' fratelli Arvali. Roma 1795. voll. 2.

Marini Iscr. Alb. = Gaetano Marini Iscrizioni antiche delle ville e de' palazzi Albani. Roma 1785.

Mazochi = Iacobi Mazochii Epigrammata antiqua Urbis. Romae 1521.

Mommsen I. N. *vide* I. Neap.

Mommsen I. Helv. = Inscriptiones confoederationis Helveticae latinae ed. Theodorus Mommsen. Turici 1854.

Morcelli = Steph. Ant. Morcelli Operum epigraphicorum volumina quinque. Patavii 1819.

Muratori = Novus thesaurus veterum inscriptionum in praecipuis earundem collectionibus hactenus praetermissarum collectore Lud. Ant. Muratorio. Mediolani 1739 fol.

Or., Orelli = Inscriptionum latinarum selectarum amplissima collectio ad illustrandam Romanae antiquitatis disciplinam accommodata ac magnarum collectionum supplementa complura emendationesque exhibens. Cum ineditis Io. Casp. Hagenbuchii suisque adnotationibus ed. Io. Casp. Orellius. Turici 1828. voll. 2.

Reinesius = Thomae Reinesii Syntagma inscriptionum antiquarum. Lipsiae 1682.

Renier = Inscriptions romaines de l'Algérie, recueillies et publiées par M. Léon Renier. Paris 1855.

Ritschl tab. = Priscae latinitatis monumenta epipraphica ad archetyporum fidem exemplis lithographis repraesentata edidit Frid. Ritschelius. Berolini 1862. (Corporis inscr. lat. voluminis primi tabulae lithographae).

Ritschl P. l. suppl. = Priscae latinitatis epigraphicae supplementa ed. Frid. Ritschelius. Bonnae I 1862. II 1863. III 1863. IV 1864. V 1864.

Smetius = Martini Smetii Inscriptiones antiquae. Accedit auctarium I. Lipsii. Lugduni Batavorum 1588.

Tonini = L. Tonini Rimini avanti il principio dell' era volgare. Rimini 1848.

Torremuzza I. Sicil. = Gabr. L. Castelli Principis Torremuzza Siciliae et obiacientium insularum veterum inscriptionum nova collectio. Panormi 1784.

SVMMARIVM.

TOMVS PRIOR.

TOMVS POSTERIOR.

ERRORES TYPOGRAPHICI.

TOMVS PRIOR.

pag. 16 v. 10 *pro* 68 *scribendum* 69.

pag. 33 n. 114 v. 4 *pro* CONSS · III [2] *scribendum* CONSS [2] · III

pag. 98 n. 312 v. 22 *pro* ko(n)s(ulibus) ordinaris, *scribendum* ko(n)-s(ulibus), ordinaris.

pag. 119 v. 1 *delendum* inveniri, quod sciam, nusquam.

pag. 146 *delenda linea inter* 543 *et* 544; *versus ultimi principio excidit* ali.

pag. 171 n. 608e v. 4 *pro* ATINATIVM *scribendum* ANTINATIVM.

pag. 185 n. 638 v. 1 in. *scribendum* . . . BASSAEO

pag. 222 n. 718 v. 4 fin. *pro* HS ICC ∞ *scribendum* HS IↃↃ ∞

pag. 238 n. 768 not. 1 *delendum* 110.

pag. 328 n. 1027 v. 1 in. *excidit* D̄.

pag. 333 n. 1044 not. 2 *pro* Iutumnis *legendum* Iuthungis.

pag. 383 n. 1176 v. 1 *pro* VBICO *scribendum* VRBICO.

pag. 391 n. 1192 v. 4 *pro* OVAEST *scribendum* QVAEST

pag. 497 n. 1520 not. *pro* [2]) *scribendum* [3]), *pro* [3]) *scribendum* [2])

TOMVS POSTERIOR.

pag. 2 n. 1702 v. 2 *pro* PORTVMIVS *scribendum* POSTVMIVS.

pag. 30 n. 1826 not. 1 *delendum* 20.

CAPVT I.

TITVLI SACRI.

Donaria bello Hannibalico vetustiora.

1 A Π O Ͱ E N m

2 CIISVLA | ATIͰIA | DONV | DAT · DIANII [1]

3 FERONIA | STA · TETIO | DEDE [2]

4 FIDE [3]

5 IVNO · ͰO||VCINA

6 IVNONII [4]

7 IVNONE · RE | MATRONA | ΠISAVRESE | DONO · DEDROT [5]

8 ͰIIBRO [6]

9 DEI · MARI||CA [7]

10 MAT · M||ATVT [8]

11 MATRE | MATVTA | DONO · DIIDRO | MATRONA | ꟿ · CVRIA | POͰA · ͰIVIA | DEDA [9]

12 DEIV · NOV||E · SEDE | *versus excisus* | T · ΠOΠAIO · ΠO||Π F [10]

13 SALVTE

14 *supra fracta* NOMEͰIA | DEDE

Pisauri rep. a. 1738. Corp. I, 167—180 Ritschl tab. XLIII et XLIIII ad lapides. In cippis conscripti sunt omnes praeter n. 8, qui in cono; n. 5. 9. 10. 12 inscriptio per duo cippi latera continuatur. — [1]) *C(a)esul(l)a Atilia donu(m) dat Dian(a)e. De Caesulla cf. Fest. p. 274 v. Ravillae; auct. de nom. §. 7.* [2]) *Feronia(e) Sta(tius) Tet(t)i(us) ded(it).* [3]) *Fide(i).* [4]) *Iunon(i).* [5]) *Iunon(i) Re(ginae) matrona(e) Pisaure(n)se(s) don(um) ded(e)r(un)t.* [6]) *L(i)b(e)ro.* [7]) *D(i)(vae) Marica(e).* [8]) *Mat(ri) Matut(ae).* [9]) *Versus tres extremi postea additi videntur; legendum: Matr(i) Matuta(e) don(um) ded(e)r(unt) matrona(s). M(ania) Curia, Pol(l)a Livia ded(erunt).* [10]) *D(i)v(is) Nove(m)sed(i)s T(itus) Pop(p)a(eus) Po(m)p(onis) (?) f(ilius). — Praenomina mulierum indicium remotae vetustatis sunt eandemque ostendunt et litterarum* A (AA) E (II) O (∩) L (Ͱ) *formas et consonantes nondum geminatae et lingua, de qua adeas grammaticos. Praeterea cf. Mommsenum Corp. I. l. l.*

15 P · CORN*elios* | L[1] · F · COSOI[2] | PROBA*vit* | MAR*te sacrom*
Romae in hortis Quirinalibus pontificis rep. Corp. I, 41. Gudius servavit solus. — [1]) v traditur. [2]) Fortasse P. Cornelius Lentulus cos. a. u. 518. Vide Mommsenum Corp. l. l. Nota cognomen omissum in homine nobili.

---

16 *Ab una parte:* C · PLACENTIOS · HER · F ·[1] | MARTE · SACROM
Ab altera: C · PLACENTIVS · HER . F | MARTE · DONV · DEDE[2]
In lammina aerea rep. Tibure. Corp. I, 62 descr. Mommsenus ectypum. Ritschl tab. II B *a b. (Orell. 2417). — [1]) Her(ii) f(ilius). [2]) Mart(i) donu(m) ded(it).*

---

17 PL · SPECIOS | MENERVAI | DONOM | PORT
? In plumbea lammina. Corp. I, 191 Ritschl tab. II c ad aes. (Orell. 1421). — Legendum: Pl(autus) Speci(u)s M(i)nerva(e) don(u)m port(at).

---

18 *a.* M · FOVRIO · C · F · TRIBVNOS | MILITARE · DE · PRAIDAD · MAVRTE · DEDET[1]
b. M · FOVRIO · C · F · TRIBVNOS | *milita*RE · DE · PRAIDAD · FORTVNE · DEDET
Tusculi: Corp. I, 63. 64 Ritschl XLIX B. *c ad lapidem. (Henzen 5674). — [1]) M. F(u)ri(us) C. f. tribun(u)s militar(is) de pra(e)da M(a)rt(i) ded(i)t.*

---

19 L · TERENTIO · L · F | C · APRVFENIO · C · F | L · TVRPILIO · C · F | M · ALBANI · L · F | T · MVNATIO · T · F | QVAISTORES | AIRE · MOLTATICOD | DEDERONT
In tabella aerea Firmi rep. Corp. I, 181 descr. Huebnerus. — Legendum: L. Terenti(us) L. f., C. Aprufeni(us) C. f., L. Turpili(us) C. f., M. Albani(us) L. f., T. Munati(us) T. f. qua(e)stores a(e)re m(u)ltatico deder(u)nt.

---

20 *m. aim*ILIO · M · F . C · AN*io* . . *f.* | *prai*TORIS · PRO · PO*plod* | *di*TI · DIOVE · DEDE*re*
In lammella aerea incertum ubi reperta. Corp. I, 188 Ritschl tab. II F *ad aes. — Legendum: [M. A(e)m]ili(us) M. f., C. An(n)[i(us) . . f. pra(e)]tor(e)s pro po[p(u)lo Di]ti Diov(i) dede[runt].*

---

21 VECOS · SVPN | VICTORIE · SEINQ[1] | DONO · DEDET | LVBS · MERETO | QVEISTORES | SA · MAGIO · ST · F | PAC · ANAIEDIO · SI
Trasacci. Corp. I, 183 add. p. 555 Ritschl tab. XCVIII D. *— Legendum: V(i)c(u)s Sup(i)n(as) (cf. Bull. Inst. arch. 1861 p. 40) Victo-*

ri(a)e . . . . don(um) ded(i)t lub(en)s mer(i)to, qu(ae)stores Sa(lvius) Magi(us) St(atii) f(ilius), Pac(uius) Anaiedi(us) S(purii) [f(ilius)]. — [1]) *'Cum in lapide pro quaestore* queistor *sit* seinq *fortasse cognatione coniunctus est cum* Sancus sanqualis*que vocabulis'. Mommsenus l. l.*

---

22 //MISIO [1] MARS | M · TEREBONIO · C · L [2] | DONVM · DAT · LIBENS | MERITOD

Romae vel in agro Romano alicubi videtur effossa esse. Corp. I, 190 Ritschl tab. L*D ad lapidem.* — [1]) *Confert Mommsenus titulum Atinatem infra n. 50* Marti sive Numiterno *et* Numiternum *hic fortasse* Numisium *dici conicit.* [2]) *Nota libertum praenomine Romano quod saeculo demum septimo iis concessum esse Mommsenus iudicat quaest. Rom. I. p. 30. Noster tamen certe ante Hannibalicum bellum vixit quod et nominativus in* io *pro* ius *finiens et* meritod *pro* merito *ostendit. Fortasse libertis rusticis primae et secundae classis praenomen antea iam datum erat vel pertinet inscriptio ad bellum Punicum primum quo liberti per omnes tribus dispersi erant cf. Mommsenum trib. Rom. p. 156. 157.*

---

23 APOLONI *putio* (?) | . . METILIO . . . . . [1] | MAGISTERES . . . . | CORAVERONT | *C · ANICIO · L · Saufo* [2] (?) | *probAverOnt* [3]

Praeneste. Corp. I. p. 554 descr. Mommsenus vv. 1—4. Litt. incl. sec. Cecconium. Cf. Ritschelium Ind. schol. Bonn. 1863/4 p. 13. — [1]) *Alterius magistri nomen excidit.* [2]) L · S (T supra S) *traditur.* [3]) RIANDO *traditur.*

Donaria quae certis annis inter a. 536/710 tribui possunt.

24 HERCOLEI | SACROM | M · MINVCI · C · F | DICTATOR [1] · VOV||IT [2]
in latere sinistro iuxta versum 2: L · I · XXVI [3]

Romae. Corp. I. p. 556 cf. Bull. Inst. arch. 1863 p. 58 descr. Brunnius. — [1]) *U. c. 537. Liv. 22, 25. Pol. 3, 103. Obstat tamen quod fasti Capitolini eum L(uci) f(ilium) vocare videntur (cf. tamen Bull. l. l. p. 60) tacentque de dictatura cf. Mommsenum Corp. l. l. Probabilitatem nullam habet Ritschelii opinio (Ind. schol. Bonn. 1863/64) qui de altero Minucio dictatore inter annos 533/5 a Plutarcho Marc. 5 commemorato cogitat.* [2]) IT *litteras in latere dextro.* [3]) *Notae quomodo explicandae sint, non constat, conlata autem equi aerei in mus. Capitolino servati inscriptione* L · I · XXIIX *Bull. Inst. arch. 1864 p. 10, donaria in templis collocata numeris interdum insignita fuisse crediderim, ad laterculum in quo omnia relata*

erant spectantibus, indeque notas in latere huius marmoris adiectas explicare velim. Certe ne sequaris Henzenum Bull. l. l. Bruzzamque Ann. Inst. arch. 1870 p. 114.

---

25 *a.* M · CLAVDIVS · M · F [1] | CONSOL [2] | HINNAD · CEPIT [3]

b. MARTEI | M · CLAVDIVS · M · F | CONSOL · DEDIT

Romae prior ad thermas Traianas, posterior ad portam Capenam. Corp. I, 530. 531. Posteriorem dat Ritschelius tab. LA ad lap., praeter inclinatas litteras, quae hodie non supersunt, priorem exempla antiqua quorum optimum est Ursinianum. — [1]) *Marcellus est, Syracusarum expugnator.* [2]) *Annis u. c. 532. 539. 540. 544. 546.* [3]) *A. 540 cf. Liv. 24, 39; itaque positi videntur tituli a. 543 cum triumphum de Siculis ageret Marcellus.* Hinnad *ablativus casus est, intellege: ex Hinna (sive Henna) cepit.*

---

26 *a.* M · FVLVIVS · M · F | SER · N · COS [1] | AETOLIA [2] · CEPIT

b. M · FOLVIVS · M · F | SER · N · NOBILIOR | COS · AMBRACIA [2] | CEPIT

Prior Tusculi (Frascati), posterior Romae rep. a. Corp. I, 534 Ritschl XLVIII, E = LXIXE (Or. 562). b. Bull. Inst. arch. 1869 p. 8 descr. Rossius. — [1]) *A. 565.* [2]) *Ablativus est cf. n. 25. — Nota in altero monumento cognomen adici, abesse in altero, in hoc Nobiliorem dici Fulvium, in illo Folvium, in posteriore P litteram etiamtum apertam esse, in utroque vetusto more Aetolia, Ambracia ablativo casu poni, cum tamen pro* CONSOL *iam* COS *nec* L *littera acuta inveniatur: haec omnia aetatem ostendunt, qua usus novus obtinere coepit vetere evanescente. — Basis Tusculi rep. ad eam manubiarum partem spectare videtur, quam municipio patrio Nobilior donavit, Romana ad eam quam Musis consecravit (Cic. pro Archia c. 11.) cf. Rossium l. l.*

---

27 *a.* L · MVMMI · L · F · COS [1]

Duct(u) | aúspicio ímperióque | — éius Acháia cápt(a)
Corínto | déletó Ro — mám redieít | triúmphans. [2]
Ob hásce | rés bene géstas — quód | *is* in béllo vóverat, |
Hanc aédem ét signu | — Hérculís Victóris
IMPERATOR · DEDICAT

Romae in monte Caelio. Corp. I, 541 Ritschl tab. LIA (Orell. 563). Versus sic ordinavit Ritschelius. — [1]) *A. u. c. 608.* [2]) *A. u. c. 609.*

b. Sancte!

De decuma, victor, tibei Lucius Mummius donum
Moribus antiqueis pro*miserat* [1]) hoc dare sese.

Visum animo suo perfecit, tua pace rogans te
Cogendei dissolvendei tu ut facilia[2] faxseis,
Perficias decumam ut faciat verae rationis,
Proque hoc atque alieis doneis des digna merenti.

Reate. Corp. I, 542 descr. unus Pomponius Laetus, qui coniectando nonnulla videtur corrupisse. — [1]) Pro usura *traditur, emendavit Mommsenus.* [2]) Facilia *corruptum esse et metrum et sententiam declarat.*

c. L · MVMMIVS · COS | VICO[1]

Trebulae Mutuescae bis in duabus basibus, una cum quibus bina signa heroum, ut videbatur Fabrettio, Graecorum reperta sunt. Corp. I, 543 descr. Fabrettius. (Orell. 564.) — [1]) *Trebulae scilicet.*

d. L · MVMMIVS | COS · DED · N[1]

In agro Nursino. Corp. I, 544. — [1]) *Ded(it) N(ursinis).*

e. L · MVMMIVS | COS · P · P[1]

*Parmae in theatro. Corp. I, 545 Ritschl tab. LIV*D *ex lap. (Henz. 5349). Litterae cum sint aetatis Augustae, eo tempore pro vetere nova basis substituta videtur esse.* — [1]) *P(opulo) P(armensi).*

f. *l. mumm*IVS · L · F · IMP | *ded. co*RINTHO · CAPTA | *vico ital*ICENSI

Italicae rep. in tabella marm. exigua. Corp. I, 546. II, 1119 descr. Huebnerus quae supersunt, quae inclinatis dedi Hispanus quidam. Haec quoque posteriore aetate videtur restituta esse.

---

28 C · FANNI · M · F | COS[1] · DE | SENA · SEN[2] | DEDIT

In parva base litteris exilibus. Corp. I, 560 Ritschl tab. LVIc. (Henz. 5351.) — [1]) *A. u. c. 632 cf. Mommsenum Corp. l. l.* [2]) *De sena(tus) sen(tentia).*

---

29 Q · MINVCIVS · Q · F | RVFVS[1] · LEG[2] · APOLINEI | PVTIO · MERITO

Delphis. Corp. I, 562 descr. Cyriacus. — [1]) *Fortasse idem est qui a. 637 (infra n. 872) de agro Genuate cum M. fratre sententiam tulit. Mommsenus l. l.* [2]) Leg(atus) *item simpliciter ponitur Corp. I n. 605; imperatoria aetate semper additur vel pro praetore vel provincia vel imperatoris proconsulisve significatio. Mommsenus l. l.*

29*a* P · SERVILIVS · C · *f* | ISAVRICVS | IMPERATOR · CEPI*t*[1]

Romae. Corp. I p. 559 n. 1506 ad exemplum antiquum. — [1]) *Adnotat Mommsenus: 'P. Servilius C. f. M. n. Vatia post consulatum, quem gessit a. 675, pro consule missus est adversus piratas in Ciliciam Isaurisque*

ibi domitis Isauricus appellatus Romam redux cum per quinquennium exercitui praefuisset (Cic. Verr. 3, 90, 211) a. u. c. 680 triumphavit. Ex praeda signa recepta in aedes publicas rettulisse eum praeter titulum testatur Cicero in Verr. act. II, 1, 21, 57.'

---

30 *a*VG·LARIBVS·D·D[1] | *ep*APRODIT·PLOTI·C·S[2] | APOLLON[3]·OFILLI·N·S |
PHILEMO · MESC N *l* S[4] | POTHVS · VIRRIAI · S | PHILOGEN · CVRTIL ·
P · S | DAMA · VETTI · PR · S[5] | SVRVS · IVENT · P · S | APOLLON[3] ·
ARRI · CN · S | ANTIOC · PLOTI · C · S | TIASVS · DECI · P · S | DIOGEN ·
METILI·C·S | ORFEVS·AFINI·L·C·S[6] | BACCHVS AFINI L S | ART*e*MIO
SPEDIOL C S[7] | SVLLA[8]·FLAVI·P·S | PAMPHIL·NONI·P·S | EVCAERVS .
FLAVI · P · S | ANTIOC · MESC[9] · Q · S | PHARNA*c*[10] · EGNAT · P · S |
C · IVLIO | M · CALPVR | COS[11]

Sabbionetae in agro inter Mantuam et Cremonam. Corp. I, 602 et melius V, 4087 ad exemplum antiquum. — [1]) *D(onum) d(ederunt).* [2]) *Traditur* APRODITI. *[Ep]ap(h)rodit(us) Ploti, G(ai) s(ervus) legendum eodemque modo reliqua.* [3]) *Apollon(ius) vel tale quid.* [4]) *Traditur* MESC N E S, *legendum videtur: Mesc(iniorum) N(umeri) [L(uci)] s(ervus).* [5]) *'Malim emendare* P·P·S *id est duorum Publiorum servus, quam cum Borghesio explicare Pr(oculi) s(ervus)'. Mommsenus l. l.* [6]) *'Aut scribendum* AFIN *id est Afin(iorum) L(uci) G(ai) s(ervus) aut delendum* C'. *Mommsenus l. l.* [7]) *Fortasse Spedio(rum) L(uci) G(ai) s(ervus). Traditur* ARTIMIO. [8]) *Nomen servile (ut liberti cognomen habes I. Neap. 4973 cet.) simul et cognomen gentis nobilis; eodem modo usurpata inveniuntur Faustus, Saturninus, Ianuarius aliaque, rara tamen exempla.* [9]) *Mesc(inii).* [10]) PHARNAS *traditur.* [11]) *A. u. c. 695.* COS *iuxta duo versus postremos positum est.*

---

31 *ap. claudi*VS · AP · F · PVLCHE*r*[1] PROPYLVM · CERE*ri* | *et proserpi*NAE · COS ·
VOVIT *im*PERATO*r coepit* | *pulcher clau*DIVS[2] · ET · REX · MAR*cius*[3] *fec*ERVN*t*
ex testam

Eleusine rep. in epistylio propylaeorum, quae memorat Cic. ad Att. VI, 1, 26; 6, 2. Corp. I, 619 descr. Conzius. — [1]) *Cf. de eo Mommsenum Corp. l. l.; consul fuit a. 700, provinciam Ciliciam obtinuit usque ad pridie Kal. Sext. a. 703, mortuus a. 706.* [2]) *Filius Appii adoptivus cf. Mommsenum l. l.* [3]) *Sororis Appii a Q. Marcio Rege cos. 686 filius.*

Tituli sacri reliqui.

32 DEVAS | CORNISCAS[1] | SACRVM

Trans Tiberim rep. Corp. I, 814 descr. Smetius. — [1]) *De(i)va(i)s Cornisca(is) sive divis Corniscis cf. Fest. p. 64.*

---

33 *a.* IVNONE[1]
⊦OVCINA
TVSCO⊦ANA
SACRA

b. . . O⊦E
*tusc*O⊦ANA
SACRA[2]

*Prope Capuam in duobus lapidibus formae pyramidum. Corp. I, 1200 et 1201 Ritschl tab. XXXVI*D *et* E *ad lap.* — [1]) *Iunon(i) L(u)cina(e) Tusc(u)lana(e) sacra.* [2]) . . . *ole [Tusc](u)lana(e) sacra.* — *Licet titulos post bellum Hannibalicum positos esse necesse sit, quippe qui in Campano agro reperti sint, remotam tamen aetatem arguunt et lingua (Dat. sing. in* E *pro* EI *sive* I, *in* A *pro* AI *sive* AE; O *in medio verbo) et* ⊦ *acuminata et* OV *pro* V.

---

34 PIETATIS · SACRVM[1]

Veiis in basi rotunda. Orelli 1824 descr. Nibbyus. — [1]) Sacrum *adiecto dei nomine casu genitivo perraro invenitur (cf. infra n. 2397), saepius arae inscribuntur* ARA · NEPTVNI, ARA · VENTORVM *cet. (Orell. 1339. 1340).*

---

35 *IVNONE* · ⊦OVCINAI | *DIOVIS* · CASTVD · FACITVD

Romae rep. in lamella aerea utrimque inscripta; inscriptionem alteram nimis mutilam praetermisi; quae inclinatis dedi perierunt, protulit ea Garruccius ex diagrammate in collegio Romano soc. Iesu servato. Corp. I, 813 cf. p. 561 et VI, 357 Ritschl Priscae Lat. epigr. suppl. III p. 17. 18 cf. II p. 12. IV p. 17. 18. — *Intellege cum Mommseno: Iunon(i) L(u)cina(e) (I)ovis (coniugi). Cast(e) facit(o)!*

---

36 QVIRINO | L . AIMILIVS · L · F[1] | PRAITOR

Romae in Quirinali. Corp. I, 630 ex Gudii ms. — [1]) *Ad quem L. Aemilium L. f. praetorem pertineat incertum cf. Mommsenum Corp. l. l. Vetustatem tituli indicant* AI *pro* AE, praitor *plene scriptum pro* PR, *cognomen omissum.*

---

37 *F*ERON*iae* | C · MODIEIVS · C · F | C · N · MANC · DO[1]

Trebulae Mutuescae. Corp. I, 1308 descr. Fabrettius. — [1]) *Manc(ipio) do. Raro verbum persona prima ponitur cf. n. 76. 131. 2693 (148. 149) cet.*

38 HERCOLI · CELERI · DAT[1] | A · RVTILIVS · P · L · ANTIOCVS

Romae. Corp. I, 815 descr. Smetius aliique. — Vix post Sullam basis posita est, cum Hercules etiamtum Hercoles *vocetur, post tamen saec. septimum medium, cum libertus cognomen iam habeat. cf. Mommseni quaest. Rom. I p. 58 sq.* — [1]) *Plerumque tempore perfecto:* dedit (D); donum *vel* dono dat *vel* dedit (D · D) *cf. indicem.*

---

39 AESCVLAPIO · SANCTO | L · IVNIVS · AGATHOPVS . ET · TERENTIA · RV|FINA[1] · GRATIAS · AGENTES · NVMINI · TVO · D · D[2]

Romae. Corp. VI, 6 descr. Smetius. — [1]) *Pro* et *saepe* cum *illo (praesertim in coniugibus) similiaque, verbo plerumque numero singulari, interdum plurali sequente: is* cum *illa* dedit *vel* dederunt. *Cf. indicem nostrum.* [2]) *Cf.* gratias d(onum) d(ant) *Corp. VI, 83 (Marini Atti I p. 23), sed perraro* agentes *omittitur; plerumque praeterea dicitur* ei *vel* numini eius; *simili tamen modo deus compellatur apud Maffeium M. Ver. 248, 9:* HERCVLE | TIBI | V(otum) S(olvi). *I. Neap. 3580 ubi nescio quis deae Isidi ipsius imaginem dedicans ita id exprimit:* TE · TIBI · | VNA · QVÆ · | · ES · OMNIA | · DEA · ISIS · | ARRIVS BAL|BINVS · V(ir) C(larissimus). *Cf. infra n. 2693 cet.*

---

40 IOVE | OPTVMO | MAXSVMO | T · PETTIVS · T · F · T · N | D · D · L · M[1]

Ameriae. Corp. I, 1402 descr. Accursius aliique. — Iove *pro* Iovi, maxsumo *litteris* XS *scriptum, cognomen T. Pettio T(iti) f(ilio) T(iti) n(epoti) nullum adtributum, reipublicae liberae aetatem ostendunt.* — [1]) *D(onum) d(at) vel d(edit) l(ibens) m(erito). Similes formulas vide in indice.*

---

41 HERCVLI · SACR | DAPHNVS · IMP | T · CAES · AVG · VESPA|SIANI · SER · PECVL[1] | VILICVS · PRAEDIOR | PEDVCEANOR | D · D

Romae. Corp. VI, 276 descr. Cyriacus. — [1]) *Imp(eratoris) T(iti) Caes(aris) Aug(usti) Vespasiani ser(vus) pecul(iaris).*

---

42 TELLVRI · GENETRICI · RES · PVBLICA · CVICVLITANOR · TEMPLVM · FECIT | C · IVLIVS · LEPIDVS · TERTVLLVS · LEG · AVG · PR · PR[1] · DEDICAVIT | SIMVLACRVM · DEAE · ACROLITHVM · TI · IVLIVS · HONORATVS · PONT . FL · PP[2] · DONO · DEDIT

Cuicul Numidiae Renier n. 2531 qui descr. — [1]) *Leg(atus) Aug(usti) pr(o) pr(aetore).* [2]) *Pont(ifex) fl(amen) p(er)p(etuus).*

43 HERCVLEI | C · ANTESTIVS · CN · F | CENS[1] | DECVMA · FACTA[2] · ITERVM | DAT

Tibure. Corp. I, 1113 descr. Volpius. — [1]) *Cens(or) sc. Tiburtinorum.* [2]) *Cf. 27b. 43. 142.*

---

44 M · MEMMIVS · M · F | PR[1] | SIGNA · BASEIS[2] | DE · SVA · PECVNIA[3]

Signiae. Corp. I, 1146 Ritschl tab. LXXVF ad lapidem. — [1]) *Pr(aetor) scil. Signiae.* [2]) *Ita saepe, neque unquam paene pronomen demonstrativum additur; interdum cuius dei signum dono datum sit refertur ita: illi* deo *ille* Castorem dedit *similive modo cf. titulum sequentem aliosque.* [3]) *Unde sumptus facti sint et quanti monumentum constiterit saepe in titulis commemoratur cf. indicem.*

---

45 ISIDI · BVBAS · · | VENER · ARG IS | COR · AVR · P=⁻ℳ | COR · ANAL · P=Ↄ /V III | CALTĪL · DĪODORA | BVBASTIACA | TESTAMENTO | DEDIT

Ostiae. Descr. C. L. Viscontius, misit Bormannus. — *Legendum: Isidi Bubas[ti] Vener(em) arg(enteam) p(ondo)(?) s(emissem) cor(onam) aur(eam) p(ondo) (quadrantem sicilicum sextulam), cor(onam) anal(empsiacam) p(ondo) (quincuncem sicilicum scriptula III) Caltil(ia) Diodora Bubastiaca testamento dedit.* — *Notarum explicatio praeter uncias et sextulam quae certa videntur valde dubia est. Signorum aureorum argenteorumque pondus saepe notatur cf. infra n. 37. 1722. 2315. Marini Atti I p. 228 cet. De corona analempsiaca cf. Hermes VI p. 8. 10.*

---

46 VICTORIAM · AVG | Q · FABIVS · L · F · GAL · FABVLLVS | TESTAMENTO · FIERI · PONI|QVE · IVSSIT · EX · HS · IIII[1] | HVIC · DONO · L · FABIVS · L · F | GAL · FABIANVS · HERES · XX | NON · DEDVXIT[2] · ET · D · D[3]

Saboras (Teba del Condado). Corp. II, 1425. — [1]) *I. e. ex sestertium quattuor millibus.* [2]) *Heres vigesimam (sc. hereditatium) non deduxit. Idem saepius: ille* signum Panthei testamento fieri pónique ex argenti libris C sine úlla déductióne iussit *Corp. II, 1473; illa* statuam Pietatis ex testament(o) suo ex arg(enti) p(ondo) C poni iussit, ... heredes sine ulla deductione XX posuer(unt) *Corp. II, 1474 cet. Cf. n. 314 v. 114 sq. et indicem.* [3]) *Videtur d(e)d(icavit) solvendum esse, siquidem id hoc tempore ferendum, vel d(onum) d(edit).*

---

47 *In antica:* MERC · AVG[1] | I[2] . SĪLANIVS · CANDIDVS | NOMINE · SVO · ET | M . SĪLANI · SABINI | ET · T · SILVI (*sic*) · SIMILIS | FRATRVM · SuORVM[3] | EX · HS · N IIII · T · P · I[4] | M DOMITIVS MAGNVS | HERES ·

PONEND · CVRAVIT | ET · EO · AMPLIVS · DE · SVO | ADIECIT · HS
N ∞ CCCC[5]

A dextra: DONA · VENIBVNT | AD ORNAMENTA · EIVS | ET · EX · STIPIBVS |
PONENTVR

Eburoduni (Yverdun). Mommsen I. Helv. n. 138 qui descr. — [1]) *Merc(urio) Aug(usto).* [2]) L *videtur fuisse.* [3]) *Cf. infra n. 102. 1494. 1703. 1928. 2358 cet.* [4]) *Ex sestertium n(ummum) quattuor millibus t(estamento) p(oni) i(ussit).* [5]) *Similia praesertim in Hispania et Africa occurrunt cf. indicem.*

---

48 SEI · DEO · SEI · DEIVAE · SAC[1] | C · SEXTIVS · C · F · CALVINVS[2] · PR[3] |
DE · SENATI . SENTENTIA[4] | RESTITVIT

Romae in imo monte Palatino. Corp. I, 632 Ritschl tab. LVIEe (Or. 2135). — [1]) *Inscriptio videtur esse arae quae ad Palatii radices statuta est Aio Locutio propter vocem ibi ante Gallorum adventum auditam; Calvinus cum aram restitueret eam repetiit cf. Mommsenum Corp. l. l.* [2]) *Notus Glauciae adversarius videtur esse cf. Mommsenum l. l.* [3]) *Pr(aetor).* [4]) *Eadem formula litteris singularibus* DE · S · S, D · S · S; *alibi:* ex senatus consulto (EX · S . C); de decurionum sententia (D · D · S), de conscriptorum sententia (D · C · S), decreto decurionum (D · D, DEC · DEC); de pagi sententia *vel* scitu (D · PAG *vel* P · S), de vici sententia *vel* scitu (D · VIC *vel* V · S), decreto paganorum (D . P), decreto vicanorum (D · V); de collegii sententia (D · COLL *vel* C · S). *Cf. indicem.*

---

49 PIETATI · AVGVSTAE · EX · S · C · QVOD · FACTVM · EST · D · HATERIO ·
AGRIPPA · C · SVLPICIO · GALBA · COS[1] · TI · CLAVDIVS · CAESAR · AVG ·
GERMANICVS · PONTIF · MAX · TRIB · POT · III · COS · III · IMP · III · P · P[2] ·
DEDICAVIT

Romae in Capitolio. Corp. VI, 562 (Orelli 1825) descr. Anonymus Einsiedlensis f. 73 (ed. Haenel p. 124) itaque vv. divisio ignoratur. — [1]) *A. 22 aram votam esse* propter atrocem valetudinem Iuliae Augustae *(Tac. Ann. III, 64) demonstravit Eckhelius doct. numm. VI p. 150. Cf. praeterea Mommsenum Sitz. Ber. d. Sächs. Ges. d. Wissensch. 1850 p. 301.* [2]) *Pontif(ex) max(imus), trib(unicia) pot(estate) tertium, co(n)s(ul) tertium, imp(erator) tertium, p(ater) p(atriae). Dedicavit igitur aram a. 43 cf. Eckhel d. n. VI, p. 239. — Tiberium aram Pietati votam more suo non perfecisse idque ei commemorato senatus consulti anno exprobrari a Claudio alibi quoque Liviae cultore, reputat Mommsenus.*

50 MARTI . SIVE | NVMITERNO | ACHILLES · AVG · LIB | PROC · ET · VLPIA · NICE | EIVS · D · D[1] L · D · D · D[2]

Atinae. I. Neap. 4539. (Or. 1346). Lectio certa. — [1]) *Achilles Aug(usti) lib(ertus) proc(urator) et Ulpia Nice (coniux) eius d(ono) d(edit).* [2]) *L(oco) d(ato) d(ecreto) d(ecurionum). Haec formula est usitatissima, praeterea?* loco *vel* solo publico (LOC · PVB, L · P, SOL · PVB, S·PVB); loco dato publice (L · D · P); loco dato senatus consulto (L·D· S · C); loco dato publice decurionum decreto (L · D · PVB · D · D); loco dato decreto paganorum (L · D. D · PAG); loco dato decreto collegii (L · D · D · C) (*Or. 3936*) *cet. Item:* loco *vel* solo privato (PRIV ·, P), loco dato (L · D) ab *illo;* loco concesso *vel* in area concessa sibi ab *illo;* solo suo; in suo *cet. Cf. indicem.*

---

51 Q· MVCIVS · Q· L | TRVPHO · SER | *vov*[1] | LEIBER · SOL | L·M | BONAE · DEAE | SACR

Romae. Corp. I, 816 ex Gudii ms. — *Lege: Q. Mucius Q. l(ibertus) Trupho ser(vus) [vov](it), l(i)ber sol(vit) l(ibens) m(erito). Bonae Deae sacr(um).* — [1]) *Coniectura inseruit Mommsenus cf. Corp. I, 1233.*

---

52 Q· VIBIVS · L · F | DIANAE · V · S | EISDEM · ARAM | D · S · F · C

Naronae. Corp. I, 1468 Ritschl tab. LXI ex lapide. (Orelli 1446). — *Lege: Q. Vibius L. f(ilius) Dianae v(otum) s(olvit), (i)dem aram d(e) s(uo) f(aciundam) c(uravit).*

---

53 CARMINIA · L · F | PRISCA | HISTRIAE · TERRAE | V · S · L · M[1]

Parentii (Parenzo). Corp. V, 327 descr. Mommsenus. — [1]) *V(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito). Formulas similes vide in indice.*

---

54 IOVI· OPTVMO | MAXIMO · EX · VISO[1] | ARAM · AEDIFICAVIT | P · CORNELIVS · P · L · TRVPO | MESOR[2] | PREC[3]

Ostiae. Corp. I, 1109 ex Marinii sched. Vaticanis. — [1]) *Similes formulas vide in indice. Plerumque ei deo titulus ponitur, qui iusserat, nec tamen rara sunt exempla quibus alius deus monuerat ali ara consecratur ut Orelli 945:* Iunoni Sanctae iusso Iovis Dolichen(i) P. Aelius Miron neg(otiator) d(ono) d(edit). *Cf. Fabretti 641, 122 cet.* [2]) *Me(n)sor.* [3]) *Prec(ario) sc. loco? Mommsenus.*

---

55 VENERI · PVDICÆ | CLAVDIA · MAXIMILL | EX VISO · DONVM · POSVIT

Romae. Descr. et misit Bormannus.

56 TI · CLAVDIO · CAISARE | AVG · GERMÁNICO · V | SER · CORNÉLIO · ÓRFITO · COS[1] | ISIDI · INVICTAI · ET · SERÁPI | M AÍDIVS · SERꟻILIAÍ · AɅƎIOL | LIB · AMERIMNVS[2] | EX · ƎISV́

Romae. Corp. I, 353 descr. Smetius aliique (Orell. 714). — [1]) *A. 51.* [2]) *M. Aidius sive Aedius Amerimnus libertus est Aediae M. f. Serviliae (cf. I. Neap. 4780. 4781. 4820), uxoris M'. Acilii Aviolae consulis a. 54, curatoris aquarum 74—97 cf. Borghesius Oeuvr. 2 p. 138.*

---

57 ARAM · IOVI · FVLGE|RATORIS · EX PRECEP|TO · DEORVM · MON|TENSIVM[1] · VAL · CRES|CENTIO · PATER · DEORV | OMNIVM[2] · ET · AVR · EXV|PERANTIVS · SACERDOS | SILVANI · CVN · FRATRIBVS | ET · SORORIBV · DEDICA|VERVNT

Romae in Quirinali. Corp. VI, 377 descr. Smetius (Or. 1238). — [1]) *Deos esse montium urbis adnotat Henzenus. Cf. Mommseni h. R. ed. 5 p. 111 et Rossium Bull. Inst. arch. 1860 p. 75.* [2]) *Pater deorum omnium, fratres, sorores ad cultum Mithrae pertinent.*

---

58 DIIS · DEABVSQVE SE|CVNDVM INTERPRE|TATIONEM · ORACV|LI · CLARI · APOLLINIS[1] | COH · I · TVNGRORM

Borcovici (Housesteadt) in Anglia. Mem. Acad. Berol. 1866 p. 791 descr. Huebnerus. — [1]) *Cf. Corp. III, 2880. Grut. 21, 12.*

---

59 LARIBVS · PVBLICIS · SACRVM | IMP · CAESAR · AVGVSTVS | PONTIFEX · MAXIMVS | TRIBVNIC · POTESTAT · XVIIII | EX · STIPE · QVAM · POPVLVS · EI | CONTVLIT · K · IANVAR · APSENTI | C · CALVISIO · SABINO · L · PASSIENO · RVFO · COS[1]

Romae. Corp. VI, 456 descr. Mommsenus. (Orelli 1668). — [1]) *A. u. c. 750. Cf. lapidem similem l. l. n. 457 (Orell. 598) Volcano dedicatum a. 745 et tertium n. 458 (Grut. 61, 2) a. 746. De variis anni in titulis indicandi rationibus praeter titulos sequentes cf. indicem.*

---

60 P · SERVILIO · L · ANTONIO · COS[1] | A · D · IIII · K · SEXT | LOCAVIT · Q PEDIVS[2] · Q · VRB[3] | MVRVM · IVNONI · LVCINAE[4] | HS ↂ ↂ ↂ ↁ ↀ ↀ ↀ[5] | EIDEMQVE · PROBAVIT

Romae in hortis Esquiliis virginum S. Francisci de Paula. Corp. VI, 358 descr. Rossius et Bormannus. (Orell. 1294. 3148.) — [1]) *A. u. c. 713.* [2]) *'Filius est consulis a. 711, pater Q. Pedii eius, de quo scribit Plin. h. n. 35, 4, 21.' Henzenus l. l.* [3]) *Q(uaestor) urb(anus).* [4]) *'Referendus titulus ad aedem Iunonis Lucinae a scriptoribus antiquis saepius commemoratam, in qua sacra fiebant K. Martiis (cf. fast. Praenest.)*

eiusque locus hoc titulo reperto definitur cf. Marinius I. A. 2 et Stephanius Bull. Inst. arch. 1845 p. 68. *Henzenus l. l.* [5]) *380,000 HS.*

---

61 SILVANO · SACRVM · SODAL | EIVS · ET · LARVM · DONVM | POSVIT · TI · CLAVDIVS · AVG | LIB · FORTVNATVS · A | CVRA · AMICORVM | IDEMQVE · DEDICAVIT | ET · EPVLVM · DEDIT | DECVRIS · N · IIII | K · AVGVSTIS · C · MIN|CIO · FVNDANO · ET | C · VETTENNIO · SE|VERO · COS ·[1]

Romae. Corp. VI, 630 descr. Huebnerus (Or. 1588). — [1]) *Cos. suff. a. 108. Nota* et *contra morem interpositum, quod saeculo primo et secundo abesse solet, cum duobus tribusve nominibus consules exhibentur.*

---

62 IMP · COMMODO · AVG | N · VII · ET · P · HELVIO | PERTINACE · ĪTER · COS[1] | COH · X · VRB · TI · CL | PLAVTIVS · TI · FIL | FABIA[2] · RECEPTVS | ROME · STIP · XX · Ↄ · CASSI | ET · L · VETTIENVS · L · FIL | RESTVTVS · STIP · XV | Ↄ · POLLIONIS · CAME|RIAE[3] · MARTI · VOTVM | L · B[4] · S ·

Romae. Corp. VI, 477 (Orelli 894) viderunt Lipsius aliique. — Ita interpretare: Imp(eratore) Commodo Aug(usto) n(ostro) septimum et P. Helvio Pertinace iter(um) co(n)s(ulibus) (milites) coh(ortis) X urb(anae) Ti. Cl(audius) Plautius Ti. fil(ius) Fabia (tribu) Receptus, (natus) Rom(a)e, stip(endiorum) viginti, centuria Cassi, et L. Vettienus L. fil. Restutus stip(endiorum) quindecim, centuria Pollionis, (natus?) Cameriae (?), Marti votum l(ibentes) b .... solverunt. — [1]) *A. 192.* [2]) *Cf. Grotefend imp. Rom. tributim descr. p. 75.* [3]) *'In* Cameriae *vocabulo quid insit, non assequor, nam sive ad deam aliquam refers, sive ad oppidum Camerinum, sunt quae obstent'. Henzenus.* [4]) *L(i)b(entes) Henzenus, quod hoc tempore vix ferendum.*

---

63 LARIBVS · AVGVSTIS · ET · GENIS · CAESARVM | IMP · CAESARI DIVI ·
NERVAE FILIO NERVAE TRAIANO AVG · GERM · PONTIFICI MAXIMO
TRIB · POT · IIII · COS · III · DESI *g* · *iiii*[1] | PERMISSV · C · CASSI · INTERAM-
NANI . PISIBANI · PRISCI · PRAETORIS[2] · AEDICVLAM · REG . XIIII · VICI
CENSORI · MAGISTRI · ANNI · CVI*i* (?)[3] | VETVSTATE DILAPSAM INPENSA ·
SVA · RESTITVERVNT · IDEM · PR[4] · PROBAVIT |
L · CERCENIVS . L · LIB · HERMES M · LIVIVS · Ↄ · L[5] · DONAX
P · RVTILIVS · P · F · PRISCVS L · CORANIVS · L · LIB · EVARISTVS
L · ROSCIO · AELIANO COS DEDIC
TI CLAVDIO · SACERDOTAE[6] IIII · K IAN

Epistylium marm. aediculae Romae in insula Tiberina rep. Corp. VI, 451 descr. Henzenus (Or. 782). — [1]) *A. 100.* [2]) *Omnes huius generis aedicularum restitutiones aut praetoris aut tribuni plebis permissu factae*

sunt, scilicet quod sub eorum dispositione erant magistri vicorum. Suet. Oct. 30 Dio 55, 8. [3]) *Cum Augustus a. u. c. 747 cultum Larum restituerit magistrosque vicorum creaverit (Henzen 6545 Dio 55, 8), ita ut inirent magisterium K. Augustis, secunda pars anni 100 aerae nostrae non est magistrorum centesimus sextus sed septimus, atque ita restituit numerum Henzenus, licet dubitans, cum alii quoque tituli ab hac computatione recedant ducantque ad a. 745 et 742 cf. Henzenum l. l. ad n. 454. Quod discrimen ita explicat Mommsenus ibidem, non eodem anno omnia compita instaurata esse, sed instaurationem eam per aliquot annos continuatam perfectam esse a. demum 747.* [4]) *Pr(aetor).* [5]) *Mulieris l(ibertus).* [6]) *Cos suff. a. 100.*

---

64 LIBERTATI · AB · IMP · NERVA · CA*es*ARE[1] · AVG · ANNO · AB · VRBE · CONDITA · DCCCXXXXIIX · XIIII · *k* · OC*t*[2] · RESTITV*tae* | S · P · Q · R[3]

Romae in Capitolio. Corp. VI, 472 (Henzen 5436) servavit Anonymus Einsiedlensis f. 73 (ed. Haenel p. 124) versibus non divisis; restituit Mommsenus. — [1]) CALARI *traditur.* [2]) DCCCXXXXII · XIIII · OCI *Eins.* XIIIII · OCI *Poggius; annus aerae Catonianae 848 est nostrae 96, quo anno XIIII Kal. Oct., Domitiano interfecto, Nervam imperium iniisse narrat Suet. Domit. 17. De re cf. Tac. Agric. 3:* Nerva Caesar res olim dissociabiles miscuit, principatum ac libertatem *Plin. ep. 9, 13, 4:* primis diebus redditae libertatis. *Mommsen Ber. d. S. Ges. d. Wissensch. 1850 p. 300. — Ceterum perraro annus ita indicatur tantumque in titulis sacris cf. Mommseni chronol. p. 200. Etiam rarius in aliis oppidis anni ab iis conditis numerantur; inter titulos latinos duo tantum exempla adhuc innotuerunt: lex parieti faciundo Puteolana infra n. 697 et sequens.* [3]) *S(enatus) p(opulus)q(ue) R(omanus).*

64*a* SALVTI . PERPETVAE · AVGVSTAE
LIBERTATIQVE · PVBLICAE
POPVLI · ROMANI

GENIO · MVNICIPI · ANNO · POST
INTERAMNAM · CONDITAM
DCCIIII · AD · CN · DOMITIVM COS[1]
AHENOBARBVM *camillum*
arruntium[2]

PROVIDENTIAE · TI · CAESARIS · AVGVSTI · NATI · AD · AETERNITATEM
ROMANI · NOMINIS · SVBLATO · HOSTE · PERNICIOSISSIMO · P · R[3]
FAVSTVS · TITIVS · LIBERALIS · VI · VIR · AVG · ITER
P · S · F · C[4]

Interamnae in Umbria. Gruter 113, 2 descr. Smetius (Orelli 689). — [1]) *A. 32. Nota miram consulatus indicandi rationem praepositione* ad

addita; voluit fortasse exprimere scriptor, genio dedicatum esse donum, quia municipium ab initio usque ad annum eius 704 consulatumque Ahenobarbi et Camilli tuitus sit. [2]) *Scriboniani nomen erasum est postquam bellum civile movit in Dalmatia et hostis declaratus est a. 42 cf. Dio 60, 15 Suet. Claud. 13. De nomine cf. Mommsenum Hermes III, 133.* [3]) *Intellegitur Seianus, qui occisus est a. 31.* [4]) *P(ecunia) s(ua) f(aciundum) c(uravit).*

---

65 M · ARETVS · VICTOR [1] · ARET · FIL · ARN | SACERD · D · SANCT · SATVR · SAC · VNA | CVM · ANT · VICT · ET · AEL · VALENTIN | ET · FILIS · V · S · L · A · SOL · A · P · CLXX [2]

Sitifi. Renier n. 3308. — Lege ita cum Reniero: M. Aretius Victor Areti fil(ius) Arn(iensi) sacerd(os) d(omini) sanct(i) Satur(ni) sac(ravit) una cum Ant(onia) Vict(orina) et Ael(ia) Valentin(a) et filis. V(otum) s(olvit) l(ibens) a(nimo). Sol(utum) a(nno) p(rovinciae) CLXX. — [1]) *Contra morem cognomen ante patris nomen tribumque ponitur.* [2]) *A. 209, anno enim 40 p. C. Mauretania in provinciae formam redacta est. Aerae provinciarum praeter Mauretanicam in inscriptionibus Romanis non inveniuntur.*

---

66 I · O · M | E · G · M · N | G [1] · VIB · POM · IA|NVARIVS | B · F · COS · LEG | I · ADI . V · S · L · M | II VIRIS · Q · Q · AVRR | MAXIMO · E · ANNEO [2]

Novis (Bunovich). Corp. III, 1910. — Legendum: I(ovi) O(ptimo) M(aximo) et G(enio) m(unicipii) N(ovensium) G(aius) Vib(ius) Pom(ptina) Ianuarius b(ene)f(iciarius) co(n)s(ularis) leg(ionis) I adi(utricis) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito) duumviris Q(uintis) Aur(eliis) (duobus) Maximo et Anneo. — [1]) *Alia exempla quibus Gai praenomen G littera indicatur habes apud Huebnerum Corp. II p. 715.* [2]) *Raro annus unis magistratibus municipalibus indicatur, saepius consulibus adduntur. Cf. indicem.*

---

67 I · O · M · H · AVG [1] | SACR | GENIO · FORINARVM [2] | ET CVLTORIBVS HVIVS | LOCI · TERENTIA · NICE · | CVM · TERENTIO · DAMARI|ONE · FILIO · SACERDOTE · ET | TERENTIO DAMARIONE · IVN | ET · FONTEIO ONESIMO FILIO | SACRORVM · SIGNVM · ET · BASIM | VOTO · SVSCEPTO · DE SVO POSVIT | LVSTRO EIVSDEM · DAMARIO|NIS

Romae trans Tiberim. Corp. VI, 422 descr. Henzenus (Orell. 49 = 1712). — [1]) *I(ovi) O(ptimo) M(aximo) H(eliopolitano) Aug(usto).* [2]) *Vix ad lucum Furrinae trans Tiberim situm (Becker Top. I, 655) pertinere docet Mommsenus Corp. I p. 398 ad VIII K. Aug.*

68 IMP · CAESAR · DIVI . F | AVGVSTVS | PONTIFEX · MAXIMVS | IMP · XII · COS · XI · TRIB · POT · XIV [1] | AEGYPTÓ · IN POTESTÁTEM | POPVLI · RÓMÁNI · REDÁCTÁ | SÓLI · DÓNVM · DEDIT [2]

In obeliscis duobus quos in circo maximo et in campo Martio (pro gnomone) Caesar Augustus erexit, bis in utroque. Corp. VI, 701. 702 descr. Bormannus (Orelli 36). — [1]) A. u. c. 744/5. [2]) Apices in vocalibus inde ab Augusti aetate saepe in inscriptionibus inveniuntur; postremum eorum quod novi exemplum ad aetatem Gallieni pertinet, sed exeunte iam saeculo secundo perraro inveniuntur.

---

68 I O M | CETERISQ DIIS DEABVSQ IMMORTALIB | C MACRINIVS DECIANVS V C LEGAT | AVGG PR PR PROV NVMIDIAE ET NO|RICI [1] BAVARIBVS [2] QVI ADVNATIS IIII | REGIBVS IN PROV NVMIDIAM IN|RVPERANT PRIMVM IN REGIONE | MILLEVITANA ITERATO IN CONFI|NIO MAVRETANIAE ET NVMIDI|AE TERTIO QV*inquege*NTANEIS [3] | GENTILIBVS MAVRETANIAE CAE|SARIENSIS ITEM GENTILIBVS FRA|XINENSIBVS [4] QVI PROVINCIM | NVMIDIAM VASTABANT CAP|TO FAMOSISSIMO DVCE EORVM | CAESIS FVGATISQVE

Lambaesi Numidiae. Renier n. 101. — [1]) V(ir) c(larissimus) legat(us) Aug(ustorum duorum) pr(o) pr(aetore) prov(inciarum) Numidiae et Norici. Augusti sunt Valerianus et Gallienus, nam pertinere inscriptionem ad annum 260 altera infra n. 1636 demonstrat. Insolenter dicitur Numidiae et Norici, tanquam Decianus utrique provinciae eodem tempore praefuisset. [2]) Gens Mauretanica commemorata praeterea in altera inscriptione (Auziensi) infra n. 1636 et in additamento ad laterculum provinciarum anno circiter 297 confecto (ed. Mommsenus) p. 492: item gentes quae in Mauretania sunt: Mauri Gensani, Mauri Mazazeses, Mauri Baveres *cet. cf. Müllenhoffii appendicem l. l. p. 527. [3]) Ita sine dubio nomen restituendum est; sunt iidem qui apud Victorem Caes. 39, 22 cf. 39, 39 Eutr. 9, 22. 23* Quinquegentiani *vel* nationes Quinquegentanae *vocantur nec diversi sine dubio a* Mauris Gensanis *laterculi provinciarum, ubi recte iam Müllenhoffius nomen emendavit. [4]) Cf. infra n. 1636 ubi dux vocatur* Faraxen rebellis.

---

70 DEAE · SEMELAE · ET | SORORIBVS · EIIVS (*sic*) | DEABVS · OBHONORĀM | SACRI · MATRATVS [1] | REGINIA · PATERNA | MATER · NATA · ET | FACTA · ARAM · PO|SVIT | SVB SACERDOTA . . [2] | SERANIO · CATVLLO | PATRE [3]

Coloniae Agrippinae. Brambach I. Rheni n. 313 (Or. 1491) qui descr. — [1]) Saepe dis, ob honores acceptos, dona consecrantur; ita ut in nostro ob honorem sacri matratus, in aliis invenitur: ob honorem quinquenna-

litatis, ii viratus, aedilitatis, seviratus, Augustalitatis, magisteri collegii alicuius *similiaque cf. indicem.* [2]) SACERDOTAe *pro* SACERDOTE *Mommsenus proposuit; recte puto, vix* SACERDOTAu. [3]) *Scilicet cultus Bacchici illius loci.*

---

71 FELIX · PVBLICVS | ASINIANVS · PONTFIC[1] | BONAE · DEAE · AGRESTI FELCr[2] (*sic*) | VOTVM · SOLVIT · IVNICEM · ALBA[3] | LIBENS ANIMO OB LVMINIBVS | RESTITVTIS[4] · DERELICTVS A MEDICIS POST | MENSES DECEM BINEFICIO (*sic*) DOMINAES MEDICINIS SANATVS PER | EAM RESTITVTA OMNIA MINISTERIO CANVIAE FORTVNATAE

Romae. Corp. VI, 68 (Or. 1518) cont. Henzenus. — [1]) *Pontific(alis). Felix Asinianus servus publicus erat collegii pontificum.* [2]) *Fel(i)c(i), vel melius fortasse: fel(i)c(iter) votum solvit.* [3]) *Victimarum mentio perrara est.* [4]) *In Asclepii et Hygiae praecipue titulis saepe hoc modo causae votorum solutorum referuntur:* ob insignem circa se numinis eius effectum (*Or. 1572*); redditis sibi luminibus (*Or. 1580*); ob processus suos (*Corp. VI, 5 = Grut. 70, 3*) *cet. Similia tamen interdum etiam in aliorum deorum inscriptionibus occurrunt, ut Corp. II, 1044* (Proserpinae) voto sanitate condemnatus. *Cum luminibus a bona dea restitutis componunt cognomen Bonae deae quod est* oclatae *sive* oculatae *inventum in titulo (Bull. 1861 p. 177) Corp. VI, 75:* Anteros Valeri (servus) Bonae Deae Oclatae d(onum) d(at) l(ibens) a(nimo).

---

72 POENINO | PRO ITV · ET · REDITV[1] | C · IVLIVS · PRIMVS | V · S · L · M
In summo Poenino (grand St. Bernard). Mommsen I. Helv. 50 qui descr. (Or. 228). — [1]) Pro salute itu et reditu *illius Orell. 4083 similiaque saepius. Crebra sunt vota soluta et dedicationes factae* pro salute itu et reditu, pro salute et victoria Imperatorum *similiaque, cf. indicem.* Pro salute et victoria *semel in titulo hominis privati invenitur, quem nuper edidit Mommsenus Hermes VI (1871), p. 127:* IOVI · O · M | PRO · SALVTE | ET · VICTORIA · L | VERGINI · RVFI | PYLADES · SALTVAR | V · S, *recteque eum positum esse eo tempore monuit, quo L. Verginius Rufus de dignitate imperatoria ab exercitu sibi oblata aut accipienda aut recusanda cogitabat. Cf. Tac. hist. 1, 8.*

---

73 BASSA · VITELLI | PRO · Q · VITELLIO · Q · F[1] · FILIO · SVO[2] | IVNONI · LVCINAE · V · S · L · M

Romae. Corp. VI, 359 descr. Smetius (Or. 1297). — [1]) *Henzenus conferri iubet Tac. ann. II, 48 ubi inter* prodigos et ob flagitia egentes *quos* movit senatu aut sponte cedere passus est *Tiberius, commemoratur*

Q. Vitellius. [2]) *Alibi:* pro se et suis, pro se et suis omnibus, pro salute *illius*, ob salutem *illius cet. cf. indicem.*

---

74 BELINO · AVG | SACRVM | VOTO · SVSCEPTO | PRO · A · AQVILLIO | C · F · POM · VALENTE | IIII · V · I · D · DESIG[1] | PHOEBVS · LIB | V · S · L · M

Aquileiae. Corp. V, 738 descr. Mommsenus. — [1]) *Quattuorv(iro) i(ure) d(icundo) desig(nato).*

---

75 I · O · M | ANGELO | HELIOP · | PRO SALVTE · | IMPERATOR | ANTONINI · ET | COMMODI | AVGG · | GAIONAS | D · D

Ad Portum Augusti (Porto). Ann. Inst. arch. 1866 p. 135 descr. Henzenus.

---

76 IOVI DOLICHENO | PROSALVTE · IMP | L · AELI AVRELI | COMODI · PII | FELICIS · AVG · N | L · RVBRIVS MAXIMVS | PRAEF · EQ ALAE HISP[1] | VOTVM · SOLVI

Ad Portum Augusti (Porto). Descr. Henzenus, misit Bormannus. — [1]) *Praef(ectus) eq(uitum) alae Hisp(anorum).*

---

77 Q · COELIVS · L · F · PR · | AED · PL · CER | PRO · PR · EX · S · C · Q[1] · | EX · VOTO · SVSCEPTO | PRO · INCOLVMITATE · | TI · CAESARIS · DIVI · AVG · F | AVGVSTI · | PONTIFIC · MAXIM | CONCORDIAE · D · D | aVRI · P · XXV[2]

Romae in aede Concordiae. Corp. VI, 91, descr. Henzenus. — [1]) *Pr(aetor), aed(ilis) pl(ebis) Cer(ialis), pro pr(aetore) ex s(enatus) c(onsulto), q(uaestor).* [2]) *Cf. titulos l. l. sequentes 92—94 quos Henzenus ob detecta nefaria Scribonii Libonis consilia a. 16 (cf. Fast. Amit. Corp. I p. 402) positos esse conicit collato Tac. Ann. 2, 32.*

---

78 PRO SALVTE | DOMINORVM | GENIO · HORREORVM[1] | SATVRNINVS · ET | SVCCESSVS | HORREARI | DONVM · DEDERVNT | CAESARE · VESPASIANO · VI | TITO · CAESARE · IMP · IIII | COS[2]

Romae. Corp. VI, 235 descr. Henzenus. — [1]) *Cf. l. l. n. 236* Genio conservatori horreorum Galbianorum; *237* genio horreorum Leonianorum; *238* genio horreor. Seian(orum) *cet.* [2]) *A. 75.*

---

79 LIBERO · PATRI | SACRVM · PRO | SALVTE · IMP | CAES · M · AVR | COMMODI | ANTONINI | AVG · PII · P · P[1] · L | CALVISIVS · L · F | VELINA · SECVN|DVS · FALERIONE | P · P · LEG · XIII · G[2] · D · D | SVB · VESPRONIO can|DIDo · CoS[3] · DEDICante | cAERELLIO · SAbinO Leg

Apuli (Carlsburg). Corp. III, 1092. Lectio satis certa. — [1]) *P(atris) p(atriae).* [2]) *P(rimus) p(ilus) leg(ionis) XIII g(eminae).* [3]) *Co(n)-s(ulari) sc. Daciarum; Vespronius Candidus commemoratur apud Dionem 73, 16 Spartianum Iulian. 5 Tertullianum ad Scapulam c. 4 cf. Borghesium Ann. Inst. arch. 1855 p. 32. Idem titulum inter a. 183 et 185 exaratum esse demonstravit, quia Commodo nomen Pii inditur, quod assumpsit a. 183, sed nondum Felicis, quod inde ab a. 185 gessit.*

---

80 IVNONI · LVCINAE | PRO · SALVTE · DOMVS · AVGVSTORVM | IMP · CAES · M · AVRELI · ANTONINI · AVG · ARMENIACI · PARTHICI · MAXIMI · MEDICI · ET · FAVSTINAE · AVG · EIVS · ET | IMP · CAES · L · AVRELI · VERI · AVG · ARMENIACI · PARTHICI · MAXIMI · MEDICI · ET · LVCILLAE · AVGVSTAE · EIVS | LIBERORVMQVE · EORVM | FORTVNATVS · DECVRIALIVM · GERVLORVM · DISPENSATOR · ARAM · CVM · BASE · CONSECR — *in latere sinistro:* PERMISSV | MAECI · RVFI · CVRAT · AEDIVM — *in latere dextro:* CONSECRAVIT · X · K · SEPT | *q* · *ser*VILIO · PVDENTE · L · FVFIDIO · POLLIONE · COS [1]

Romae. Corp. VI, 360 ad exempla antiqua (Or. 874). — [1]) *A. 166. Cf. Eckhel d. n. 7, 99* IVNONI LVCINAE. *Et titulus et nummus spectare videntur ad filiam natam ex Lucilla.*

---

81 D · I · M [1] | IN · HONOR | DOMVS · DIVIN [2] | EPPIVS · ARIMI|NENSIS · FILIVS

Viruni (Töltschach). Corp. III, 4799 descr. Mommsenus. — [1]) *D(eo) I(nvicto) M(ithrae).* [2]) *In honor(em) domus divin(ae), quae formula saepe litteris singularibus scribitur:* IN (*vel* I) · H · D · D. *Ante saeculum secundum medium non invenitur, frequentius inde a Commodi demum aetate.*

---

82 SILVANO | AVG | IN HONOR | L · TITI · ISMARI | ET · IN MEMOR [1] | L · TITI · EPAGATHI | HERMETIS · FIL · ET | L · TITI · EPAGATHI · SEN [2] | L · TITIVS · ONESIMVS | ISMARI · LIB | IIIIII · VIR · AQVIL [3] | D · D ·

Aquileiae rep. Corp. V, 829 descr. Mommsenus. — [1]) *Haec titulorum forma Aquileiae saepissime, interdum in Hispania (Corp. II, 4080. 4081 cet.), perraro alibi invenitur. Cf. lapidem Viennensem apud Herzogium Gall. Narb. n. 532 nostro simillimum, Beleno dedicatum, qui Aquileiae vel maxime colebatur.* [2]) *Sen(ioris).* [3]) *(Sex)vir Aquil(eiae).*

---

83 *in antica:* IOVI

in postica: IMP · CAESAR · VESPASIANVS · AVG | PER · COLLEGIVM · PONTIFICVM · FECIT

Romae. Corp. VI, 369 ad exempla antiqua (Orell. 2144).

84 INVICTO · MITHRAE | APRONIANVS · ARKAR | REI · P · D · D[1] | DEDICATVM · VII · K · IVL | MAXIMO · ET · ORFITO · COS[2] | PER · C · ARENNIVM · REA|TINVM · PATREM[3]

Nesce in Aequiculis. I. Neap. 5705 descr. Rossius. (Henz. 6039). — [1]) *Arkar(ius) rei p(ublicae) d(ono) d(edit).* [2]) *A. 172.* [3]) *Sc. sacrorum Mithriacorum.*

---

85 *f*ORTE FOR*tunai*[1] | DONVM · DANT | CONLEGIV · LANII | PISCINENSES[2] | MAGISTREIS | COIRAVERVNT | A · CASSI · C · L | T · CORNELI · ƆOR · L[3]

Romae in vinea Ceccarelliorum, ubi fuit lucus Deae Diae. Corp. VI, 167 descr. Henzenus. — [1]) *De templo Fortis Fortunae cf. Becker Topogr. p. 479 n. 998 et Mommsen Corp. I p. 395. Vicina videntur fuisse Fortunae templum et lucus Arvalium. Ad idem templum et collegium spectant lapides editi ab Henzeno Bull. 1869 p. 124 et 125 hi:*

FORTI · FOR*tunai*	FORT · *Fortunai*
LANIES · MA*gistres*	VIOLARIES . . IVC . . .
L · MAECI · M · Ⅎ · S . . .	ROSARIES COS . . .
TEVPILQ · IVNI · SAI . . .[1]	CORONARIIS

[1]) *Pro* TEVPILQ *recte Mommsenus legit* TEVPILO, *est enim* Teupilo(s) Iuni Sal(vi) [s(ervus)].

[2]) *I. e. lanii consistentes in piscina publica, a qua regioni duodecimae urbis ab Augusto postea nomen inditum est. Ceterum recte adnotat Mommsenus* LANII *cum duplici vocali huius aetatis titulum non admittere ideoque extremam lineolam videri casu adiectam esse.* [3]) *Cor(neliae) l(ibertus).*

---

86 LANĪ · DANT · MAG · COERAVERE | L · LIGVRIVS · L · L · ANTIOCHVS | P · DINDIVS · P · L · DAVOS · CALIDVS | Q · PETRONIVS · Q · L · SALVIVS | SEX · PONTIVS · SEX · L · STABILIO

Praeneste. Corp. I, 1131 descr. Sinetius.

---

87 CISIARIEI · PRAENESTINEI · F · P · D · D MAG · CVR[1] · T · OSENIANVS · L · L · LICIN M · POMPEIVS · . . I ⱯELIOD MINISTREI · NICEPHORVS · C · TALABARAI[2] · S NICEPHORVS · MITREI[2]

Praeneste. Corp. I, 1129 descr. Iucundus. Vv. divisio incerta. — [1]) *F(ortunae) P(rimigeniae) d(onum) d(ant); mag(istri) cur(avere) cet.* [2]) *Nomina fortasse corrupta sunt.*

---

88 APOLLINI · SANCTO | MEMMIVS · VITRASIVS | ORFITVS[1] · V · C | BIS · PRAEF · VRBI[2] | AEDEM · PROVIDIT | CVRANTE[3] · FL[4] · CLAVDIO | EVANGELO · V · C · COMITE

Romae. Corp. VI, 45 descr. Henzenus valde detritam. — [1]) *Cf. de eo infra n. 1232.* [2]) *V(ir) c(larissimus), bis praef(ectus) urbi. Praefectus urbi fuit I a. 353 fin. — 355; II a. 356 fin. — 359 cf. Borghesium Oper. III p. 473.* [3]) *Forma titulorum: ille* posuit, curante (C) *vel* curam agente (C · A) *illo cet. frequentissima est cf. indicem.* [4]) *Fl(avio).*

---

89 AESCVLAPIO AVG · SACR · | PRO SALVTE IMP · CAES · T · AELI · HADRIANI · ANTONINI · AVG · PII · LIBERORVMQVE EIVS | CIVITAS THIBICAENSIS P P[1] FECIT | INSTANTE OPERI FELICE VICTORIA*no* .... | FILIO SVFETE

Thibicae (Bir Magra). Guérin voy. arch. II p. 364 qui descr. — [1]) *P(ermissu) p(roconsulis); formula Africae propria est.*

---

90 I · O · M[1] | COLLEGIVM | VETERANOR*um* | POSVIT · SV|B · PATRE · TI|TIANO · SCR|IBSIT · VL*pius* | AMANTIVS · S[2]

Aquileiae. Corp. V, 784. De lectione satis constat. — [1]) *I(ovi) O(ptimo) M(aximo).* [2]) *S(criba?). Perraro is qui scripsit titulum commemoratur cf. Mommsenus Abh. d. S. Ges. d. Wiss. I p. 607. Bull. Inst. arch. 1852, p. 105. Zangemeister Corp. IV p. 10.*

---

91 I · O · D[1] | PRO · SALVTE | IMP · L · SEPTIMI · SEVERI · PIĪ · PERTINACIS · AVG | PIĪ · FELICIS[2] ET EXERCITVM (*sic*) | ET · P · R[3] · D · IVN · PACATVS · CVM | ALEXANDRO FIL · SACRARVM[4] | IVSSV · I · D[5] · SVA · PEC · ADAMPLI-AVIT C · A[6] · CAECILIO | RVFO · 7[7] · SACERDOTIB · SOPATRVS · ET MARIN ET CALVS[8] Ħ[9]

ĪTEM AVXIT | *s*ALVO · IMP · *m. aur. commodo ant.* PIO · FEL · AVG · N̄[10] | M · CAECILIVS · M · F · IVL · RVFVS · CONCORD[11] | 7 · LEG · $\overline{III}$ · CYRENAICAE · EX CORNICVLARIO | AELI · IVLIANI · $\overline{PR}$ · VIG[12] · TETRA-STYLVM · NYMPHAEVM | CRATERAM CVM COLVMELLA | MARMOREA · ET · ALIAM COLVMELLAM · ĪTEM · ORBICVLVM CVM COLV|MELLA · ET · CETERA · ORNAVIT · Ī · D · D · D[13] · DEDICAVIT PER | CLODIVM · CATVLLVM $\overline{PR}$ · VIG · ADSISTENTE ORBIO · LAETIANO · SVB · $\overline{PR}$[14] · ET | CASTRICIO · HONORATO · $\overline{TRIB}$ · COH · II · VIG · PR · KAL · AVG | APRONIANO · ET · BRADVA · COS[15] · C · A · HERCVLANIO · LIBERALE V A I[16]

Romae in tabulis duabus simul repertis. Corp. VI, 414 descr. Henzenus (Henzen 6573). — [1]) *I(ovi) O(ptimo) D(olicheno).* [2]) *Nomen Imperatoris Severi in locum nominis Imperatoris Commodi, post mortem eius erasi, positum est; Severus cognominibus Pius Felix nunquam usus est.* 3) *P(opuli) R(omani).* 4) *Immo* sacrarium. [5]) *I(ovis) D(olicheni).* [6]) *C(uram) a(gente).* [7]) *I. e. centurione.* [8]) *Immo* Sopatro, Marino,

Calo. [9]) *Num* F(i)L(ius)? *Henzenus. Vix ita, sed* F(ilius), *haec enim aetas tale compendium non admittit.* [10]) *N(ostro).* [11]) *Iunge: Iul(ia) Concord(ia) scilic. oriundus.* [12]) *Pr(aefecti) vig(ilum).* [13]) *I(ovi) D(olicheno) d(ono) d(edit).* [14]) *Subpraef(ecto).* [15]) *A. 191.* [16]) *C(uram) a(gente) Herculanio Liberale va[l(etudinario)].* VAI *ita emendavit Mommsenus.*

---

92 *Apollo nudus, facie muliebri, crine in collo ligato et fasciato, dextra plectrum, sinistra lyram tenens ad truncum stat hac inscr. insignem:*

1\. EX · PRAE|CEPTO I · O · M · D[1] | PER | ACACI|VM | NOTARI|VM | ET | OLYMPI|VM | PATREM

in basi statuae:

ANTONII · MARIANI · PATER · ET FILIVS | SIMVLACRVM · APOLLINIS | STATVERVNT

ibidem in basi altera:

2\. EX · IVSSV · I O M D | L · TETTIVS · HERMES | CVM COIVGE SVA ET FILIS | ET · OMNIBVS · SVIS | CANTHARVM · CVM | VASE · SVA · POSVERVN (sic)

in latere eiusdem basis:

ṠVB | SCRIBA | FONTEIO | EVTYCHO

alterum eiusdem hominis dònarium habes titulo sequenti:

3\. E F[2] | EX · PRAECEPTO · I · O · M · D · AETERNI CONSERVATORI TOTIVS POLI ET
NVMINI PRAE|STANTISSO (sic) EXIBITORI INVICTO[3] · L · TETTIVS HERMES
EQ · R · ET | KANDIDATVS ET PATRONVS HVIVS LOCI PRO SALVTE SVA ET
AVR|ELIAE RESTITVTAE CONIVGIS ET TETTIAE PANNVCHIAE FILIAE SVAE |
ET SVORVM ET AVRELI LAMPADI FRATRIS CARISSIMI ET PRO SALVTE |
SACERDOTIVM ET KANDIDATORVM ET COLITORVM HVIVS LOCI TABVLA | MAR-
MOREA CVM PROSCAENIO ET COLVMNIS · D · D · QVOS · ELEXIT | I · O · M ·
SIBI SERVIRE · M · AVREL · OENOPIONE ONESIMVM SIGNVM ACACI[4] |
NOTARIVM ET SEPTIMIVM ANTONIVM SIGNVM OLYMPI PATRE KANDID |
PATRONOS FRATRES CARISSIMOS ET COLLEGAS HON AVR · MAGNESIVM |
AVR · SARAPIACVM ANTONIVM MARIANVM · IVL · FLORENTINVM PRINCIPE |
HVIVS LOCI ET AVR · SEVERVM VETERANVM CVRATOREM TEMPLI ET |
AVR · ANTIOCHVM SACERDOTE GEMI · FELIX[5] · ET · VIBIVS EVTVCHIANVS |
LECTICARI DEI CO . . . . CENTIANVS . . . . | . . . .

ad eundem titulum videtur referendum frustum ibidem exstans:

. . . . *sace*RDOTES ET CANDIDATI | . . . . *con*TVLERVNT IN IVL
FABRICA · TEMPLI | . . . . S · DOMITIVS · SEVERVS · ALEXANDER

N. 1 apud Potsdam, n. 2 Florentiae hodie adservantur, ubi descr. n. 1 Philippius, n. 2 Kiesslingius, sed omnes Romae repertae sunt, ubi n. 3

fuit in monasterio S. Alexii in Aventino aetate Accursii, qui descripsit eam litteris admodum inconditis exaratam. Eiusdem nuper frusta nonnulla denuo reperta sunt cf. Bull. 1870 p. 84. Corp. Inscr. VI, 406—408 (n. 2 Or. 2504). Quae inclinatis dedi hodie perierunt. — [1]) *I(ovis) O(ptimi) M(aximi) D(olicheni).* [2]) *B(ona) f(ortuna) ut in titulis graecis ἀγαθῇ τύχῃ cum Mommseno videtur solvendum, vix b(onum) f(actum). Ceterum construe ita: ex praecepto I(ovis) O(ptimi) M(aximi) D(olicheni) aeterni, conservatori[s] totius poli et numini[s] praestantiss[imi] ex(h)ibitori[s] invict[i] L. Tettius Hermes eq(ues) R(omanus) cet. pro salute illorum et pro salute illorum tabula(m) marmorea(m) cum proscaenio et columnis d(ono) d(edit). Quos elexit I(uppiter) O(ptimus) M(aximus) sibi servire: M. Aurel(ium) Oenopione(m) Onesimum signum Acaci notarium et Septimium Antonium signum Olympi patre(m), kandid(atos) patronos fratres carissimos et collegas hon(oratos) (scilicet L. Tettii), Aur(elium) Magnesium, Aur(elium) Sarapiacum, Antonium Marianum, Iul(ium) Florentinum principe(s) huius loci cet. 3) Vix scriptor tituli dicere voluit: ex praecepto I. O. M. D. aeterni, (ei) conservatori cet. dono dedit, sed oblitus est praecedentis* ex praecepto. [4]) *I. e. cognominatus Acacius.* [5]) *Iam reliqua nomina casu nominativo adferuntur; videtur scriba omnia haec nomina ex albo collegii in lapidem transscripsisse recteque in prioribus quidem primum casum, quem in albo invenit, mutavit in quartum, in posterioribus idem facere oblitus est. Ita in titulis a militibus dedicatis nomina saepe vocativo casu adferuntur; eo nimirum conscripta erant in albis militaribus. — Omnes igitur collegii huius Iovem Dolichenum colentis sodales dicuntur* sacerdotes et kandidati et colitores huius loci; *honores muneraque comprehenduntur verbis:* quos elexit I(uppiter) O(ptimus) M(aximus) sibi servire, *nominantur:* kandidati (*tres*), patroni(*tres*), *qui mutuo se appellant* fratres carissimos et collegas honoratos; notarius *sive* scriba (*unus*); pater (*unus*); principes huius loci (*quattuor*); curator templi (*unus*), sacerdos (*unus*), lecticarii Dei (*duo*).

---

93 SIGNVM · MART · AVg | A · TERENTIVS · A · F · GAL · RVSTICVS | AED · IIVIR · PONT · M · M · TRIVMPH[1] | LVDIS · SCAENICIS · FACTIS[2] | D · S · P · d

Isturgi (los Villares prope Andujar). Corp. II, 2121 descr. Huebnerus. — [1]) *Aed(ilis), IIvir, pont(ifex) m(unicipum) m(unicipii) Triumph(alis) i. e. Isturgi.* [2]) *Cf. Corp. II, 2101:* dato epulo civibus et incolis et circensibus factis, *ibid.* 1267 epulo dato utriusque sexus *similiaque praesertim in Hispania cf. indicem.*

94 VICTORIAE | *a*AVG SACR*a* | C IVLIVS VICTOR | AED PRAEF PR III VIR[1] | SIGNVM VICTORIAE | QVOD NOMINE IVLO|RVM (*sic*) TERTVLLI MAR|TIALIS QVADRATI IVLI|ANI VICTORIS HONO|RATAE FILIOR SVORVM | PROMISERAT SVA PEC FEC | IDEMQVE DEDICAVIT | ET DEDICATIONEM | DIEM LVDORVM[2] CELEBRAVT

Arsacal. Bull. Inst. arch. 1862 p. 139. — [1]) *Aed(ilis), praef(ectus) pr(o) IIvir(o).* [2]) *Immo die ludorum.*

---

95 SILVANO · SACRVM · VOTO | SVSCEPTO · PPO · SALVTE · DOMITIAN*i* | AVG · N · L · DOMITIVS · PHAON · AD CVLTVM | TVTELAMQVE · ET · SACRIFICIA · (*sic*) IN OMN*e* | TEMPVS · POSTERV*m* · IIS · QVI · IN CONLEGIO | SILVANI · HODIE · ESSENT · QVIQVE · POSTEA | SVBISSENT · FVNDVM · IVNIANVM · ET | LOLLIANVM · ET · PERCENNIANVM · ET | STATVLEIANVM · SVOS · CVM · SVIS · VILLIS | FINIBVSQVE · ATTRIBVIT · SANXITQVE · VT | EX · REDITV · EORVM · FVNDORV (*sic*) · Q · S · S · S[1] · K · IANV | III · IDVS · FEBR · DOMITIAE · AVG · N · NATALE · E | V · K · IVLIAS · ROSALIBVS · ET · IX · K · NOVEMBR · NATA | DOMITIANI · AVG · N · SACRVM . INRE · PRAESENTI | FIERET · CONVENIRENTQVE · II · QVI · IN | COLLEGIO · ESSENT · AD EPVLANDVM · CVRA|NTIBVS · SVI · CVIVSQVE · ANNI · MAGISTRIS · HVIC | REI · DOLVM · MALVM · AFVTVRVM · QVOMINVS | EA · QVAE · SVPR · SCRIPTA · SVNT · FIANT | MANIFESTVM · EST · CVM · PRO SALVTE · OPTVM*i* | PRINCIPIS · DOMINII · S (*sic*)[2] · FVNDI · CONSECRAT*i* | SINT · DIES · QVE · SACRIFICIORVM · CONPRE|HENSI · PRAET*e*REA · LOCVS · SIVE · EA · PARS | AG*ri* · SILVAE QV*ae*[3] · EST · IN VIVARIO · QVAE · CIPPIS | POSITIS · CIRCA · SILVANVM · DETERMINATA | EST · SILVANO · CEDET · ET · VIA · ADITVS · AD SILVANV*m* | PER FVNDVM · QVAESICIANVM (*sic*) · OMNIBVS · PATEBIT | LIGNIS · QVOQVE · ET · EX FVNDO · GALLICIANO | ET · AQVA · SACRIFICI · CAVSA · ET · DE VIVARIO | PROMISCVE · LICEBIT · VTI · HAEC · SIC · DARI | FIERI · PRAESTARI · SINE · DOLO · MALO · IVSSIT | PERMISIT- QVE · L · DOMITIVS · PHAON | CVIVS · OMINES (*sic*) · LOCVS · FVIT

'Caposele contrada Castagneto' Lucaniae. Henzen 6085 descr. Brunnius. — [1]) *Q(ui) s(upra) s(cripti) s(unt).* [2]) *Dominii S(ilvani)? Mommsenus.*

---

96 M · BLOSSIVS · M · L · AGATO | M · CONSIVS · M · L · NICOL | SEX · ALLIVS · Q L SEXTVS | M · ATILIVS M · L · APOL[1] | A · NASENNIVS · A · L · PROT[2] | L · FVRRIVS · L · L DION[3] | M LIMBRICIVS · M · L · DIOD[4] | C · TIBVRTIVS · C · L · FL[5] | L · TVRIVS · L · P · C · L SAND[6] | A · PACTVMEIVS · A · L PHILIP | P · OCTAVIVS P · L ANTIOC

in latere dextro IOVEI · SACR
in latere sinistro HANC · ARM | NEQVIS · DEALB [7]

Casapullae (prope Capuam). Corp. I, 574 Ritschl tab. LXIVε b a c ad lapidem (Henz. 6117). Unus ex titulis magistrorum pagorum Campanorum est, qui omnes a. u. 695 antiquiores sunt cf. infra n. 2013 sq. Mommsenum Corp. I p. 159. — [1]) *Apol(lonius), Apol(lodorus) vel tale quid.* [2]) *Prot(us) vel eiusmodi aliquid; nota cognomina plerumque non plene scripta, id quod primis quo liberti cognomen acceperunt temporibus proprium est.* [3]) *Dion(ysius) cet.* [4]) *Diod(orus), Diod(otus) cet.* [5]) *Fl(avus), Fl(orens) cet.* [6]) *L(uci) P(ubli) G(ai) l(ibertus) Sand(ilianus?)* [7]) *Dealb(et), ad candidatorum scilicet nomina inscribenda cf. infra n. 1957. Similes formulae precesque saepius in fine titulorum et sacrorum et mortuariorum adduntur cf. infra n. 272 et Zangemeisterum Corp. IV p. 10, qui eas composuit.*

---

97 I · O · S · P · D [1] · | ET · IVNONI · SANCTAE · | HERAE · CASTORIB · | ET · APOLLINI · CONSERVATO|RIBVS · THYRSVS · | PRO SALVTE · PATRONI SVI | ET · SVA SVORVMQVE | IVSSV NVMINIS EORVM | ARAM · D | SALVIS · CANDIDATIS | HVIVS LOCI [2] | PER · C · FABIVM · GERMANVM — *in latere sinistro:* DED VI IDVS | oCT | PEREGRINO ET | AEMILIANO | COS [3]

Romae rep.; pertinet sine dubio ad templum Iovis Dolicheni in Aventino cf. supra n. 92. Corp. VI, 413 descr. Henzenus. (Henz. 5663). — [1]) *Collato altero eiusdem sacrarii titulo l. l. n. 412 recte solvit Henzenus* I(ovi) o(ptimo) S(oli) p(raestantissimo) d(igno). [2]) *Cf. supra n. 92. 'Candidati autem cur dicantur nescio; nisi forte ita significatur ius eorum festos dies collegii obire λευχειμονας cf. Herodian. 8, 7'. Mommsenus l. l.* [3]) *A. 244.*

---

98 M · AVREL | REDITVS | BF · LEG · LEG | II · ADI · P · F | SEVERIANAE [1] | V · S · L · M | SVSCEPTA · FIDE · EX · ORCO [2]

In agro Aquincensi. Corp. III, 3624 sec. Ferrarinum. — [1]) *B(ene)f(iciarius) leg(ati) leg(ionis) II adi(utricis) p(iae) f(idelis) Severianae.* [2]) *Cf. titulos sepulcrales Corp. II, 488 ille* pater fecit filio horco nequa; *I. Neap. 3386* vixit annos plus minus XXXI orco peregrino. *Interpretatio dubia est.*

---

99 MINERVAE · AVG | SACRVM | NERONE · CLAVDIO · II | L · CAESIO · MARTIALE · COS [1] | L · SELLIVS · GORGIA · MAG · III | Q · NONIVS · AMANVS · MAG · III | q · rOLLiuS [2] · FAVSTVS · MAG · II | M · ANTISTIVS · LAETVS ·

MAG · II | Q · HORTESIVS · CARPVS · MAG · I | C · IVLIVS · AGATHOPVS · MAG · I | MAG · FONTANI · D · S · P | DEDIC · K . DEC

ex parte aversa:

SACRO · AVG | L · SELLIVS · GORGIA | M · TER | Q · NONIVS · AMANVS | M · TER | Q · LOLLIVS · FAVSTVS | M · BIS | M · ANTISTIVS · LAETVS | M · BIS | Q · ORTENSIVS · CARPVS | M · SEM | C · IVLIVS · AGATOPVS | M · SEM

Romae in Esquilino prope eum locum, quo interlocutiones fontanorum (cf. titulum sq) inventae sunt. Corp. VI, 268 descr. Henzenus. — [1]) *A. 57.* [2]) C · OLL / IS *in lapide. Ex parte aversa restituitur; nomen valde evanidum ab ipso quadratario male incisum erat. Henzenus l. l.*

---

100 HERCVLI · SACRVM · POSVIT | P · CLODIVS · FORTVNATVS · Q Q [1] · PERPETVVS · HVIVS . LOCI |

Interlocutiones | Aeli Floriaui, Hereuni Modestini[2] et Faltoni | Restutiani praeff. vigil(um) pp. vv.[3]

Florianus (dixit): quantum ad formam a me datam perti|net, quoniam me conveuis, de hoc inprimis tractan|dum est. Ita interlocutum me scio esse hesterna | die, docere partem diversam[4] oportere, hoc | ex sacra auctoritate descendere, ut pensiones | non depeuderentur. Et respoudit: se quibus|cumque rationibus posse ostendere, hoc | ex sacra auctoritate observari. Et hodie hoc | dicit: ex eo tempore, inquit, ex quo Augustus | rempublicam obtinere coepit usque in hodier(num) | numquam haec loca pensiones pensitasse. |

Et infra Floriauus d(ixit): vidi locum dedicatum | imaginibus sacris.

Et alio capite | Modestinus d(ixit): si quid est iudicatum, habet | suam auctoritatem, si est, ut dixi iudicatum. | Interim apnt me nullae probationes exhi|*b*entur, quibus doceantur fullones in pen|*sionem* iure conveniri.

Et alio capite | *Restitutia*nus c(um) c(onsilio) c(ollocutus) d(ixit): manifestum est, quid | iudica*verint* pp. vv.[3] nam Florianus partibus | suis diligeutissime functus est, qui cum in | rem praeseutem venisset, locum inspexit | et universis indiciis examinatis senten||tiam[5] de eo loco, de quo maxime[6] | qu(a)eritur, protulit; a qua provoca*tum*[7] | non est.

Et infra Restutianus *d(ixit)*: | Modestinus quoque secutus res | a Floriano iudicatas pensiones | exigi prohibuit.

Et iufra | Restitutiauus d(ixit): Illut servabitur | fontanis, quod

obtinuerunt | aput suos iudices et quod habue|runt in hodiernum sine pensione. |

Ex Alexandro Aug. II et Marcello II cos. | litigatum est in | Peregrino et Aureliano cos. | dies.[8]

Romae in Esquilino. Fabretti p. 278—279 qui descr.; is et Bianchinius multa legerunt, quae hodie evanuerunt; ea quae supersunt correxerunt Kellermannus (vig. p. 30) Mommsenusque (Ztschr. f. gesch. Rechtsw. XV p. 326), denuo denique nuper contulit Henzenus ediditque Corp. VI, 266. Ibidem earundem interlocutionum alterum exemplum mutilum in columnae frusto inventum est, incipiens ab verbis: sententiam de eo loco, de quo cet., *huic fere par, pertinens fortasse ad aram mox laudandam ab eodem collegio Victoriae consecratam.* — [1]) *Q(uin)q(uennalis). Ab eodem quinquennale collegii fontanorum altera ara haec Victoriae dedicata est (Marini Atti p. 556):* M. Alexandro | Aug. et Marcello cos. Vic|toriae sacru|m. P. Clo(dius) For|tunatus qq. | collegio fon|*tanorum* ..... *Consules sunt anni 226, quinquennalis anni 244; anno igitur 244 ara posita videtur esse una cum ea quae Herculi dedicata est, consules autem nominantur a. 226 quia eo anno votum susceptum erat.* [2]) *Notus est iuris consultus.* [3]) *Praef(ectorum) vigil(um) p(erfectissimorum) v(irorum).* [4]) *Fisci nomine curatores operum et locorum publicorum cum fullonum, qui fontani dicuntur, collegio agere videntur, ut solarium loci publici, quem possiderent, penderent.* [5]) *Inde a medio* SENTEN||TIAM *verbo inscriptio legitur in tabula marmorea, quam eiusdem basis* 'latus intuentibus dextrum' *Fabrettius dicit et ex litterarum lapidisque similitudine confirmat Kellermannus.* [6]) Cum maxime *in exemplari altero.* [7]) PROTV .... *Kellermann.* PROINDE REVOCATVM *Fabr.* PROTVLIT A QVA PROVOCA[TVM NON EST] *Bianchinius et exemplum alterum.* [8]) *Haec in altero exemplo ita leguntur:* Actum IIII Idus Mar(tias) ann(o) | quo victoriam percepimus. | Litigatum est ex Alexandri Aug. II et | Marcelli II cos. in Peregrini et | Aemiliani cos. dies. *Priores sunt anni 226, posteriores anni 244.* '*DIES cum non habeat, unde regatur, equidem crediderim, qui titulum concepit in fine dierum litis numerum adscribere voluisse, sed omisisse spatio vacuo relicto, cum ignoraret quibus diebus lis et coepta esset et finita. Ita hoc quoque recte explicatur, cur postea in altero exemplo adiectus sit dies victoriae; nam postea haec accessisse vel inde intellegitur, quod annus non enuntiatur, sed eo nomine remittitur qui legit ad v. 41.*' *Mommsenus Corp. l. l.*

---

101 *In antica:* VEDIOVEI · PATREI | GENTEILES · IVLIEI
in latere dextro: VED////////L/IAARA

in postica: LEEGE[1] · ALBANA[2] · DICATA

Bovillis. Corp. I, 807 Ritschl tab. L VIF descr. et contulerunt Borghesius, Henzenus, Mommsenus (Or. 1287). — Mommsenus sic fere legendum esse putat: Vediovei patrei genteiles Iuliei. Vedi*ovei Iul*ei. Aara leege Albana dicata. — [1]) *Vocales geminati titulum saeculo septimo adsignant.* [2]) *Confert Mommsenus aram Amiterninam Henz. 6118* Larib(us) d(ono) d(ata), Romano more dedicata.

---

102 SALVTI EX VOTO | Q· PLAVTIVS IVSTVS AEDIL · ARIM | N · S · ET · CASSIAE · THREPTES · C · S · ET | Q· PLAVTI · VERECVNDI · F · S · AEDEM | S · A · DED | H · A . S · A · H · L · L · Q· D · R · IN A[1]

Arimini. Henzen 6121 descr. Toninius. — Legendum fortasse: Saluti ex voto. Q. Plautius Iustus aedil(is) Arim(inensium) n(omine) s(uo) et Cassiae Threptes c(oniugis) s(uae) et Q. Plauti Verecundi f(ilii) s(ui) aedem S(alutis) A(ugustae) ded(icavit). H(abet?) a(edes?) S(alutis?) A(ugustae?) h(oc?) l(oco?) l(eges?) q(uas) D(ianae) R(omae) in A(ventino). — [1]) *Borghesius legit: h(aec) a(edes) S(alutis) A(ugustae) h(abet) ll(eges q(uas) (scil. habet ara) D(ianae) R(ómae) in A(ventino), collatis titulis sequentibus n. 103. 104 in summa re optime; ut tamen litterae* L · L leges *significent, fieri non potest, cum eiusmodi compendium tempori quo hic titulus exaratus est, nullo modo conveniat. Omnino versus extremi septem litterae priores quomodo solvendae sint adhuc plane incertum est; quae ego proposui exempli tantum causa dedi.*

---

103 [L. Aelio Caesare II P. Coelio B]albino Vibullio Pio cos.[1] | [VII Idus] Octobres. |
[C. Domitius Valens IIvir i(ure) d(icundo), prae]eunte C. Iulio Severo pontif(ice), | [legem dixit in ea verba quae infra] scripta sunt: |
[Iuppiter optime Maxime quandoque tibi h]odie hauc aram dabo dedicaboque ollis legib(us) | [ollisque regionibus dabo dedicaboque, quas hic h]odie palam dixero, uti infimum solum huius arae est:[2] | [si quis hic hostia sacrum faxit, quod magmentum ne]c protollat,[3] itcirco tamen probe factum esto. Cetera[e] | [leges huic arae eaedem sunto, quae arae Dianae sunt i]n Aventino moute[4] dictae. Hisce legibus hisce regionib(us) | [sicuti dixi hanc tibi aram Iuppiter Optime Maxime do] dico dedicoque, uti sis volens propitius mihi collegisqu[e] | [meis, decurionibus, colonis, incolis coloniae Martiae I]uliae Salonae coniugibus liberisque nostri[s].

Salonis reperta, nunc media fracta; pars dextra extat Patavii, sinistra periit. Corp. III, 1933. Quae supersunt descr. Mommsenus, quae uncinis inclusi, servarunt apographa antiquiora. — [1]) *A. 137.* [2]) *'Id est: illis legibus dedicabo, quas hic hodie palam dixero; illis regionibus dedicabo, uti infimum solum huius arae est. Nam ibi arae termini sunt, ubi solum incipit planum esse'. Mommsenus l. l.* [3]) *'Id est: quamvis exta non deponat'. Mommsenus l. l.* [4]) *'Scilicet ea ara aedesque prima videtur fuisse quam Romani dedicarint scripta lege proposita'. Mommsenus l. l.*

---

104 T. Statilio Tauro | L. Cassio Longino | cos.[1] X k. Octobr. | numini Augusti votum | susceptum á plebe Narbo|nensium in perpetuom: | Quod bonum faustum felixque sit Imp(eratori) Caesari | Divi f. Augusto p(atri) p(atriae) pontifici maximo trib(unicia) potest(ate) | XXXIIII coniugi liberis gentique eius senatuí | populoque Romano et colonís incolísque | c(oloniae) I(uliae) P(aternae) N(arbonis) M(artii), qui sé numini eíus in perpetuum | colendo obligáverunt, plébs Narbonen|sium áram Narbone in foro posuit, ad | quam quotannis VIIII k. Octobr., qua die | eum seculi felícitas orbi terrarum | réctorem édidit,[2] tres equites Romaní | á plebe et tres líbertini hostias singu|las inmolent, et colónis et incolís ad | suplicandum númini eius thús et vínum | dé suo eá die praestent, et VIII k(alendas) Octob.[3] | thus vínum colonís et incolís item prae|stent, k(alendis) quoque Ianuar(iis) thus et vínum | colonís et incolís praestent, VII quoq(ue) | idus Ianuar(ias), quá die primum imperium | orbis terrarum auspicátus est[4], thure | víno suplicent et hostías singul(as) in|molent et coloní̇s incolísque thus ví|num eá die praestent; | et pridie k. Iunias, quod ea die T. Statílio | Tauro M'. Aemilio Lepido cos.[5] iúdicia | plebis decurionibus coniúnxit[6] hostias | singul(as) inmolent et thus et vínum ad | supplicandum númini eius colonís et | incolis praestent | exque iís tribus equitibus Rom*anis et tribus* | libertinis unus ....

In latere:

Plebs Narbonesis *aram* | *n*uminis Augusti *dedi*|cavit ...... | *versus duo erasi videntur*[7] | legibus iís q(uae) i(nfra) s(criptae) s(unt): Numen Caesaris Aug(usti) p(atris) p(atriae) quando tibi | hodie hanc aram dabo dedicabo|que, hís legibus hisque regioni|bus dabo dedicaboque, quas híc | hodie palam díxero, utí infimum |

solum huíusque arae titulorum|que est: si quis tergere órnare | reficere volet, quod beneficii | causa fiat, íus fasque estó; sive | quis hostia sacrum faxit, quí | magmentum nec protollat, id|circo tamen probe factum esto; si | quis huic arae donum dare au|gereque volet, liceto, eademq(ue) | lex eí douo estó, que (*sic*) arae est; | ceterae leges huic arae titulísq(ue) | eaedem sunto, quae sunt arae | Dianae iu Aventíno. Hisce legi|bus hísque regionibus, sícuti | díxí, hanc tibi aram pro Imp. | Caesare Aug(usto) p(atre) p(atriae) pontifice maxi|mo tribunicia potestate XXXV[8] coniuge liberís genteque eius | senatu populoque R(omano) colouis | incolísque col(oniae) Iul(iae) Patern(ae) Narb(onis) Mart(ii), qui se numini eíus in per|petuum colendo obligaverunt, | doque dedicoque, uti sies volens | propitium.

Narbone. Herzog Gall. Narbon. Append. n. 1 qui descr. (*Orelli 2489*). *Titulum, qualis nunc extat, Antoninorum tempore restitutum esse cum Rossio* (*Ann. Inst. arch. 1857 p. 328*) *iudicat Herzogius propter formam litterarum.* — 1) *Suff. a. 11.* 2) *Est enim natalis Augusti.* 3) *De natali Augusti duobus diebus celebrato cf. Henzenum Scavi nel bosco dei frat. Arv. 1868 p. 14.* 4) *Cf. feriale Cumanum ad hunc diem Corp. I p. 310 et 383, in quo supplicationes eo die referuntur, quod* Imp. Caes. Augustus eo die primum fasces sumpsit Hirtio et Pansa cos. (*u. c. 711*). 5) *Cos. ord. 11.* 6) *Pertinere videtur ad comitia magistratuum municipalium cf. Henzenum Bull. Inst. arch. 1857 p. 41, Herzogium l. l. p. 206 sq., infra n. 1958.* 7) *Excidisse videntur dies et annus, magistratus sacerdotisque municipalium nomina qui leges dixerunt.* 8) *A. 12/13.*

---

105 L. Aienus L. f., Q. Baebatius Sex. f. aedem dedicarunt | Iovis liberi Furfone a. d. III idus Quinctileis L. Pisone A. Gabinio cos.,[1] mense Flusare | COMVLA · TEIS[2] olleis legibus, illeis regionibus.

Utei extrema *f*unda*menta*que[3] lapide | facta hoiusque aedis ergo uteique ad eam aede*m* scala*s* lapide struct*as quaeque*[4] | columnae stant citra scalas ad aedem versus, stipitesque aedis hu*ius*[5] tabula|mentaque utei tangere sarcire tegere devehere defigere MANDARE ferro oeti | promovere referre *liceat*[6] fasque esto.

Sei quod ad eam aedem donum datum donatum dedicatum|que erit, utei liceat oeti venum dare. Ubei venum datum erit, id profanum esto. Venditio | locatio aedilis esto quem quomque veicus Furfens(is) fecerint, quod se senti*at*[7] eam rem | sine

scelere sine piaculo *vendere locare*[8], alis ne potesto. Quae pequnia recepta erit, ea pequnia emere | conducere locare dare, quo id templum melius honestiusque seit, liceto. Quae pequnia ad eas | res data erit, profana esto, quod d(olo) m(alo) non erit factum. Quod emptum erit aere aut argento | ea pequnia, quae pequnia ad id *emendum*[9] data erit quod emptum erit, eis rebus eadem | lex esto, quasei sei dedicatum sit.

Sei qui heic sacrum surupuerit, aedilis multatio esto, | quanti volet. Idque veicus Furf(ensis) mai(or) pars FIFELTARES sei apsolvere volent sive condemnare, | liceto.

Sei quei ad hoc[10] templum rem deivinam fecerit Iovi libero aut Iovis genio, pelleis | coria fanei sunto.

Furfone rep. nunc Aquilae. Corp. I, 603 Ritschl tab. LXXXII. (*Or. 2488*). — '*Titulus totus corruptus est, tralaticius fortasse et inter propagationem pessum datus vel exceptus ex exemplo obscuris et fugientibus litteris scripto ab Latinae linguae parum gnaro aliquo neglegentissimoque quadratario; sane inter lapides Romanos quos novi nullum offendi, qui ad similem corruptelarum immanitatem ascendat, in hoc tantam, ut pleraque codicibus tradita longe emendatiora habeamus*'. *Mommsenus.* — 1) *A.u.c. 696.* 2) *Ita in lapide; quid subsit, incertum; nescio tamen, num* cumulatis *ita ut idem sit, quod est* additis *ferri non possit. De mense Flusare sive Florali cf. Mommseni Unterital. Dial. p. 340. 343.* 3) EXTREMAE · VNDAE · QVAE *in lap., emendavit Mommsenus atque angulos murorum aedisque fundamenta intellegit.* 4) AEDE · SCALAS · QVE LAPIDE STAAVCTVENDO *in lapide, emendavit Mommsenus ad sententiam.* 5) HVMVS *lapis.* 6) Liceat *excidit in lap.* 7) SEÑTIVÑ *lap.* 8) Vendere locare *excidit in lap.* 9) TEMPLVM *lapis, em. Mommsenus.* 10) HVC *lapis.*

Tituli sacri Matris magnae et Dei invicti Mithrae.

Seriem gravissimorum titulorum ad cultum matris Idaeae et dei Solis spectantium hic componere placuit quia multa habent singularia.

106 MATRÍ · DEVM | ET · NAVÍ · SALVIÆ | Q · NVNNIVS | TELEPHVS · MAG | COL · CVLTÓ · EIVS | D · S · D · D[1]

Romae. Corp. VI, 494 descr. Marinius (Orell. 2403). — 1) *Mag(ister) col(legii) culto(rum) eius d(e) s(uo) d(onum) d(edit). Et* COLlegii *et* CVLTOrum *contra morem aetatis melioris, qua* COLL *et* CVLTOR *scriberetur, notantur.*

107 M · D · M · I[1] · ET · ATTINIS

Cybele turrita in bigis sedens a leonibus vecta, dextra spicas et milium, sinistra tympanum gerit. Stat contra Attis puer pinui innixus braccatus mitratusque, dextra mento subiecta, sinistra tympanum tenens: ad pedes a tergo adstat pedum. In pinu avis sedet.

L · CORNELIVS · SCIPIO · ORfITVS[2] | · V · C · AVGVR · TAVROBOLIVM · SIVE · CRIOBOLIVM · FECIT | DIE · IIII · KAL · MART | · TVSCO · ET ANVL-LINO · COSS [3]

in latere dextro incisae erant faces duae transversae cum crotalis; in sinistro fistulae ac tibiae; in parte postica pinus visitur, de qua pendent crotali syrinx vasa variae formae: inter ramos eius aviculae tres et gallus. Adstant taurus et aries vittati et coronati.

Romae. Corp. VI, 505 descr. Rossius (Orell. 1899). — [1]) *M(atris) d(eum) m(agnae) I(daeae).* [2]) *In lap.* OREITVS *cf. Corp. VI, 402. 506.* [3]) *A. 295.*

---

108 POTENTISS · DIIS · *m. d. m. et at*|TI · MENOTYRANNO . . . .[1] | SERAPIAS · H · F · SACR[2] | MATRIS · ET · PROSERPINAE | TAVROBOLIVM · CRIOBOL · CAERNO[3] | PERCEPTVM · PER · FL · ANTONI|VM · EVSTOCHIVM · SAC · PHRYG | MAX · PRAESENTIB · ET · TRADENTIB | CC · VV · EX AMPLISS · ET · SANCTISS | COLL · XV · VIR · S · F[4] · DIE · XIII · KAL | MAIAS · CEREALIBVS · DD · NN[5] | CONSTANTINO · MAX · AVG · V · ET | LICINIO · IVN · CAES · COSS[6]

Sine dubio Romae rep. Corp. VI, 508 servavit Cyriacus. — [1]) *Excidit gentilicium feminae.* [2]) SAC · *dear emendat Mommsenus; legendum: h(onesta) f(emina) sac(erdos) dear(um).* [3]) *κέρνος, patella; inde dictas esse feminas* caernophoros *in his sacris obvias I. Neap. 3144 Corp. II, 179 adnotat Mommsenus.* [4]) *Praesentib(us) et tradentib(us) c(larissimis) v(iris) ex ampliss(imo) et sanctiss(imo) coll(egio) XVvir(um) s(acris) f(aciundis).* [5]) *D(ominis) n(ostris duobus).* [6]) *A. 319.*

---

109 MATRI · DEVM · MAGNAE | IDAEE · SVMMAE · PA|RENTI · HERMAE · ET · ATTIDI | MENOTYRANNO · INVICTO | CLODIVS · HERMOGENIANVS | CAESARIVS[1] · V · C · PROCONS · AFRICAE | PRAEFEC · VRBIS · ROMAE | XV · VIR · S · F · TAVROBOLIO | CRIOBOLIOQVE · PERFECTO | XIIII · KAL · AVG · DIIS · ANIMAE | SVAE · MENTISQVE · CVSTODIBVS | ARAM · DICAVIT | D · N · GRATIANO · AVG · TER | ET . . . AEQVITIO · CONSS[2]

Romae in fundamentis basilicae Vaticanae una cum septem similibus rep. (cf. 111. 112. 114) Corp. VI, 499 (Orelli 1900) ad exempla antiqua. —

[1]) *'Idem videtur qui a. 364 comes fuit rerum privatarum cod. Theod. X, 1, 8.' Henzenus.* [2]) *A. 374.*

---

110 DIS | MAGNIS | MATRI · DEVM · ET · ATTIDI · SE|XTILIVS · AGESILAVS · AEDESIVS | V · C · CAVSARVM · NON · IGNOBI|LIS · AFRICANI · TRIBVNALIS · ORA|TOR · ET · IN · CONSISTORIO | PRINCIPVM · ITEM · MAGISTE|R · LIBELLOR · ET · COGNITION | SACRARVM · MAGISTER · EPISTV|LAR · MAGISTER · MEMORIAE | VICARIVS · PRAEFECTOR · PER | HISPANIAS · VICE · S · C[1] · PA|TER · PATRVM · DEI · SOLIS · INVI|CTI · MITHRAE · HIEROFANTA | HECATAR[2] · DEI · LIBERI · ARCHI|BVCOLVS · TAVROBOLIO | CRIOBOLIOQ · IN AETER|NVM · RENATVS · ARAM · SACRA|VIT · DD · NN · VALEN|TE · V · ET · VALENTINIANO | IVN · AVGG · CONSS[3] · IDIB | AVGVSTIS

Romae. Corp. VI, 510 servarunt Petrus Sabinus et Ligorius (Or. 2352). — [1]) *Ita recte Petrus Sabinus, cum Ligorius habeat* VICE · S · I · CVR · PATR *cet. Notae explicantur titulo Hispano II, 4107, quem recte confert Mommsenus: vicarius praefector(um) per Hispanias vice s(acra) c(ognoscens).* [2]) *Cf. Corp. VI, 507:* hierophantes Liberi patris et Hecatarum. [3]) *A. 376.*

---

111 DIS · MAGNIS | VLPIVS · EGNATIVS · FAVENTINVS | V · C · AVGVR · P · V · B · P · R · Q[1] | PATER · ET · HIEROCERYX · D · S · I · M[2] | ARCHIBV-COLVS · DEI · LIBERI | HIEROFANTA · HECATAE · SA|CERDOS · ISIDIS · PERCEPTO | TAVROBOLIO · CRIOBOLIOQ · | IDIBVS · AVGVSTIS · D · D · N · N | VALENTE · AVG · V · ET · VALENTINIA|NO · AVG · CONSS[3] · FELICITER

Vota Faventinus bis deni[4] | suscipit orbis,
Ut mactet repetens aurata | fronte bicornes.

Romae in fundamentis basilicae Vaticanae cum n. 109. 112. 114. Corp. VI, 504 (Orelli 2335) descr. Smetius aliique. — [1]) *V(ir) c(larissimus) augur pub(licus) p(opuli) R(omani) Q(uiritium).* [2]) *D(ei) S(olis) i(nvicti) M(ithrae).* [3]) *A. 376.* [4]) *Vota vicennalia significantur.*

---

112 DIIS OMNIPOTENTIBVS | LVCIVS · RAGONIVS | VENVSTVS V · C | AVGVR PVBLICVS | P · R · Q[1] · PONTIFEX | VESTALIS · MAIOR | PERCEPTO TAV-ROBOLIO | CRIOBOLIOQVE | X · KAL · IVN | D · N · VALENTINIANO | AVG · IIII · ET | NEOTERIO CONSS[2] | ARAM · CONSECRAVIT

Romae rep. cum 109. 111. 114. Corp. VI, 503 descr. Henzenus (Orelli 2130). — [1]) *P(opuli) R(omani) Q(uiritium).* [2]) *A. 390.*

113 M D M IDÆAE ET[1] ATTIDI MENOTVRANO[2] S[3]

Nobilis in causis forma[4] celsusq(ue) Sabinus
Hic pater Invicti mystica victor habet.
Sermo duos . . . . reservans[5]
Consimiles aufert . . . .
Et veneranda movet Cybeles triodeia[6] signa:
Augentur meritis simbola tauroboli.

RVF CAEON CAE SABINI F · V · C · P · M · HIEROF D HECAT AVG | PVB P · R · Q[7] PATER SACROR INVICT METHRAE TAVROBOLIATVS | M · D · M · ID · ET · ATTIDIS · MINOTVRANI ET ARAM IIII · ID · MART | GRATIANO V ET MEROBAVDE CONSVLIBVS[8] DEDICABIT |

Antiqua generose domo, cui regia Vestae
Pontifici felix sacrato militat igne,
Idem augur, triplicis cultor venerande Dianae,
Persidiciq(ue) Mithrae antistes Babilonic templi,
Tauroboliq(ue) simul magni dux mistice sacri.

Romae. Corp. VI, 511. Apographum ceteris plenius servavit Ligorius, postea titulum iam valde corrosum descr. Smetius aliique, ut inprimis vv. 2. 6. 8 pauca tantum enuclearent. Ligorianum tamen exemplum fidem mereri et versus ipsi et apographa posteriorum mutila ostendunt. (Orelli 2353). — 1) *Ita Ligorius,* IDÆ ET *Smetius.* 2) *Apographa* MINOTVRAM, MENOTVRANO, MINOTAVRANO *aliaque.* 3) *S(acrum).* 4) *Versum praeter verbum primum Ligorius unus servavit, qui altero exemplo* FAMA, *altero* FORMA *scripsit.* 5) RESERVAT *alterum exemplum Ligor., sed participium firmatur lectione Pighiana . . . . .* VATIS. 6) Τριοδῖα *i. e. trivia scil. signa Hecatae.* 7) *Legendum: Ruf(ius) Cae(i)oni(us) Cae(ioni?) Sabini(?) f(ilius?) v(ir) c(larissimus), p(ontifex) m(aior), hierof(anta) d(eae) Hecat(ae), aug(ur) pub(licus) p(opuli) R(omani) Q(uiritium).* 8) *A. 377.*

---

114 M · D · M · I | ET ATTIDI MENO|TYRANNO CONSER|VATORIBVS SVIS CAE|LIVS HILARIANVS · V · C | DVODECIMBYR | VRBIS ROMAE | P · S · ET HIEROCERYX | I · M · S · D · L · S · D | HECATE[1] | D · N · GRATIANO · AVG · | ET MEROBAVDE | CONSS · III[2] · IDVS | MAIAS

Romae in fundamentis basilicae Vaticanae cum n. 109. 111. 112. Corp. VI, 500 ad exempla antiqua (Orell. 1901). — 1) *Legendum: v(ir) c(larissimus) duodecim(vi)r urbis Romae, p(ater) s(acrorum) et hieroceryx i(nvicti) M(ithrae), s(acerdos) d(ei) L(iberi), s(acerdos) d(eae) Hecate.* 2) *A. 377.*

115 ATTINI · SACRVM | ET · MINERVAE · PARACENTIAE | L · SONTIVS · PANCIVS · IVSTI|NVS · EQ · ROMANVS · PRINCI|PALIS · DVVMVIR · ET · MVNERA|RIVS · NATALIS · COLONIAE · OM|NIBVS · HONORIBVS · PERFVNCT | ET · SACERDOS · MATRI · DEVM M · I | IN · PRIMORDIO · SVO · TAVROBO|LIVM · A · SE · FACTVM · TRADEN|TE · SIMVL · COSINIA · CELSINA | CONSACERDOTE · SVA | PRAEVNTE · FLAVIO · LIBE|RALI · HAR · PVBL · PRIMARIO

Beneventi. I. Neap. 1398 (Or. 2330) descr. de Vita.

---

116 ATTINI · SACRVM | ET · MINERVAE · BERECINT | CONCORDIA · COL · LIB[1] · IANVARIa | CyMBAL · *l*OCO[2] · SECVNDO · OB | CRIOBOLIVM · FACTVM · M · D | M · I · TRADENTIB · SEPTIMIO | PRIMITIVO · AVGVRE · ET · SAC | SERVILIA · VARIA · ET · TERENTIA | FLAVIANA · SACERD · XVVIR | PRAEVNTE · MAMIO · SECVNDO | HAEC · IVSSV · MATRIS · DEVM | IN · ARA · TAVROBOLICA · DVO|DENA · CVM · VITVLA · CREM | SVB · DIE · V · IDVS · APRILIS | MODESTO · II · ET · PROBO · COS[3]

Beneventi. I. Neap. 1399 (Orelli 2328). — [1]) *Col(oniae) lib(erta).* [2]) CIMBALIOCO *traditur, emendavit Giovenazzius, intellege: cymbal(istria) loco secundo.* [3]) *A. 228.*

---

117 ATTINI · SACRVM | ET · MINERVAE | PARACENTIAE | TERENTIA · FLAVIANA | SACERDOS · SECVNDO · LOCO · XV|VIR · OB · TAVROBOL · TRA|DITVM · A · SERVILIA | VARIA · SAC · PRIMA

Beneventi. I. Neap. 1401 descr. de Vita (Orelli 2329).

---

118 VIRIBVS | AETERN | TAVROBOLIO | SEMPRONIA | EVTOCIA

Taurinis. Orelli 2323 cont. Mommsenus.

---

119 TAVROBOLIO · MATRIS · D · M ID | QVOD · FACTVM · EST · EX · IMPERIO · MATRIS · D[1] | DEVM | PRO SALVTE · IMPERATORIS · cAES T · AELI · | HADRIANI · ANTONINI · AVG · PII P · P | LIBERORVMQVE · EIVS | ET · STATVS · COLONIAE · LVGVDVN | L · AEMILIVS · CARPVS · IIIIIIVIR · AVG · ITEM | DENDROPHORVS | — *caput bovis* — | VIRES · EXCEPIT · ET · A VATICANO · TRANS|TVLIT · ARA · ET · BVCRANIVM | SVO INPENDIO CONSACRAVIT | SACERDOTE | Q · SAMMIO · SECVNDO · AB · XV · VIRIS | OCCABO · ET · CORONA · EXORNATO | CVI · SANCTISSIMVS · ORDO · LVGVDVNENS | PERPETVITATEM · SACERDOTI · DECREVIT | APP · ANNIO · ATILIO · BRADVA · T · CLOD · VIBIO | VARO COS[2] | L D D D

ab altero latere: CVIVS MESONYCTIVM | FACTVM EST V ID DEC — *culter;* *a tertio latere: caput arietis.*

Lugduni. Boissieu I. de Lyon p. 24 qui delineavit. (Orelli 2322). — [1]) D *delendum videtur.* [2]) *A. 160. Tauroboliorum hoc vetustissimum est monumentum.*

119a. *pro salute imp. m. aur. commodi* | *antonini aug. pii* DOMVSQ DIVI|NAE
COLON COPIAE CLAVD AVG LVG | *t*AVROBOLIVM FECIT Q AQVIVS
ANTONIA|NVS PONTIF PERPETVVS | — *caput bovis exsculptum* — |
*e*X VATICINATIONE PVSONI I*u*LIANI ARCH*i*|GALLI INCHOATVM XII KAL
MAI CONSVM|MATVM VIIII *ka*L MAI L EGGIO MARVLLO | CN PAPIRIO
AELIANO COS [1] PRAEEVNTE AELIO | *castrense sace*RDOTE TIBICINE
ALBIO | VERINO

Lugduni. Boissieu I. de Lyon p. 28 qui delineavit. — [1]) *A. 184.*

---

120 ///////////// | ////////////[1] | NVMINB AVG TOTIVSQVE |
DOMVS DIVINAE ET SITV C C C | AVG LVGVD[2] | TAVRIBOLIVM FECE|RVNT
DENDROPHORI | LVGVDVNI CONSISTENTES | XV KAL I*u*LIAS | //////
////////////////////// | MARCO SVRA SEPTIMIANO | COS[3] EX-
VATICINATIONE | PVSONI IVLIANI ARCHI|GALLI[4] SACERDOTE | AELIO
CASTRENSE | TIBICINE FL RESTITVTO | HONORI OMNIVM | CL SILVANVS
PERPETVVS | QVINQVENNALIS INPEN|DIVM HVIVS ARAE REMIST |
L D D D[5]

ab altero latere: caput bovis.

a tertio latere: caput arietis et culter.

Lugduni. Boissieu I. de Lyon p. 31 qui delineavit. — [1]) *Imperatoris Commodi nomen erasum est.* [2]) *Et situ c(oloniae) C(laudiae) C(opiae) Aug(ustae) Lugud(uni).* [3]) *A. 190 cum Imp. Commodo VI, cuius nomen deletum est.* [4]) *Cf. titulum praecedentem ubi idem archigallus invenitur a. 184.* [5]) *I. e. Cl(audius) Silvanus, quinquennalis perpetuus collegii dendrophorum, honori omnium dendrophorum impendium arae remisit. L(ocus) d(atus) d(ecreto) d(ecurionum).*

---

121 PRO SALVTE IMP L SEP|TIMI SEVERI PERTNA|CIS AVG ET *d. clodi septimi albi*N*i caes* | DOMVSQ DIVINAE ET STA|TV C C C AVG LVG
TAVROBO|LIVM FECERVNT AVFVSTIA | ALEXANDRIA ET SERGIA | PAR-
THENOPE EX VOTO | PRAEEVNTE AELIO CASTREN|SE SACERDOTE TIBI-
CINE FL | RESTITVTO INCHOATVM EST | SACRVM VII IDVS MAI CON|-
SVMMATVM V ID EASDEM[1] | IMP L SEPTIMIO SEVERO PERTNAC
AVG *ii* | *d clodio septimio albino caes* | II COS[2] | *l* D *d d*

Lugduni. Boissieu Inscr. de Lyon p. 33 qui delineavit. — [1]) *Cf. titulum*

sequentem et Grut. p. 30, 2: inchoatum XII Kal. Mai consummatum VIIII Kal. Mai. [2]) *A. 194.*

---

122 *pro sal*VTE · IMP · L · SEPTIMI | *severi* PIÌ PERTINACIS AVG | ET · M · AVRELI ANTONINI CAES | IMP · DESTINATI ET | *i*VLIAE AVG MATRIS CASTROR | TOTÌVSQVE DOMVS · DIVÌNAE | EORVM · ET · STATV · C · C · C · AVG · LVG | *t*AVROBOLIVM · FECERVNT | SEPTICIA VALERIANA ET | OPTATIA · SPORA EX VOTO | *p*RAEEVNTE AELIO ANTHO SA|CERDOTE SACERDOTIA AEMI|LIA SECVNDILLA TIBICINE FL | RESTITVTO APPARATORE VIRE|IO HERMETIONE | INCHOATVM EST SACRVM IIII | NONAS · MAIAS · CONSVMMA|TVM NONIS · EISDEM | T SEXTIO LATERANO · L · CVSPIO | RV*f*INO · COS[1] | L D D D

ab altero latere: culter, caput bovis, caput arietis.

Lugduni. Boissieu I. de Lyon p. 36 qui delineavit. — [1]) *A. 197.*

---

123 M · D · M · I | SACR · *c*RI*o*B[1] · TAVR · FECER | CVM . SVIS · HOSTIS · ET · APPARAM | OMNIBVS · L · DAGID · MARIVS · PON|TIF · PERPET · CIVIT · VALENT | ET · VERVLLIA · MARTINA · ET | VERVLLIA · MARIA · FIL · EORVM | PRO · SALVTE · IMP · ET · CAESAR | PHILIPPORVM · AVGG · ET · OTACI|LIAE · SEVERAE · AVG · MATRIS | CAES · ET · CASTROR · PRAEEVN|TIBVS · SACERDOTIBVS · IVNI*o* | TITO · XV VIR · ARAVSENS[2] · ET | CASTRICIO · ZOSIMIONE · CI|VITAT · ALBENS · ET · BLATTIO | PATERNO · CIVITATIS · VOC | ET · FABRICIO · ORFITO · LIBER | PATRIS · ET · CETERIS · ADSISTENTIBVS · SACERDOTIBVS | V · S · L · M · LOCO · VIRES · CON|DITAE · DIE · PRID · KAL · OCT · IMP · PHILIPPO · AVG · ET · TITI|ANO · COS[3]

Deae Augustae (Die). Fabretti p. 609 et 610 n. 79 (Orelli 2332). — [1]) TRIB *traditur. Legendum: M(atri) d(eum) m(agnae) I(daeae) sacr(um) criob(olii) taur(obolii) fecer(unt) cum suis hosti(i)s et apparam(entis) omnibus cet.* [2]) *XVvir(ali) (scil. sacerdote) Arausens(ium).* [3]) *A. 245.*

---

124 VIATOR · SABINI · FIL · VIRES | TAVRI · QVO · PROPRIE · PER | TAVROPOLIVM · PVBLICE | FACTVM · FECIT · CONSACRA|VIT S · M · D[1] | C · IVL · SECVNDVS · TAVROP | ACCEPIT · HOSTIÌS · SVIS · SACERD | TRAI · NVND[2] · D · N · GORDIANO | II · ET · POMPEIANO · COS[3] · VI | ID · DEC

Lactorae. Gruter 30, 3 a Scaligero. — Titulos similes ibidem rep. habes apud Gruterum p. 29—31. — [1]) *S(acrum) m(atri) d(eum).* [2]) *Sacerd(ote) Trai(anio) Nund(inio).* [3]) *A. 241.*

125 CVRIA · PRIS|CA MATRI · MAGNAE | FANVM · RIFECIT | SIGNA · POSVIT · LARO PHORVM[1] · CYMBALA | TYNPANA · CATILLVM · | FORFICES[2] · ADAMIDATID (*sic*)[3]

Salonis. Corp. III, 1952 descr. Mommsenus. — [1]) *'Larophorum tripus est sigillis candelabrisque sustinendis aptus cf. Or. 2505: Decimia C. f. Candid(a) sacer(dos) m(atris) d(eum) delficam cum Laribus et ceriolaris n. XXXVI'. Mommsenus.* [2]) *Ad castrationem pertinent.* [3]) *'Aram dat d(edicat) (?)'. Mommsenus.*

---

126 TERRAE MATRi | AERECVRAE[1] · MA|TRI DEVM · MAG|NAE · IDEAE | PO-PILIA · M · FIL | MAXIMA · TAVRO|BOLIVM ARAM | POSVIT MOVIT | FECIT

Thibili (Announah). Renier n. 2579 qui descr. (Henzen 5721). — [1]) *Cf. Henz. 6042.*

---

127 ATTI | C · ANTONIVS | EVTYCHES · AR|CHIDENDROPH | PRO SALVTE SVA | POSVIT

Tomis (Köstendje). Corp. III, 763 descr. Mommsenus.

Mithriaca.

128 SOLI · INVIC|TO · ET · LVNAE | AETERNAE | C · VETTI · GER|MANI · LIB | DVO · PARA|TVS ET HER|MES DEDERVNT

Romae. Corp. VI, 755 descr. Henzenus (Or. 1925).

---

129 ORIENTI[1] | FRVCTVS PONTI[2]|CVM MYRONE[3] f | SVB M · AEMILIO | CHRYSANTHO | MAG · ANNI · PRIMI[4]

Romae. Corp. VI, 556 descr. Bormannus (Orelli 1931). — [1]) *I. e. Soli.* [2]) *Scilicet servus.* [3]) MYRONE · E *Fabrettius,* MYRONEf *Borm., videtur fuisse: f(ilio).* [4]) *Sc. cultorum quorundam Solis.*

---

130 DEO · SOLI · INVICTO · MITHRE | PL · SEPTIMIVS · ZOSIMVS · V · P | SA-CERDVS · DEI · BRONTONTIS | ET · AECATE · HOC · SPELEVM | CONSTITVIT

Romae. Corp. VI, 733 descr. Smetius aliique testes optimi.

---

131 ·C·RVF· | VOLVSIANVS·V C· | PATER[1]·IEROPANTA[2]· | PROFETA·ISIDIS· | PONTIPEX·DEI·SOL· | VOT·SOLVI·

Romae in Aventino. Corp. VI, 846 descr. Rossius. (Orelli 2305). — [1]) *Scil. sacrorum Mithriacorum.* [2]) *Scil. Hecatae (cf. supra n. 110. 111. 113) cuius cultus Bacchico quodammodo coniunctus erat.*

132 DEO CAVTE[1] | FLAVIVS ANTISTIANVS | V · E[2] · DE DECEM PRIMIS[3] | PATER PATRVM

Romae. Corp. VI, 86 descr. auctor emendationum ad Mazochium (Accursius?). (Or. 1848). — [1]) *De hoc Mithrae nomine cf. Labusium Marm. Bresc. 48 Henzenum n. 5848—53.* [2]) *V(ir) e(gregius).* [3]) *Vix recte decem primi lictores (cf. Or. 3216. 3757) hic intelliguntur (Henz. ind. p. 119), nunquam enim lictor vir egregius fuit; sacerdotes potius videntur esse.*

---

133 D ARIMANIO | AGRESTIVS · V · C | DEFENSOR | MAGISTER · ET | PATER · PATRVM | VOTI · C · D

Romae rep., nunc in mus. Vatic. Corp. VI, 47 descr. Henzenus (Orelli 1933). — *Legendum: D(eo) Arimanio Agrestius v(ir) c(larissimus) defensor magister et pater patrum voti c(ompos) d(at).*

---

134 OLYMPII[1]

a.

T	T[1]	Olim Victor avus, caelo devotus et astris,	A	A[1]
A	A	Regali sumptu Phoebeia[2] templa locavit.	V	V
M	M	Hunc superat pietate nepos, cui nomen avitum est:[3]	G	G
E	E	Antra facit, sumptusque tuos nec, Roma, requirit.[4]	E	E
S	S	Damna piis meliora lucro: quis ditior illo est,	N	N
I	I	Qui cum caelicolis parcus bona dividit heres?	T	T
I	I		I	I
			I	I

b. CONSTANTIO · VIIII · ET · IVLIANO · II · CON*s*[5] | NONIVS · VICTOR · OLYMPIVS · V · C · P · P[6] | ET · AVR · VICTOR · AVGENTIVS · V · *c* · P[7] | TRADIDERVNT · LEONTICA · IIII · IDVS | AVG · FELIC[8] | ALIA · TRADIDERVNT · CONS · *s* · *s*[9] | XVII · KAL · OCT · FELIC

c. DATIANO · ET · CEREALE · CON*s*[10] | NONIVS · VICTOR · OLYMPIVS · V · C · P · P[6] | ET · AVR · VICTOR · AVGENTIVS · V · C · P[7] | TRADIDERVNT · LEONTIC*a* · *xvi*(?) *k*AL · APRIL | FELIC

d. DATIANO · ET · CEREALE · CONS[10] | NONIVS · VICTOR · OLYMPIVS · V · C · P · P · *et* | AVR · VICTOR · AVGENTIVS . V · C · P | TRADIDERVNT · PERSICA · PRI · NON · APRIL | FEL | CONS · S · S[9] · TRADIDERVNT · *h*ELIACA | XVI · KAL · MA*i* · FELIC

e. DATIANO · ET · CEREALE · CONSS | NONIVS · VICTOR · OLYMPIVS · V · C · P · P | ET · AVR · VICTOR · AVGENTIVS · V · C | TRADIDERVN̄T · PATRICA · XIII · K · MAI · FELIC | CONS*s* · SS · OSTENDERVNT · CRYFIOS | VIIII · KAL · MAI · FELIC

f. EVSEBIO · *et* · *hy*PATIO · CONS[11] | NONIVS · VICTOR · OLYMPIVS · V · C | ET · AVR · VICTOR · AVGENTIVS · V · C | TRADIDERVNT · LEONTICA · V · IDVS | MARTIAS · FEL

g. *MAMERTINO · ET* · NEBITTA · COns[12] | *NONIVS · VICTOR* · OLYMPIVS V C | ET AVR · VICTOR AVGENTIVS V c | TRADIDERVNT LEONTICA | KAL · APR · FELIC | ALIA TRADIDERVNT CON · SS | VI IDVS · APR · FELIC · LEONT | CON · SS · TRADIDERVNT | CRYFIOS · VI · IDV · APR · FELIc

h. D · D · N · N[13] · VALENTE · V · ET · VALENTIANO | IVNIORE · PRIMVM · AVGG[14] · VI · IDVS · APRIL | TRADIDIT · HIEROCORACICA · AVR · VICTOR | AVGENTIVS · V · C · P · P · FILIO · SVO · EMILIANO | CORFONI · OLYMPIO · C · P[15] · ANNO · TRICENSIMO | ACCEPTIONIS · SVAE · FELIC

Omnes reperti sunt Romae (lungo il vicolo che da S. Claudio mette alla piazza di S. Silvestro in Capite). Corp. VI, 749—754. Bull. Inst. arch. 1868 p. 91 sq. a descr. Bormannus, item g praeter ea quae inclinatis dedi (servavit Suaresius), b d e h descr. Petrus Sabinus, c f servavit Iucundi cod. Magliabecchianus. (Orelli 2343. 2345). — [1]) *Legendum:* Tamesii Augentii Olympii, *quod est nomen eius qui antra fecit.* [2]) *Mithra Graeco nomine Phoebus dicitur ut infra n. 139 iungitur deo Phosphoro Apollo Pythius.* [3]) *Itaque Tamesius Augentius Olympius Victoris quoque nomen gessisse videtur.* [4]) *A. 382 Gratianus Imperator edicto sanxit, ne pecunia publica cultus paganicus adiuvaretur; quo pertinere quod noster dicit, se sumptus Romae non requirere, acute coiecit Henzenus Bull. Inst. arch. l. l. ideoque titulum hunc post a. 382 exaratum esse statuit, item ante a. 391 quo cultus paganus omnino sublatus sit. Cod. Theod. 16, 10, 10 et 12.* [5]) *A. 357.* [6]) *V(ir) c(larissimus) p(ater) p(atrum).* [7]) *V(ir) [c](larissimus) p(ater).* [8]) *Felic(iter).* [9]) *Cons(ulibus) [s](upra) [s](criptis).* [10]) *A. 358.* [11]) *A. 359.* [12]) *A. 362.* [13]) *D(ominis) n(ostris duobus).* [14]) *A. 376.* [15]) *C(larissimo) p(uero).* — Victor *in tit. a. est* Nonius Victor Olympius, *in b c d e f g annis 357—362* pater patrum *dictus, cui assistit per eosdem annos ut* pater sacrorum Aurelius Victor Augentius, *Olympii Victoris sine dubio filius; is, loco patris inter a. 362 et 376 ut videtur mortui, a. 376* pater patrum *invenitur in tit. h, admittitque inter hierocoraces i. e. ad infimum mysteriorum Mithriacorum gradum filium suum, Olympii Victoris nepotem,* Aemilianum Corfonium Olympium, *cuius frater maior natu videtur fuisse* Tamesius Augentius Olympius Victor *tituli a.* — *Gradus initiatorum in his titulis inveniuntur: κόρακες* (hierocoracica *h*), *κρύφιοι* (cryfios *e, g*), *leones λέοντες* (leontica *b c f g*), *Persei* (Persica *d*), *ἡλιοδρόμοι* (heliaca *d*), *patres* (patrica *e cf. b c d*), *patres patrum* (*b c d e h*) *cf. Prelleri Myth. Rom. p. 762.*

---

135 *a.* DICATVS · V · ID · SEPT · ANTONINO · AVG · II · ET · SACERDOTE II · COS[1] | N · S · S · I · M[2] · DVO | GESSI · CASTVS | ET · SEVERVS · SIMV|-

LACRVM · EXORNA|TVM · VOTO · POSV|ERVNT | PROSEDENTE | C · PROPERTIO · AVGVRINO · SACERD

b. CVLTORES · D · S · I[3] · MITHRAE

PATRONI[4] PROSEDENTE · C · PROPERTIO · PROFVTVRO

COIEDIVS · PROCVLVS	POMPON · VICTOR	.RANTIF · VERVS
LIGVRIVS · THEODOTVS	STATIVS · VELOX	CAESONI · DEXTER
MVSSIVS · VINDEX	VASSIDEN · VERVS	IANVARIVS · SENT[7]
COIEDIVS · HILARINVS	HELVENAT · CELER	AELIVS · YLAS
SENTIN PATER LEONVM IANVARIVS[5]	CARFAN · ACHILLE	COIED · PAMPHILVS
TITIVS · CASTOR	CASIDIVS · RVFIN	ADVREN THESEVS
POMPEIVS · POMPEIANVS	ANTIST · BENIGN	COIED · AVXAION[8]
GESSIVS · OPTABILIS	AETRIVS · IRENÆVS	
LIGVRIVS · CLEMENTINVS	HELVEN · GEMELLIN ·	
PLOTIVS · FORTVNATVS	SENTIN · VALENTIN[5]	
LICINIVS · FAVSTVS	IVLIVS · VICTORIN	
AETRIVS · ROMANVS	. . ICIL · SOZOI[6]	
ASINIVS · COMMO*dus*	. . . III	D X[9] MENESTERIO
VISENN · QVINQV		C · SEVIO · FELICE

Uterque lapis Sentini rep. Henzen 6042a. b. — 1) *A. 219.* 2) *N(umini) s(ancto) S(olis) i(nvicti) M(ithrae).* 3) *D(ei) S(olis) i(nvicti).* 4) *Vix recte Henzenus deo Mithrae patroni nomen dari existimat; adiceretur enim sine dubio versui primo, cuius in fine satis amplum spatium supererat; spectare videtur ad nomina sequentia.* 5) *Sentin(as) Ianuarius (cf. de gentilicio Orell. 3861), municipii libertus videtur esse.* 6) *Sozo[n] vel Sozo[menus].* 7) *Ianuarius Sent(inatium) legendum; nota servum publicum sodalem collegii praeterea non servilis.* 8) Auxa[n]on *opinor.* 9) *Quid subsit, non adsequor.*

---

136 SOLI · INBICTO · MITRE | M · VLP . MAXIMVS · PRAE|POSITVS · TABELLARI|ORVM · ARAM · CVM · | SVIS · ORNAMENTIS · | ET · BELA[1] · DOMINI · | INSIGNIA (*sic*) · HABENTES · | · N · IIII · | VT · VOVERAT · D · D · ARA · POSITA · ASSTANTE SACERDOTE[2] SE*x* | CREVSINA · SECVNDO · VT · VOVERANT · MA|XIMVS . ET · MAXIMINVS · FILI · IMP · COMM|ODO · AVG · PIO · FELICE · IIII · ET · VICTORINO · II · COS[3]

Romae. Corp. VI, 746 descr. Kiesslingius (Orell. 1918). — *1) I. e. vela, de quibus cf. Marinium Atti II p. 406.* 2) *Cf. Marini Atti I p. 113.* 3) *A. 183.*

---

137 D · I · M | CAVTOPAT

Friedberg. Brambach I. Rheni 1413 qui descr. (Henz. 5853).

138 NOCTVRNO[1] | SACRVM | C · CASSIVS ʚ | VALENS | BENIF[2] EX IMPEr
Salonis. Corp. III, 1956 descr. Mommsenus. (Henzen 5858). — [1]) *Confert Henzenus Plaut. Amphit. I, 1, 116:* credo ego hac noctu Nocturnum obdormuisse ebrium. [2]) *Benif(iciarius).*

---

139 DEO · B[1] · PHOS|PHORO · APOL|LINI · PYTHIO | D · IVLIVS . RV|SONIVS · CVST | ARMORVM | PRO SALVE SVA | ET SVORVM | V · S · L · M
Apuli (Carlsburg). Corp. III, 1138 ad exempla antiq. (Orelli 1937). — [1]) *B(ono).*

---

140 DEO · INVICTO · | PRO · SALVE · FMLIAE | TI · HATER · SATVRNNI | LEG · AVGG . PR · PR | ARPOCRAS · PATER[1] · | POSVIT ·
Aquinci (Alt-Ofen). Corp. III, 3479 descr. Mommsenus. — Legendum: Deo invicto pro salute familiae Ti. Hateri Saturnini leg(ati) Aug(ustorum duorum) pr(o) pr(aetore) Arpocras pater posuit. — [1]) *Scil. sacrorum Mithriacorum.*

---

141 DEO · ARIMA|NIO LIBEL|LA · LEO · | FRATRIBVS | VOTO · DIC ·
Aquinci (Alt-Ofen). Corp. III, 3415 descr. Mommsenus.

Tituli sacri nonnulli versibus concepti.

(*Cf. supra n. 27a. b.* 111. 113. 134*a.*)

142 M · P · VERTVLEIEIS · C · F[1] · |

Quod ré suá difeidens ásperé | afleicta
Paréns timéns | heic[2] vóvit, vóto hóc | solúto
Decumá factá | polóucta[3] leibereís lubén|tes
Donú danúnt | Hércolei máxsumé | méreto.
Semól te | oránt se vóti crébro | cóndémnes.

Sorae. Corp. I, 1175 Ritschl tab. LIIA. (Henz. 5733). Versus Saturnii in ipso lapide intervallis distincti sunt. — [1]) *I. e. M(arcus) (et) P(ublius) Vertuleii, G(ai) f(ilii).* [2]) *I. e. 'voto ad eandem aram suscepto, ubi postea solutum est cena data'. Mommsenus l. l.* [3]) 'Pollucere *est certis precibus libamenta in aram alicuius dei porrigere, ut reliqua deinde esculenta et poculenta tanquam profana conviris apponantur et in honorem dei, qui libamenta accepit, cena inde fiat. Cato de r. r. 132 Varro de l. l. 6, 54. Quare hoc dicunt Vertulei decimam se fecisse et pecuniam eam in cenam Herculanam consumpsisse'. Mommsenus l. l.*

143 Templum hoc sacratum her*oum*[1] | quo*i*[2] Germanici
Augusti[3] nomen felix *semper* | remaneat,
Stirpis suae laetetur v*iribus* (?) parens.
Nam quom te, Caesar, tem*pus iam* | exposcet deum,
Caeloque repetes sed*em*, *qua*[4] | mundum reges,
Sint hei tua quei sorte te*rrae* | huic imperent
Regantque nos felicibu*s ex*[5] | voteis sueis. |
L AVI . . IVS[6] L F · PAL RVF*us* PRIMOPOLARI*s leg.*
XIII · MILITA*vit annos* . . . *auspiciis*
IMP · CAESARIS . . . .

Acerras rsp. Hermes I p. 151 sq. descr. Nissenus. Litteras quas punctis suppositis notavi hodie evanuerunt, viderunt antiquiores. Pleraque restituit Nissenus. — [1]) *Ita rest. Hauptius,* Herculi *Nissenus.* [2]) QVOD *legit Nissenus.* [3]) *Domitianum Augustum dici demonstravit Mommsenus (Hermes I. p. 155 not.) contra Nissenum, qui Claudium intellegendum esse voluit; idem apte confert epigramma Martialis VI, 3 et Silium Italicum III, 611 sq. Causis a Mommseno adlatis adde quod v. 10 Rufus dicitur militasse auspiciis Imp. Caesaris; iam cum post Augustum Flavii primum Imperatores Caesares appellentur (Nero posterioribus imperii annis: Imp. Nero Caesar) de Augusto autem hic nullo modo cogitari possit, titulum ante Flavios positum non esse apparet; cum autem saeculo secundo titulus attribui non possit, quod legionis cognomen desideratur (v. 9), Germanicique cognomen nec Flaviorum praeter Domitianum quisquam nec Nerva gesserit, unus restat Domitianus, ad quem inscriptionem hanc pertinere recte iudices. Itaque Germanici cognomen post Imperatoris mortem fortasse consilio deletum est. Non recte igitur Buechelerus in Anthol. epigr. lat. specimine Gryphisw. 1870 p. 4 denuo Nisseni opinionem contra Mommsenum protulit, versum* sint hei, tua qui sorte te*rrae* huic imperent *non posse non ad certam quae tum fuerit liberorum prolem spectare disputans.* [4]) *Ita Mommsenus rest., Nissenus: tum.* [5]) *Hauptius: voteis sueis. 'Post* felicibu *licet ex priorum versuum analogia plures litteras periisse putaveris, nolito tamen* ex *adicere, ne metrum pessumdes prave diviso anapaesto'. Buechelerus. At flagitat lacuna supplementum.* [6]) Aure*lius vel* Au*fidius vel tale quid.*

---

144 Incola Tifatae, ve|natibus incluta virgo, |
Haec, Latona, tuis statu|it miracula templis |
Cunctis notus homo, sil|varum cultor et ipse, |

Laudibus inmensis vitae | qui servat honorem, |
Delmatius signo,[1] prisco | de nomine Laetus. |
Credo qnidem donum nul|lis hoc antea natum |
Collibus aut silvis tan|tum caput explicat umbris[2] |
.... | .... |
.... | .... |
Quae vernm .... um | .... |
.... | .... |

S. Angelo in Formis prope Capuam, ubi olim fuit templum Dianae Tifatensis. Hermes I p. 157 descr. Nissenus. Litteris aevi inferioris. — [1]) *Cf. indicem.* [2]) *Nissenus pro* umbris - umbrae *scribendum esse putat, vix recte; tu intellege ita fere: credo quidem nullis silvis aut collibus antea natum donum esse hoc (tantum caput explicat umbris saltus illius) maius insigniusque.*

---

145 *silvano sancto sa*CRVM | ATHE*nio se*XTI LATERANI[1] | LIB · ET · EVTYCHES · DISP[2]

Magne deus, Silvane, potens | sanctissime pastor,
Qui nemus | Idaeum Romanaque castra | gubernas,
Mellea qnod docilis iunctast tibi fistula cera. |
Namque procnl certe vicinus | iungitur amnis,
Labitnr | unda levi per roscida prata | Tirinus
Gurgite non alto nitidis argent|eus undis[3]
Et teneram ab radice ferens Silvane | cupressum.[4]
Adsis huc mihi, sancte, favens | numenq(ue) reportes,
Quod tibi pro meritis simulacrum | aramq(ue) dicavi.
Haec ego quae feci dominorum | causa salutis
Et mea proque meis orans: | vitamq(ue) benignam
Officiumque gerens fautor tu | dexter adesto,
Dum tibi, qui refero quaeq(ue) aris, | inclute, reddo,
Ex voto meritoque libens mea | dicta resolvo:
Ille ego qui inserui nomen in | ara meum.
Nunc vos o laeti bene gestis | corpora rebns
Procnrate viri et semper | sperate futurum![5]

D D

in latere dextro: SILVA|NO | ET AVGVRINO | COS[6] | XVI · K · APRIL

In valle Tritani, olim Tirini fl., sub castro Capistrani. Henzen 5751 descr. Brunnius. — [1]) *Cos. 154. Laterani igitur in ea regione praedia possederunt.* [2]) *Disp(ensator) scil. eiusdem Laterani.* [3]) *Cf. Ovid. Met. III, 407:* fons erat inlimis, nitidis argenteus undis. [4]) *Virg. Georg. I, 20.* [5]) *Virg. Aen. IX, 157. 158:* diei quod superest, laeti

bene gestis corpora rebus procurate, viri, et pugnam sperate parari. *Versus hos Ovidii Virgiliique citat Mommsenus I. Neap. 6061.* [6]) *A. 156.*

---

146 Silvane, sacra semicluse fraxino
Et huius alti summe custos hortuli,
Tibi hasce grates dedicamus musicas,
Quod nos per arva perque montis Alpicos
Tuique luci suave oleutis hospites,
Dum ius guberno remque fungor Caesarum,
Tuo favore prosperanti sospitas.
Tu me meosque reduces Romam sistito
Daque Itala rura te colamus praeside:
Ego iam dicabo mille magnas arbores.

T · POMPONI VICTORIS PROC · | AVGVSTOrum[1]

Aximae (Aixme). Orelli 1613. Dedi sec. Gazzeram et Menabream, qui viderunt. — [1]) *Proc(uratoris) Augustorum scil. Alpium Poeninarum. Titulus igitur ante Marci Verique aetatem incisus non est; saeculo eum tertio adtribuere vetat ipsa carminis venustas.*

---

147 *in antica:* DIANAE | SACRVM | Q · TVLLIVS | MAXIMVS | LEG · AVG | LEG · VII · GEM | FELICIS[1]

in postica: Acquora conclusit campi | divisque dicavit |
Et templum statuit tibi, | Delia virgo triformis, |
Tullius e Libya, rector | legionis Hiberae: |
Ut quiret volucris capreas, | ut figere cervos, |
Saetigeros ut apros, ut | equorum silvicolentum |
Progeniem, ut cursu certare, | ut disice[2] ferri, |
Et pedes arma gereus et | equo iaculator Hibero. |

in latere dextro: Dentes aprorum, | quos cecidit, | Maximus |
Dicat Dianae, | pulchrum vir|tutis decus. |

in latere sinistro: Cervom altifron|tum cornua |
Dicat Dianae | Tullius, |
Quos vicit in pa|rami[3] aequore |
Vectus feroci | sonipede.

in tabula marmorea: Donat hac pelli, D*iana*,
Tullius te Maxim*us*
Rector Aeneadum, *vocamen*[4]
Legio quis est *septima;*
Ipse quam detrax*it urso,*
Laude opima p*raeditus.*

Legione (Leon). Corp. II, 2660 descr. Huebnerus ectypum et restituit. Idem litterarum formam Traiani aetati convenire, certe Hadriano non recentiorem esse confirmat, ad quam aetatem convenit etiam, quod monuit Buechelerus, varietas metrorum, emendata scriptura, in dimetris cervom. *Anthol. epigr. lat. spec. Gryphisw. 1870 p. 5. —* [1]) *Leg(atus) Aug(usti) leg(ionis) VII gem(inae) felicis. Legionem* felicem *appellari inde a Vespasiano, inde a Caracalla addi* piam, *tempore intermedio igitur titulos hos conscriptos esse adnotat Huebnerus.* [2]) Discx *vel* disicis *vocabulum fortasse Hispanum alicunde non innotuit; Huebnerus curriculorum genus, Mommsenus equum eo significari arbitratur.* [3]) 'Paramus *vox in lexicis quidem desideratur, sed apud Hispanos etiam nunc in usu est* páramo *pro planitie alta et inculta'. Huebnerus.* [4]) *Ita supplevit Hauptius.*

---

148 NVMINI • AQVAE | ALEXANDRIANAE |[1]

Hanc aram Nymphis extruxi, | nomine Laetus, |
Cum gererem fasces patriae | rumore secundo: |
Plus tamen est mihi gratus | honos, quod fascibus annus |
Is nostris[2] datus est, quo[3] sanc|to nomine dives |
Lambaesem largo perfu|dit flumine Nympha.

Lambaesi. Renier n. 93 qui descripsit. — [1]) *Alexandriana vocatur ab Alexandro imperatore, ideoque post mortem nomen excisum est et postea demum restitutum.* [2]) NOSTRI *in lap.* [3]) QVOD *in lap.*

149

Alfeno Fortunato |
Visus dicere somno |
Leiber Pater bima|tus,
Iovis e fulmine | natus,
Basis hanc no|vationem
Genio | domus sacrandam. |
Votum deo dicavi
Praef(ectus) | ipse castris.
Ades ergo | cum Panisco,
Memor | hoc munere nostro, |
Natis, sospite matre; |
Facias videre Romam |
Dominis munere, hono|re,
Mactum corona|tumque.

Lambaesi. Renier n. 157 qui descr. Cf. De hoc titulo Ritschelium Ind. schol. aestiv. Bonn. 1855.

150 Divum sodalis,[1] consul et | verno die,[2]
Et post Sicanos,[3] | postque Picentis viros,[4] |
Ac mox Hiberos Celtas,[5] | Venetos,[6] Delmatas,
ı . . . ı . . . ı . . | na regna, post feros Iapu|das[7]
Germaniarum con|sularis[8] Maximus,
Parens | adultae prolis geminae[9] | libernm
Aram dicavit | sospiti Concordiae,[10] |
Granno, Camenis, Mar|tis et Pacis Lari,
Quin | et deorum stirpe | genito[11] Caesari.
C · FVLVIVS · G · F | MAXIMVS[12] · LEG | AVG · PR · PR

Bonnae. Brambach I. Rhen. 484 cf. Ann. Inst. arch. 1864 p. 225 descr. Brambachius, Huebnerus, Zangemeisterus. De tituli difficillima interpretatione vide quae exposuerunt Zangem. Mus. Rhen. XIX p. 50, Huebnerus et Henzenus Ann. Inst. arch. l. l., Buechelerus Anthol. epigr. lat. spec. Gryphisw. 1870 p. 6, unde sumpsi quae adnotavi. — [1]) *I. e. sodalis unius ex magnis illis collegiis divorum cultui addictis, qualia fuerunt sodales Augustales, Flaviales cet.* [2]) *I. e. kalendis Martiis; fuit igitur consul suffectus; quo anno, nescimus.* [3]) *Proconsulatus Siciliae intellegendus, quem sine dubio obtinuit post praeturam.* [4]) *Iuridicus Piceni fuisse videtur.* [5]) *Hiberi et Celtae iungendi videntur indicarique ita legatio Hispaniae Tarraconensis, qua post consulatum functus sit necesse est. Cf. Lucan. IV, 10. Martial. IV, 55, 8. VII, 52, 3. X, 65, 3.* [6]) *Ad legationem extraordinariam spectare videtur, fuit fortasse legatus ad corrigendum statum Venetiae Henz. 6482.* [7]) *Henzenum sequor, qui* Delmatas . . . . . . na regna Iapudas *iungenda legationemque Dalmatiae intellegendam esse contendit; ita:* Liburna regna *recte fortasse scribitur. Cf. Verg. Aen. 1, 244. Henz. 5277.* [8]) *Accuratius v. 10 vocatur leg(atus) Aug(usti) pr(o) pr(aetore) scil. Germaniae inferioris;* Germaniae *numero plurali poëtice dici videntur.* [9]) *Virg. Aen. I, 274.* [10]) CONCORDIIAE *in lapide.* [11]) *Virg. Georg. IV, 322.* [12]) *Diversum esse a socero Commodi demonstravit Huebnerus l. l.*

---

151 Imminet Leoni Virgo caelesti situ
Spicifera, iusti inventrix, urbium conditrix,[1]
Ex quis muneribns nosse contigit deos,
Ergo eadem mater divnm, Pax, Virtns, Ceres,
Dea Syria, lance vitam et iura pensitans,
In caelo visum Syria sidus edidit
Libyae colendum. Inde cuncti didicimus.
Ita intellexit numine inductus tuo

Marcus Caecilius Donatianus militans
Tribunus in praefecto[2] dono principis.

Caervorran Northumbriae. Henzen 5863 cf. Huebnerum mus. Rhen. 14 p. 352. Versus in lapide distincti sunt ut ego dedi. Traditur v. 1 et v. 6 COELESTI *et* COELO, *sed in lapide sine dubio legitur* CAELESTI *et* CAELO. — [1]) *Recte de Virgine Leonis signo propinqua et cum Cerere, Atargati, aliis numinibus confusa confert Buechelerus Schol. Germanici p. 65 Br. Avien. Arat. 277 sq. Macr. Sat. I, 23, 20.* [2]) *Vix recte Henzenus tribunum cohortis intellegit qui re praefectus, honore tribunus fuerit; certe enim scriptor id in titulo non commemorasset, cum praefectus dignitate minor esset tribuno. Equidem quin de praefecto legionis cogitandum sit nullus dubito, quod si recte posui, titulus ante saec. II finem conscriptus non est, probabiliter saec. III, cui religiones quoque mixtae optime conveniunt. Mommsenus Donatianum in ipsa praefectura cohortis dono principis tribunatu ornatum esse putat, collato titulo altero Britannico Corp. VII, 504, ubi legitur:* in praefectura equitum lato clavo exornatus et quaestor designatus.

CAPVT II.

TITVLI SEPVLCRALES.

152 *a.* 〈 · TVRΓ𐌋EIO · 〈 · F *e.* C · I'OVR
b. P · I'OV · C · I' *f.* C · I'OVR|I · M · I'[1]
c. Q · I'OVRIO · A · I' *g.* I'OVRIO | M · I' · C · I'[2]
d. A . I'OV ‖ P · I' *h.* CN · FOVRIO

Tusculi in sepulcreto a. 1665 detecto. Corp. I, 65—72. Lectio satis certa. a. b: bis; in operculis fastigiatis et in arcis. c: in arca ut videtur. d: in arcae fronte et latere. e—h: minio scripti fuisse videntur. — [1]) *C. Fouri(os) M. f(ilius).* [2]) *Praenomen excidisse videtur; legendum . . Fourio(s) M. f(ilius) C. [n](epos).*

---

153 *a.* 𐌋 · ANICI · V · F *i.* L · AVLI · L · L
b. M · AΓTRONIO . M · F *k.* Q · ORCVIVS[4] · Q · L
c. C · AVI𐌋IOS *l.* MAIO · FABRICIA
d. M · CALTIVS · M · F *m.* MIN · TVTIA
e. M · OPPI · M · F · ALB *n.* ΓATO𐌋IIIA · 𐌋 · F
f. C · CAMELIO[1] · 𐌋 · 𐌋 *o.* CVRTIA · ROSCI[5]
g. C · TAΓIO[2] · SEX · 𐌋 *p.* RVDIA · VERGE𐌋IA | . . . ANTV𐌋AI[6] · 𐌋
h. OΓI · SAVFIO[3] · 𐌋 · 𐌋

Praeneste sepulcretum detectum est quod quattuor aetatum sepulcra continet. Primae aetatis sepulcra cryptae sunt, lapidum strue cuneata olim clausae, inscriptiones non habent. Secunda et tertia aetate mortui sepeliebantur in sarcophagis ex lapide Albano, ad quos pertinent bases ex lapide calcario cum pineis superimpositis, inscriptionibus ornatae. Secundae aetatis tituli circulo scripti sunt in basibus rotundis pinearum modo in margine sive superiore sive inferiore, modo in basi media, quos et scriptura (𐌋, Γ, A) *et lingua (primus casus in* O *et* I *desinens) et nominum ratio (praenomina feminarum, liberti sine cognominibus et cum praenominibus a patronorum praenominibus diversis) saeculo quinto sexto fortasse etiam septimi initio adsignant (supra: a b c f g h l m n p). Tertiae aetatis tituli scripti sunt vel in pineis ipsis vel in basibus quadratis pineas suppositis et usque ad postremam reipublicae liberae aetatem descendunt (d e i k o).*

Aetatis quartae sarcophagi latericii sunt partimque iam ad imperatoriam aetatem pertinent. Titulos supra propositos sumpsi ex collectione Corp. I, 74—165. Add. 1501 a—d (Ritschl tab. XXXVI. XLV. XLVI). Bull. Inst. arch. 1863 p. 123 sq. 1864 p. 21 sq. Lectio certa est. — [1]) *Postea:* Camilius. [2]) *I. e.* Tampius. [3]) *I. e.* Saufeius; *praenomen quomodo legendum sit, nescimus.* [4]) *In aliis:* Orcevius. [5]) *Scilicet uxor.* [6]) *Patronae praenomen similiter formatum atque* Caesulla, Tertulla.

---

154 *a.* T · ACILI · T · F

b. L · FALTINI · M · F · NIGER

c. L · OTI · L · L · EROS

d. GAVILIA · M · F

Caere reperti sunt tituli numero XXVI saeculi fere septimi in columnis parvulis lapidis Albani quarum pars habet formam quadratam Corp. I, 1315—1340 Ritschl tab. XLVII. Dedi n. 1315. 1318. 1324. 1331.

---

155 *a.* VEL SPEDO | THOCERONIA[1] | NATVS

b. ↳ GAVIVS SPEDO | SEPTVMIA NAT

Tegulae Montepulciani rep. Corp. I, 1359. 1362 descr. Gorius.

in operculo: L · POMPONIVS L · F ARSINIAE GNATVS · PLA VTVS

in arca: L · POMPONIVS . L · F · PLOTVS

Perusiae. Corp. I, 1382 Ritschl tab. LXXIII c. B *ad lapidem. Spectant tituli ad eam aetatem qua Tuscus mos linguaque evanescere, invalescere Romanus coepit i. e. ad saeculi septimi finem initiumve octavi.* — [1]) *Mater nominatur more Tusco.*

---

156 PAVLLAE · SALVIAE

Romae in olla ex vinea S. Caesarii. Cf. infra n. 176 Corp. I, 952 Ritschl tab. XV, 25.

---

157 M · AEBVTIVS · M · L | MACEDO . PATER | M . AEBVTIVS · M · L | CALLISTRATVS · F[1] | V[2] · M · AEBVTIVS · M·L· EROS · F[1] | V[2] · IVLIA · L · L · BERENICE | IVLIA · L · L · HESVCHIVM | POMPONIA · L · L . SELENE | CLODIA · Ↄ L[3] ANTIOCIS

Romae. Corp. I, 1020 Ritschl tab. XCII A *ad lapidem.* — [1]) *F(ilius).* [2]) *V(ivit) vel v(ivus).* [3]) *(Mulieris) l(iberta).*

---

158 M · AVRELIVS · M · L | NICEPORVS · PATRONV | AVRELIA · M · L · TRVPHER | M · AVRELIVS · M · L · APOLO|NIVS M · AVRELVS · M · L | ALEXSANDER · M · AVRELI . . . . .

Romae. Corp. I, 1032 descr. Kellermannus. Ritschl tab. XCII G. — [1]) Θ *nigrum* θάνατον *significare credunt (cf. Marini Atti II p. 609 sq. Iahn spec. epigraph. p. 54): Mommsenus tamen origine credit esse* O *cum hasta transversa et significare obiit.*

---

159 V F[1] SER · VEIVIV | SEX · F · PROVIN[2] | OBEIT

Hispelli. Corp. I, 1411 descr. Mommsenus et integram esse iudicavit. — [1]) *V(ivus) f(ecit), alibi* vivus (viva) posuit, vivi (vivae) posuerunt (V · P). [2]) *Ser(vius) Veiviu(s) (i. e. Vivius) Sex. f(ilius) Provin . . . Videtur enim* PROVIN *cognomen indicare; posteriore aetate certe plene scriberetur, quo tamen tempore homines tenuiores tertium nomen gerere nondum solebant, saepe id hoc modo prioribus litteris indicabatur cf. Mommseni quaest. Rom. p. 58.*

---

160 TYCHIVS · MARCELL[1] | DEC · QVAESTOR · BIS[2] | IRENA · MARCELLAE · L · SARCIN[3]

Romae in columb. prope portam S. Sebastiani. Henzen 5372 qui descr. — [1]) *I. e. Marcellae maioris (vel minoris?) servus; de Marcellis filiabus Marcelli ex Octavia Augusti sorore cf. Eckhelium VI, 160 Drumannum II p. 401.* [2]) *Dec(urio), quaestor bis scil. collegii servorum domus Augustae.* [3]) *Sarcin(atrix) cf. eiusdem titulum Or. 645.*

---

161 C · GRATTIVS | HILARAE | OPSTETRICIS · L | PLOCAMVS | A MONTE | ESQVILINO

Romae in mus. Lateran. descr. Bormannus.

---

162 AVRÉLIA · C · L · NÁIS | PISCÁTRIX · DE · HORREÍS · GALBAE | C · AVRELIVS · C · L · PHILEROS | PATRONVS | L · VALERIVS · L · L · SECVNDVS

Romae. Descr. et misit Bormannus.

---

163 HYBLAEVS · ET · ISMENVS | *fr*ATRES · DE · PAEDAGOG[1] · RAMI · TI · CAESARIS[2]

Prope Romam inter vias Nomentanam et Tiburtinam (titul. columb.). Descr. et misit Bormannus. — [1]) *I. e. pueri de paedagog(io) cf. Orell. 2941. 2942 ubi servorum duorum tituli sepulcrales exhibentur, alterius annorum XIIX, alterius annorum XVI mortuorum, qui dicuntur:* de *vel* ex paedagogio. [2]) *Scil. servi paedagogi. Paedagogi domus imperatoriae plerumque liberti sunt cf. inprimis titulum a paedagogis puerorum a capite Africae numero XXIV Caracallae positum Orell. 2934 et titulos sequentes; servum tamen habes n. 2939.*

4*

164 A · SEPTICIVS · SAL · L | ALEXANDER · CORONAR · DE SACRA V*ia* | SEPTICIA · A · L · CRHESTE (*sic*) PATRONO OPSEQVES | A · SEPTICIVS · A · L · HERMIA

Romae in agro Verano rep. Descr. Rossius.

---

165 CVCVMIO · ET · VICTORIA | SE · VIVOS · FECERVNT | CAPSARARIVS[1] · DE ANTONINIANAS[2]

Romae. Henzen 5092 qui vidit. — [1]) *Cf. capsarium Henz. 7222 capsararam Reines. 20, 268; est,* qui mercede servanda in balineis vestimenta suscipit *Dig. I, 15, 3, 5.* [2]) *Sc. thermas, regione urbis XII.*

---

166 L · CAECINA · NIC|EFOR · HIC

Volaterris. Bull. Inst. arch. 1861 p. 146 descr. Cincius.

---

167 *cn* · *p*OMPEIVS · CN · MAGNI[1] · *f* . . . . | HEIC · SITVS · *est*[2] .

Romae. Corp. I, 1078 ad exemplum antiquum. — [1]) *Est Pompeius filius, non pater, qui simpliciter Magnus appellari solet cf. Mommsen Roem. Muenzw. p. 654.* [2]) *Ita saepe:* hic situs (H · S), hic situs est (H · S . E), hic siti sunt (H · S · S); hic positus est; hic conditus est; hic sepultus est; hic iacet; hic cubat; *aetate praesertim posteriore:* hic adquiescit (H . ADQ); hic requiescit. *Cf. indicem.*

---

168 AVRELIA · L · F · OPTVMA · FEMINA | VIXSIT · AN · XLV[1]

Tarquiniis colore nigro scripta. Corp. I, 1342 descr. Mommsenus. — [1]) *An(nis) XLV, nam plerumque in inscriptionibus sextus casus ponitur, rarius quartus; eadem formula saepe litteris singularibus* VIX · ANN (*vel* AN), V · A; *non raro accedit:* mensibus (MENS, M, *interdum minus recte* MEN), *et inprimis in titulis infantium et aetate posteriore* diebus (DIEB, D) horis (HOR, H) *tot. Saepe adiecto relativo:* qui, quae vixit annis *tot* (Q · V · A). Vixit annis plus minus *tot* (V · A · PL · MIN *vel* P · M) *ante saeculum tertium medium raro* (*cf. n. 235*) *reperitur, aetate posteriore saepe. Pro* vixit *saepe:* obiit *vel* obitus annorum *tot* (OB · AN, O · A), decessit (DEC, D), defunctus (DEF, D*;* DF, DE, Ɵ), Θ (*i. e. mortuus*) annorum *tot. Praeterea multa ex carminibus in sermonem pedestrem translata:* debitum persolvit, fatis *vel* naturae debitum persolvit, exemptus rebus humanis *vel* hominibus, raptus, raptus a diis, raptus luci (*haec praesertim in Africa*) *cet.* annorum *tot. Saepissime* vixit, obiit *similiaque omittuntur omnino adiciturque nomini mortui simpliciter:* annorum *tot. In coniugum titulis saepe quamdiu in matrimonio egerint adfertur:* qui (quae) vixit annis *tot* ex his cum *illo* annis *tot, idque*

variis formulis quas videsis apud Marinium Atti II p. 561; pro vivere cum *illo de uxoribus aetate sequiore saepe dicitur* facere, ferre, laborare cum *illo. In militum titulis addi solet quot annos mortuus stipendia fecerit:* annorum *tot*, stipendiorum (AN, STIP *vel* ST) *vel* aerum (AER) *tot*; qui vixit annis *tot*, militavit (MIL, M) annis *tot. Cum in coniugum tum in militum titulis vitae anni interdum omittuntur uniceque quot stipendia fecerint, quot annos in matrimonio egerint exhibetur* (cum qua vixit annis C · Q · V · A *tot*). *Animadvertendum praeterea tales annorum adnotationes in titulis sepulcralibus hominum tenuiorum praesertim inveniri, de quibus alia praedicari non potuerunt, cum in titulis hominum nobiliorum, qui magistratus honoresque gesserint, plerumque desiderentur. Cf. praeterea indicem.*

---

169 Q . GAVIVS · Q · L · PRIMVS | CREPIDARIVS · DE · SVBVRA | VIXIT · ANN · XXV

Romae in mus. Laterano. Descr. Bormannus.

---

170 DIPIRVS · ANTIGONI · VICAR | BENEFICIO · HELICONIS | SCRIBONIAE CAESARIS | VESTIFICIS | AN · XIX[1]

Romae. Henzen 5362. — [1]) *Dipirus igitur, mortuus annorum XIX, vicarius erat Antigoni; monumentum factum est beneficio Heliconis servi vestificis Scriboniae, Caesaris postea Augusti coniugis.*

---

171 Q · AFINVS | FORTVNA|TVS P · V · A[1]

Tubursici Numidarum. Renier n. 2949 qui descr. Integra est. — [1]) *P(ius) v(ixit) a(nnos), deest numerus. Scilicet Fortunatus vivus sibi fecit sepulcrum, sed post mortem annorum numerus expletus non est; cf. titulum Dianensem Renier n. 1760:* P. Papinius Ianuarius sibi et Regiliae Quartul(a)e se vivo fecit. Heres annos annotabit. V(ixit) a(nnos) . .; *heres numerum addere neglexit. Item in testamento n. 315* in aedificio extrinsecus quot annis vixerit mortuus *iubetur incidi.*

---

172 OSSA | COELIAE · PYRALLIDIS

Interamnae Praetuttianorum. I. Neap. 6175. Lectio certa.

---

173 HEIC · SVNT · OSSA | VARIAE · C · L · GLVCERAE | FEMINAE · SANCTISSVM

Romae in operculo urnae rotundae marmoreae. Corp. I, 1096 descr. Henzenus.

174 ASVIAE · SEX · L · SALVIAE | OSSA · HEIC · SITA · SVNT[1]

S. Maria de Capua. Corp. I, 1204 Ritschl tab. LXXVIII L *ad lapidem.* — [1]) *Idem litteris singularibus* O · H · S · S, *alibi* ossa sita, ossa hic sita (O · H · S). *Ceterum hae formulae Capuae inprimis inveniuntur.*

---

175 VLTVMA | SVORVM | CVPÈINNIA[1] | L · F · TERTVLLA | FVVEIT[2] · QVIVS | HEIC | RELLIQVIAE | SVPREMA | MANENT

Romae. Corp. I, 1051 descr. Marinius (Orelli 4488). — [1]) *'Puto lapicidam pro* CVPIENNIA *errore scripsisse* CVPEINNIA, *deinde emendasse* CVPÈNNIA, I *littera tectorio obducta'. Mommsenus.* [2]) *'Duplici* u *longam syllabam scriptor videtur indicasse (cf. Priscian. 10, 2, 12 Hertz; Struve lat. Decl. p. 167); nam* uu *ut pro* uv *accipiamus, huius aetatis ratio scribendi non patitur'. Mommsenus.*

---

176 *a.* Q · CAECILIS[1] · | A · D · VII . IDVS NO[2]

b. ALFENOS[1] · LVCI | · A · D . XII · C · NOEM[3]

c. C · AIIMILI · K · IVNI

d. C · BALONI · K · MAI

e. C · LVRIVS · | PR · EID DEC

f. C . LVTAT . A · D · IV · EID · | INTE[4]

g. CVRIATIA · OBIT · A · D · II K AP[5]

h. A · D · III · K · IAN | CRATEA · CAECILI · M · L[6]

i. C IVNI A LI | ADK IV[7]

k. P · PVBLIC · M · L | P · ROTIIM[8]

l. C · VALERI · C · L · BARNAES | A · D · X · K · DEC

Romae in vinea S. Caesarii in sepulcreto satis amplo magnus ollarum numerus repertus est, quarum inscriptiones referuntur Corp. I, 822—1005. Add. p. 561. Ritschl tab. XIII—XV. Saeculo Mommsenus eas adsignat septimo eiusdemque priori potius quam posteriori parti: antiquae enim o *in casibus secundae vestigium nullum reperiri et* ai *rarum esse, sed geminationem plerumque, aspirationem semper fere omitti terminareque nominativum secundae in* i *fere non in* ius *rarumque usum esse cognominum (cf. Quaest. Rom. I p. 59). a: Corp. I, 842 Ritschl tab. XV, 22. b: 831 tab. XV, 34. c: 823 descr. Baldinius. d: 838 tab. XV, 1. e: 898 tab. XV, 4. f: 899 descr. Bald. g: Add. p. 561 n. 1539b descr. Detlefsenus. h: 840 descr. Bald. i: 880 descr. Lupius. k: 943 tab. XV, 3. l: 973 tab. XV, 43.* — [1]) *Cum tituli graecissent, omnino* is *et* os *quoque secundae declinationis casus primi terminationes non tam vetusti quam graeci sermonis vestigia habendas esse adnotat Mommsenus l. l.* [2]) *Dies quibus ossa collecta sint significari putat Momm-*

senus l. l. id quod iam Curiatiae titulus refellere videtur; itaque interpretare n. 836: O *o(biit).* SP *et* P *n. 868 et 888 quomodo solvenda sint, plane incertum est,* S *n. 953 eius qui titulum scripsit error videtur esse, secundi versus nomen* SALVIA *perperam in priore incidere orsi, n. 957 interpretare: M. Semproni L. f. Ter(etina) ossa.* [3]) *Titulum ab homine semigraeco scriptum esse, indeque* C *pro* K *(kalendas) omnino soloecum nominaque ordine inverso posita explicanda esse Mommsenus adnotat.* [4]) *A(nte) d(iem) IV eid(us) inte(rcalares).* [5]) *Ita pro solito* pridie *cf. n. 902. 979.* [6]) *Legendum: Cratsa(s) Caecili(us) M(arci) l(ibertus). De libertorum nominibus cf. Mommsenum quaest. Rom. l. l.* [7]) *C. Iuni(us) A(uli) li(bertus). A(nte) d(iem) k(alendas) Iu(nias).* [8]) *P(ublius) Public(ius) M(arci) l(ibertus) Protem(us).*

---

177 MEDELLA · DASM[1] · F | SITA · AN · D · III · K · IANV | C PISONE | MV · ACILIO · COS[2]

Canusii in pariete camerae sepulcralis. Corp. I, 597 Ritschl tab. IIE = LXXI. (Henzen 5355). — [1]) *De Dasmi nomine cf. Mommsenum Dial. Ital. inf. p. 72.* [2]) *A. u. 687. De variis anni indicandi modis cf. indicem.* Ossua posita sunt VI Idus Novemb. *illis* cos. (*a. 187*), ara XV kal. Ianuar. isdem cos. *Orell. 2906.*

---

178 DEMETRIVS · CVB[1] · | III · VIR | VENVSTO · ET EPHEBO Q[2]

Florentiae, sed Romae reperta. Gori I. Etr. I p. 361 n. 94 qui descr. — [1]) *Cub(icularius).* [2]) *Q(uaestoribus) scil. collegii cf. titulum sequentem.*

---

179 V[1] · QVARTIO · | TEXTOR · III · VIR · QVAESTOR · TRIB[2]
HILARA · MINOR · MIDAES · MIN|ISTRA. SIMITVR[3] · CVM · MIDA | SITA · EST ·
IN EADEM · OLLA · QVARTIO | GRATIAM · RETTVLIT · MERENTEI | HILARAE ·
QVOD · VIVA · ROGAVIT | SEPVLTA · EST · A D · VI · K · APRILES | TI · CLAV-
DIO · NER · P · QVINCTIL · VAR · COS[4] | MIDA · CVBICLARIVS · III · VIR · HIC ·
SITVS | EST · HILARA · MINOR · VIVA · ROG|AVIT · VT · OSSA · SVA · IN ·
OLLA · MIDAES | COICERENTVR · CVM · MORT · ESSET

Florentiae, sed Romae reperta. Gori I. Etr. I p. 420 qui descr. (Orelli 2863). — [1]) *V(icus).* [2]) *Fuit triumvir, quaestor, trib(unus) collegii alicuius servilis funeraticii cf. titulum praecedentem et Gorium l. l. p. 361, 95; p. 370 n. 121; p. 396 n. 177; in quibus cum quaestoribus annus indicetur summi magistri collegii videntur esse. Tresviri et tribuni qui fuerint, non liquet. Tribunos fuisse in eiusmodi collegiis ex aliis quoque titulis constat, cf. e. g. de Turre mon. Antii in add.:* Eros Aug. l. procurator Caenid(i)anus cum M. Anton(i)o Quir. Candido filio suo tribunis

sodal(i)bus d. d. [3]) *I. e. simul. Idem saepius apud Plautum et Lucilium (Nonius II, 814).* [4]) *A. u. 741.*

---

180 D · OCTAVI · D · L · MODIARI | D · OCTAVI · D · F · COL[1] | PONTIA · VXSOR | FRVGE · BONA · PVDICA | AVE[2]

In via Ostiensi. Corp. I, 1072 Ritschl XCII E ad lap. — [1]) *Col(lina) scil. tribu, cui plerumque spurii adscribebantur.* 2) *Mortui viatorem praetereuntem salutant saepeque ita modo in principio modo in fine titulorum sepulcralium* ave *vel* have, salve, ave et vale, vale viator *similesque formulae inveniuntur; graeco quoque sermone eodem modo acclamatur verbis:* eufroni, εὐφρονεῖ, eupsychi, εὐψυχεῖ *aliisque similibus de quibus cf. Orellium n. 4861 sq. Saepius tamen viator mortuum adloquitur. Ita T. Lollius Masculus (Orelli 4737) dicitur esse* positus propter viam ut dicant praeterientes: Lolli ave! *neque rari sunt tituli sepulcrales quorum in principio fineve* ave *vel* salve *addito mortui nomine casu vocativo occurrit:* have Vitalis! L. Tettienus Vitalis *cet.* titulum pos(u)it *Orelli 71;* have Cl(audi), bene valeas! Ti. Cl(audio) Firmo prin(cipali) leg(ionis) III Aug(ustae) *cet. Renier 512;* have Procle *Corp. II, 3178;* ave Annia Saturnina *Corp. II, 1759 cet. Eodem pertinent formulae:* sit tibi terra levis, ossa tua bene quiescant; *quae cum alibi haud rarae sunt tum in Hispaniis et Africa in titulis sepulcralibus longe plerisque inveniuntur cf. Corp. II, 1463* d(ic) q(ui) l(egis): s(it) t(ibi) t(erra) l(evis), *ibid. 1863* dicite q(ui) l(egitis) s(it) t(ibi) t(erra) l(evis) *ibid. 1853* te rogo praeteriens ut legas et dicas s. t. t. l. *cf. Orelli 4757. Diverbia quoque frequentia sunt ita ut aut mortuus viatorem aut viator mortuum compellet, respondeat alter:* 'have Diae'. bene valeas quisquis es *Orell. 3930.* 'have Thais'. dii tibi bene faciant *Orell. 4743.* 'Charisi habe'. et tu qui leges *Gori I. Etr. I p. 383 n. 140.* 'Partheni have'. Bene baleas qui me salutas *ibid. II p. 35 n. 34.* 'Sit tibi terra levis'. Lege et vale *Corp. II, 611.* 's. t. t. l.' es bibe lude veni *ibid. 1877.* 's. t. t. l.' tu qui stas et leges titulum meum lude iocare veni *ibid. 2262.* nil fui, nil sum et tu qui vivis es *bibe* lude veni. 's. t. t. l.' *ibid. 1434 cet. Eodem modo interpretare ubi in fine tituli ponitur:* have, vale; salve, vale *cet. ita, ut* have *viator,* vale *mortuus dicat. Cf. titulos sequentes et indicem.*

---

181 EVCLESIS · | CESTIA · Q · L · | SALVE · VALE

Praeneste. Corp. I, 94. Lectio certa.

---

182 OSSA | VERECVNDINIAE | FILIAE SVAVISS|IMAE HAVE VALE

Loevenich. Brambach C. I. Rhen. 535 qui descr.

183 SEX · CAESIVS . SEX | LIB · CINNAMVS | IIIIII · VIR · AVGVSTALIS | H S E | ET · TIBI ET · TV[1]

Tergeste. Corp. V, 552 descr. Mommsenus. — [1]) *Viator dicit:* et tibi *scil. bene sit* (*cf. Orell. 4735*). *Mortuus respondet:* et tu *scil. vale.*

---

184 Q · FABIVS · Q · F · QVIRINA | FABIANVS · ILVRCONEN|SIS · IDEM · PATRICIEN|SIS . ANN · XXXXIII · PIVS | IN SVIS[1] · H · S · E · S · T · T · L[2]

Hispali. Corp. II, 1200 descr. Huebnerus. — [1]) *Haec formula (sive* pius in suos) *praesertim in Hispania et Africa obvia est, saepe litteris singularibus* P · I · S, *item altera* carus suis (K · S). — [2]) *S(it) t(ibi) t(erra) l(evis), alibi* T · T · L · S *t(erra) t(ibi) l(evis) s(it),* S · V · T · L *s(it) v(obis) t(erra) l(evis),* V · T · L · S *cet. Cf. indicem.*

---

185 AVE | HERENNIA · CROCINE | CARA · SVEIS · INCLVSA · HOC · TVMVLO | CROCINE · CARA · SVEIS · VIXI · EGO | ET · ANTE · ALIAE · VIXERE · PVELLAE | IAM · SATIS · EST · LECTOR · DISCEDENS · DICAT · CROCINE · SIT · TIBI · TERRA | LEVIS · VALETE · SVPERI

Gadibus. Corp. II, 1821. Lectio satis certa.

---

186 MARCEL|LA V A[1] LXXX | H · S · E · O · T | B · Q[2]

Ain-el-Haddada. Renier 1794 qui descr. — [1]) *V(ixit) a(nnos). Saepissime in Africa:* pius (pia) vixit annos *tot* (P · V · A). [2]) *H(ic) s(ita) e(st). o(ssa) t(ua) b(ene) q(uiescant). Haec formula praesertim in Africanis provinciis frequentissima est, item similes:* ossa bene quiescaut (O · B · Q), ossa eius bene quiescaut (O · E · B · Q), ossa volo bene quiescant (O · V · B · Q), hic ossa volo bene quiescant (H · O · V · B · Q), hic situs est *vel* hic conditus est. ossa volo bene quiescant (H · S · E *vel* H · C · E · O · V · B · Q); hic conditus est. Cineres eius bene quiescant (H · C · E · C · E · B · Q). Bene quiescat (B · Q), hic bene quiescat (H · B · Q), hic situs bene quiescat (H · S · B · Q) *cet.* hic tumulatus bene quiescat (H · T · B · Q) (*Renier n. 2444*). *Omnes hae formulae extra Africam rarae, ibi vulgares sunt.*

---

187 L LVCILIVS Q F | CN N QVI FVIT | CLA C LVCILIVS | C L STATIVS LOC | PATET AGREI SES|CONCIAM QVA|DRATVS[1] ARCA IN | MEDIO EST

Cremonae. Corp. I, 1430. — Legendum: L. Lucilius Q. f. Cn. n(epos), qui fuit, *Cla(udia) (tribu) cet. Inter nomen tribumque ut alibi notam* Θ *ita hic* qui fuit *inseri notat Mommsenus.* — [1]) *Cf. Marinium Atti p. 229.*

---

188 L · AEMILI · L · F | IN · FRON · PED | XIIX · IN · AGR | PED · XX[1]

In via Latina prope Romam. Corp. I, 1021 descr. Fabrettius. — [1]) *Men-*

surarum sepulcri indicatio tam sollemnis videtur fuisse postremis iam reipublicae liberae temporibus (cf. Corp. I ind. p. 645), certe fuit inde ab Augusti aetate, ut recte fortasse Mommsenus iudicet lege edictove Augusti sanctum fuisse ut mensurae titulo sepulcrali adicerentur. Puto tamen legem illam, si qua fuit, pertinuisse ad ea tantum sepulcra quae iuxta vias aut in alieno fundo posita erant; in iis enim, mensuris non accurate definitis, facile lis de finibus monumenti areaeque ad id pertinentis nasci potuit, quod, si quis in suo ipsius fundo sepeliretur, minus metuendum erat. Ita facile explicatur, quod tamen a multis titulis inprimisque ab hominum nobiliorum absunt mensurarum notae. Indicatur autem mensura paene semper ea qua in titulo supra proposito ratione, eaque tam sollemnis est ut plerumque litteris singularibus notetur: in fronte *vel* in frontem IN · FRONT, IN · FR, IN · F, I · F, in agro *vel* in agrum IN · AGR, IN · AG, IN · A, I · A; *frons est latus ad viam versum ideoque pro* in fronte *interdum invenitur* in via; in facie *quoque similiaque sed perraro occurrunt; pro* in agro *interdum dicitur* retro (RET Orell. 4789 R Or. 2384) *vel* in retro (IN · R *Maffei M. V. 153, 3*) *vel* introrsus (*Maffei M. V. 269, 2*) *similiaque. Adicitur etiam* longum (LONG, L) *et* latum (LAT, L), *nec tamen usus horum verborum constans est, latus enim in fronte modo* longum *modo* latum pedes *tot dicitur, idemque de latere ad agrum verso valet. Raro adiectiva illa sola ponuntur. Singularia ut titulum Orellianum 4561* habet agellus conclusus latitiae p. LXXV longitiae p. CXXXVII *praetermitto. Saepius additur* locus, locus monumenti (L, L · M) in fronte pedes tot *cet.*, huic monumento terra cedit in fronte pedes *tot cet.*, area quae ante sepulcrum est huic monumento cedit in fr. *cet.*, sepulcrum maceriis circumclusum in fr. p. *tot* (*cf. Fabretti p. 223 n. 595*) *similiaque. His mensuris non ipsius tantum monumenti sed areae quoque, si qua circumiaceret et ad monumentum pertineret, longitudinem latitudinemque indicari, i. e. totum circuitum quoad is sacer esset, ipse pedum numerus qui plerumque invenitur ostendit: maior enim esse solet, quam quem ipsi monumento recte tribuamus. Inde explicandum videtur, quod tam raro areae mensurae referuntur, quamquam ne huius quidem rei exempla plane deficiunt* (*infra n. 261*). *Ustrini mensura additur Corp. III, 2912; itineris Fabretti p. 321 n. 435:* iter ex partibus tribus lat(um) in s(ingulas) p(edes) V s(emissem) *cf. infra n. 286. Altitudo monumenti Marini Atti II p. 529:* aediculam fecit alt(am) p(edes) V latum p. II longum p. III. *Si lateris in fronte et in agro eadem mensura est brevius saepe dicitur, locum habere:* pedes quoquoversus (P · Q · Q · V *vel* Q · Q · V · P) *tot; interdum pro mensuris laterum* pedum quadratorum

(P · QVADR, P · Q) *numerus exhibetur. Ipsa mensura pedibus semper exprimitur, qui, si numerus eorum maior est, computantur interdum ut in titulo Fabrettiano p. 223 n. 595:* in fr. p. CCC in agr. p. XCVI q(uae) f(aciunt) iug(erum) *cf. Marinium Atti p. 231. Semel quod sciam in Graecia* plethrorum *mensura invenitur Corp. III, 673. Numero aetate inferiore additur saepe* plus minus (PL · MIN, P · M). Unciae *raro adiciuntur; pauca tamen extant exempla cf. Marinium Atti p. 228:* in f. p. VII S S S S (*i. e. p(edes) septem dodrantem*) in a(gro) p. XI, *et in altero ibidem:* in fro(nte) p(edes) XVI in agr(o) p(edes) XVII:· (*i. e. septemdecim dextantem*). *Pro unciis* digitos *habes apud Gruterum p. 947, 1:* lat(um) ped(es) XX et digit(os) II.

---

189 L · VIBIVS · L · F | PVP · POLLIO | FLORIA · C · L · HILARA | VXOR · FIERI · IVSSIT | IN F · P · XX · IN · AG · P — *spatium* — | A · VIA · AD · LIMITEM[1]

Tergeste. Corp. V, 643 descr. Mommsenus. — [1]) *Interdum fines monumenti omnino numeris non definiuntur, sed accurate describuntur ut in titulo urbano Orelli 4401:* huic monimento cedit cum viniola sola(rio) suo fine viniae et e region(e) piscinae et canalis usque ad ariam et area cum (a)edificiis et horreo et cisternae in solar(io) et e region(e) eius usque at (at *del.*) ad arundinetum cum itin(ere) quae sun(t) determinata et collige(nt) iug(erum); *ichnographia quoque monumenti locorumque circumiacentium lapidi incisa invenitur apud Fabrettium p. 224.*

---

190 L · QVINCTI | FELICIS | IN FR · P XII | IN AG · P · XI | IN SVBSECIVM | INFRIVS · IN A · P VII[1]

Prope Romam ad viam Latinam. Bullett. Inst. 1862 p. 29 descr. C. L. Viscontius. — [1]) *In subseci(v)um inf(e)rius in a(gro) p(edes) VII, quod explicavit Mommsenus l. l. Terminabat enim sepulcrum in latere fronti opposito ad* subsecivum *i. e. ad agri portiunculam,* quae in divisura agri non efficit centuriam (*Isid. XV, 13*).

---

191 AQVILLIAES | C · L · TERTIAE | C · AQVILLIVS | SOSANDER · L

Lapis Tiburtinus in mus. Vaticano. Corp. I, 1025 Ritschl tab. XCI N ad lapidem.

---

192 AVFIDIA · MEROPE | OLVS[1] · AVFIDIVS | POSEIT

AVFIDIAE · Ɔ · L | APAMIAE | A[1] · AVFIDIVS | PATER · POSIT

Corfinii. Corp. I, 1281 descr. Garruccius. — [1]) *Adnotat Mommsenus praenomen hoc, ubi plenum scribatur, Olum efferri, in compendio vero vix reperiri nisi per litteram* A *significatum; fuisse igitur hoc nomen ex*

genere eorum, in quibus au diphthongus mature exoleverit nec remanserit nisi in nota; sic pro aula, *ut dicebant aetate Plauti, postea invaluisse* ollam. *Nota praeterea patrem, et ipsum absque dubio libertum, cum praenomine Romano sine cognomine.*

---

193 N · HERIO | DEVTERO | FILEI FECEr[1]

Guglionesi in agro Frentano. Corp. I, 1272. — [1]) *Pro* fecit, fecerunt (F) *alibi* faciendum curavit, posuit, dedicavit *similiaque quae videsis in indice. Raro* scripsit (SCR); fecit dedicavit et titulavit *Renier n. 1658. Adicitur saepe* a solo (A · S) *id quod sepulcrum plane novum esse significat; idem in titulis praesertim Gallicis verbis* ab ascia *exprimitur:* a solo et ab ascia fecit *Orell. 4469, plerumque tamen usurpatur formula* sub ascia dedicavit (S · A · D): hoc monumentum faciendum curavit et sub ascia dedicavit (H · M · F · C · ET · S · A · D) *cet.*

---

194 TI · CLAVDIVS | C · F · QVI · PERSICVS | POSVIT | DIADVMENO | ABONI · F · QVI · ET | MACRINVS | VOCITATVS · EST | MEMORIAE · CASA[1] (*sic*).

Nunc Romae in aed. Barberinis. Descr. et misit Bormannus. — [1]) Memoriae causa *similesque formulae:* ob memoriam (OB · MEM, O · M), pietatis causa, ob pietatem *cet. saepe adduntur, praesertim aetate inferiore.*

---

195 DEXSONIA · CLEMIO · SIBI ET | PHILEMAE · SVAE · AMAntISSVMAI[1]

Capuae. Corp. I, 1207 Ritschl tab. LXXVI F ad lap. — [1]) *Formulae pietatis sensus exprimentes praedicantesque mortui laudes creberrimae variaeque in titulis sepulcralibus occurrunt; pertinent inprimis ad* parentes (PAR, patrem PAT, P, matrem MAT, M), liberos (filium, filiam FIL, F), fratres (FRAT, FR, F), sorores (SOR, S), avos, nepotes, coniuges (CONI, CON, C), maritum virum (V), uxorem *sive* contubernales, nutrices (NVTR), alumnos, patronos (PATRON, PATR, PAT, P), libertos (LIBERT, LIB, L) sodales, amicos (AM, A) *cet. Qui omnes saepissime dicuntur:* carissimi (CARISS, CAR, C *vel* KAR, K), pientissimi *vel* piissimi (PIENT, P), dulcissimi, boni (B), optimi (OPT, O), merentes, meriti (MER, M), bene merentes (BEN · MER, B · M), incomparabiles, rarissimi (RAR), innocentissimi (*infantes inprimis*), castissimae (*feminae inprimis, eaedem* univiriae, uniiugae, virginiae *item mariti* virginii) *cet. Vario praeterea modo is iive qui posuerunt titulum maerorem suum testantur, praesertim parentes saepe dicuntur:* miserrimi, infelicissimi, crudeles (*quia ante ipsos filium filiamve mori passi sunt*) *cet. Cf. indicem.*

196 M AVREL · EVTYCHE|S · ET AVRELIA · RVFEN | HANC SEDEM · | VIVI · SIBI · POSVER · | VNO ANIMO LAB|ORANTES[1] ❧ SINE | VLLA QVAERELLA[2]

a dextra: amussis et perpendiculum. a sinistra: ascia.

Polae. Corp. V, 124 descr. Mommsenus. — [1]) *Cf. Corp. V, 206* uno animo laborantes uno animo posuimus *similiaque et supra ad n. 168.* — [2]) *Sine ulla querella saepe notatur:* S · V · Q; *similia in coniugum titulis saepe inveniuntur:* sine ulla reprehensione, sine ulla offensa, sine ullo crimine, sine ulla animi laesione, sine contumelia, sine ullo stomacho, sine macula, sine ulla macula, sine iurgio, sine lite, sine rixa, sine controversia *cet.*, a qua accepit iniuriam nullam neque maledictum *O. Iahn spec. epigr. p. 26, 20,* quae nunquam marito suo maledixit *ibid. p. 59,* de qua nihil conqueri potuit nisi quot celeri fato intercepta sit *ibid. p. 59,* nihil unquam peccavit nisi quod mortua est *Corp. II, 2994,* nullum dolorem accepi *vel* accepit nisi morte (N · D · A · N · MOR *Orell. 4640*) *cet. Cf. indicem.*

---

197 C · FVNDANIVS · C · F · | RVFVS · SIBI · ET · | VALERIAE · Ɔ · L · HEDONE | VXORI · ET[1]

Romae. Kellermann vig. App. n. 157 not. Integra est. — [1]) *Vivi sibi posuerunt, sequi debebant liberorum nomina, qui tamen iis nulli contigisse videntur.*

---

198 L · CLODI · L · L · ARGENTILLI | CLODIAE · Ɔ · L · PHILOTAERAE[1] | SIBI · ET · SVIEIS[2] | Θ CLODIAE · L · Ɔ · L · HILARAE

Romae. Corp. I, 1042 descr. Kellermannus. — [1]) *Ita pro* Φιλεταίρῳ *etiam Corp. I, 570,* Philotaerus *I. Neap. 1272, item* Menolavus *pro* Μενίλαος *Corp. I, 1213,* Tolomais *pro* Πτολεμαΐς *I. Neap. 3395. Mommsenus l. l.* — [2]) Sibi et suis (S · ET · S) *saepissime monumenta ponuntur, vel* sibi et suis, libertis libertabus posterisque eorum (S · ET · S · LIB · LIB · POST · Q · E, S · ET · S · L · L · P · Q · E), *recipiuntur tamen saepe in sepulcrum ii tantum liberti eorumque posteri qui in nomine eius qui condidit monumentum permanserint saepeque* ne de nomine familiae monumentum exeat *cavetur. Cf. Fabretti p. 715 n. 367: illi* fecerunt vivis sibi et liberis suis item libertis libertabusque suis et posteris eorum ita ut ne de nomine suo aut familia exeat, ut possit memoriae suae quam diutissime sacrificari, *Corp. V, 381:* C. Clepius *cet.* v(ivus) f(ecit) sibi et *illis* et si quis meorum nomine Clepius erit, ei locum humandi do item locum os(s)ibus ponundis. *Cf. indicem. Interdum non viri tantum sed uxoris etiam gentis liberti admittuntur ut in titulo urbano Iahn spec.*

epigr. p. 83 ubi femina nomine Iulio sepulcrum comparavit coniugi nominis Claudii, filiis nominis Claudii eorumque avo nominis Claudii et aviae nominis (Firmii sed et) Iulii et sibi et suis posterisque eorum quorum nomina supra scripta sunt item libertis libertabusqne suis et eorum qui supra scripti sunt posterisque eorum utriusque nominis familiacve quive ex nomine domove eorum omnium erint. *Cf. indicem.*

---

199 M · AEMILIVS · ARTEMA | FECIT | M · LICINIO · SVCCESSO · FRATRI | BENE · MERENTI | ET · CAECILIAE · MODESTAE · CONIVGI | SVAE · ET · SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS | LIBERTABVSQ · POSTERISQ · EORVM | EXCEPTO · HERMETE · LIB · QVEM | VETO · PROPTER · DELICTA · SVA | ADITVM · AMBITVM · NE · VLLVM | ACCESSVM · HABEAT · IN · HOC | MONVMENTO[1]

Romae. Gruter 844, 4 ex Smetianis. (Orell. 3032). — [1]) *Exceptiones similes cf. in indice.*

200

D · OTACILIVS · FELIX · FECIT · SIBI · ET
OTACILIAE · HILARAE · COLLIBERTAE
D · OTACILIO · HILARO · L ·
D · OTACILIO · EVDOXO · L · IN CONSILIO MANVMISSO
LVRIAE · MVSAE · VXORI
CETERIS · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · MEIS
OMNIBVS · POSTERISQVE · EORVM · PRAETER
QVOS · TESTAMENTO · MEO · PRAETERIERO
INFRONT P XXX INAGR P XXV

Ostiae. Savigny Ztschr. für gesch. Rechtsw. XV p. 368 descr. Mommsenus.

---

201 LIBVRNVS · L · SEI | STRABONIS[1] · A · MANV | SALVILLA · CONIVNX · FECIT

Romae. Henzen 5394 qui descr. — [1]) *Pater est Seiani de quo cf. Vell. II, 127 Tac. Ann. VI, 8 Dion 57, 19.*

---

202 C · IVLIO | BASSO | AEMILIANO | ACTORI · CAESARIS | AD CASTOR · ET · AD LORICATA | AD AVCTORITATEM | HELIODORVS . L · FECIT

Romae. Marini Atti II p. 518 qui descr. (Orell. 2893).

---

203 APONIAE · SVCCESSAE · | Á · TVTVL · ORNATR[1] | C · BATONIVS · EPIGONVS | ATRIENSIS

TI · LAIVS . PARATVS | Á · CORINTHIS

BLICIO · ABORTEN|NIO · TRICLINIARCH · | NYMPHE · HAVE · HEL|VIVS · AVG · LECTICAR ·

Romae. I. Neap. 6841 descr. Mommsenus (Henz. 6285). — [1]) I. e. ornatr(ix) a tutul(is) cf. Marquardt, Handb. V, 2, p. 203.

---

204 PHILETAERO | AVG . LIB · PRAEPOS | AB AVRO · GEMMATO ¦ IVLIA · HIERIA | ANTHI · FILIA | CONIVGI · B · M · FEC | ET · SIBI · IN SVO · ITEM | LIB · LIBERTABVSQ | POSTERISQ · EORVM

Romae. Gruter 632, 5 (e Manutianis).

---

205 M . COELIO · M . F · VINICIANO[1] | PR · PRO . COS[2] · TR · PL[3] · Q[4] | OPSILIA · VXOR · FECIT

Tusculi. Corp. I, 641 Ritschl tab. LXXXIXc ad lap. 'Titulus imperante demum Augusto positus esse videtur; huiusmodi enim elogia mortuaria, seriem honorum quae enumerent, liberae reipublicae aetate publice proposita nulla habemus; nam Atiliorum Corneliorumque monumenta non ad viam spectabantur, sed in cryptis intus collocata'. Mommsenus Corp. I ad n. 639. — [1]) Cf. de eo Cic. ad fam. 8, 4, 3. Bell. Alex. 77. — [2]) Pr(aetor) pro co(n)s(ule), praefuisse enim videtur secundo praeturae anno imperio proconsulari provinciae alicui de qua re cf. Mommsenum l. l. — [3]) Tr(ibunus) pl(ebis) a. u. 700/1. Aedilitatem plebeiam frustra petivit a. 704. — [4]) Q(uaestor) anno incerto.

---

206 CHREMATINE | NVMISIAE ORNATRIX | OBIEIT · VI EIDVS · OCTOBR · | PAVLLO · FABIO · MAXIMO · Q · AELIO · COS[1] | OSSVA · CONLECTA · IV · IDVS · OCT | EISDEM COS | DIAPHYRVS · CONSERVAE

In olla plumbea Puteolis inventa. Bull. Neap. N. S. IV, 106 descr. Fiorellius. — [1]) A. u. 743.

---

207 C · HERENNIO · C · F | TER · MELAI | AEDILI · II · VIR | L · NONIO · ASPRENATE · CoS[1] | III · NON · SEPT · H · X[2] · NATVS · EST | A · GABINIO · SECVNDO · COS[3] | III · NON · SEPT · H · X · MORITVr | MELANTA · FILIO |

Venafri. I. Neap. 4632 descr. Mommsenus (Henz. 7130). — [1]) Cos. suff. a. 6. — [2]) H(ora) decima. — [3]) Cos. suff. ante annum 41, quo legatus fuit Germaniae inferioris cf. Borghesium Bull. Inst. arch. 1847 p. 2.

---

208 T · CINCIVS · T · L · DORCO | LIBERTVS · IIX · TESTAMEN[1] | FACIVNDVM · CVRAVIT

Romae. Corp. I, 1040 Ritschl tab. LXXVa. — [1]) Ex testamento scri-

bitur compendio EX · TEST, E · T, *alibi* ex testamenti formula (E · T · F); *ita saepe* ex testamento fecit (E · T · F), testamento fieri iussit (T · F · I) *cet. Saepe etiam* heres fecit (HER · FEC, H · F), heres ex testamento fecit (H · E · T · F), heres ex testamento faciundum curavit (H · E · T · F · C) *cet. Cf. indicem.*

---

209 CAESELLIAE · | Ɔ · Q · L · HYMNINIS · | OSSA · HEIC · SITA · | SVNT · | HELENA · L · DE · | SVO · FECIT[1]

Capuae. Corp. I, 1206 Ritschl tab. XCI E ad lapidem. — [1]) *Idem litteris singularibus* D · S · F *vel* pecunia sua (P · S, S · P), de sua pecunia (D · S · P, D · P · S). *Neque raro occurrunt formulae ut* de peculio, de parcimonio *vel* de suo parcimonio, ex patrimonio suo. *Satis crebrae etiam inveniuntur sententiae quales contulit Marinius Atti p. 183 sq.:* memoriam fecit ex mediocritate sua, ex sua paupertate, pro sua copia, instantia et laboribus suis, de suo labore, de frugalitate mea fabricavi a solo, *cet. similesque:* si pro virtute et animo fortunam habuissem, magnificum monumentum hic aedificassem tibi (*Mur. 1329, 6*), si maior auctoritas patrimoni mei fuisset, ampliori titulo te prosecutus essem piissime pater (*Maffei Mus. Ver. 147, 2*), pro meritis parum, pro facultate satis (*Grut. 994, 3*) *cet. Haud raro, praesertim in titulis Africanis, summa exhibetur, quae in monumentum erogata sit, inprimis, si monumentum ex testamento factum est:* her(edes) eius ex HS II m(illibus) n(ummum) merenti fecerunt *Renier 223 cf. 234. 315 cet.* qui testamento monimentum sibi fieri iussit ex HS ꟷ n(ummum); quod ut fieret, adiectis insuper HS ꟷ n(ummum) Octavia Saesula coniunx pia carissima faciendum curavit *Renier n. 218;* cum sibi in funus et monimentum HS II m(ilia) erogari cavisset, *ille* filius et *illa* liberta adiectis de suo HS ꟷ n(ummum) b(ene) m(erenti) f(ecerunt) *cet.*

---

210 POSTVMIA ❦ M ❦ F | ACILIANA ❦ BAXO | PONI · STATVAM · SIBI ·
TESTAMEN|TO · IVSSIT · EX · HS · VIII · N ❦ ITEM | ORNAMENTA ❦
SEPTENTRI|ONEM · CYLINDR ❦ XXXXII · MARG | VII · ITEM · LINEAM ·
CYLINDRORVM | XXII · ITEM · FASC · CYLINDR · LXIII | MARG · C ❦
ITEM · LINEM · ARG ❦ | MARG · XII ❦ L · FAB · SVPER|STES · FILIVS ·
DEDICAVIT | INPOSITIS · SPATALIS ❦ ARG | GEMMATIS · EXSVPER ·
EIVS | SVMMAE ❦ S · S ❦ | ITEM · ANNVLVM | HS · VII . N GEMMA
IAS|PIDE

Prope Lojam. Corp. II, 2060 descr. Huebnerus ectypum. Idem ita legit: Postumia M(arci) f(ilia) Aciliana Baxo poni statuam sibi testamento iussit ex sestertium VIII (millibus) n(ummum); item ornamenta:

septentrionem cylindr(orum) XXXXII, marg(aritarum) VII, item lineam cylindrorum XXII; item fasc(iam) cylindrorum LXIII, marg(aritarum) C; item lineam arg(enteam) marg(aritarum) XII. L. Fab(ius) Superstes filius dedicavit inpositis spataliis arg(enteis) gemmatis ex super sius summas s(upra) s(criptae), item anulum sestertium VII (millium) n(ummum). — De singulis consule Huebnerum l. l. et Hermae vol. I p. 355 sq., qui tamen vix recte statuit, ornamenta quoque statuae addita ex illis octo millibus sestertiis comparata esse.

---

211 A · CLODIVS · A · L | APOLLODORVS | VETTIA · Q · L · GLVCERA | A · CASCELLIVS · A · L | NICEPOR · MONV[1] | FECERVNT · SOCEI | SIBI · ET · SVEISQVE

Romae. Corp. I, 1041 descr. Fabrettius. — [1]) *Monu(mentum), alibi* MON, M, *atque ita (haud raro* monimentum, monementum, munimentum) *plerumque sepulcrum vocatur, praeterea tamen alia multa nomina inveniuntur. Saepe simpliciter dicitur:* locus (LOC, L) *vel* locus terrae, locus sepulturae, locus immortalis (*Henz. 7364*), locus diis Manibus consecratus (*Henz. 7345*), locus sacer (*Or. 4499*), *interdum, si antea mortuus ibi conditus non erat,* locus virgo; locus memoriae *quoque* memoriae consecratus, *neque raro* memoria *tantum. Deinde* sepulcrum (SEPVLCR, SEP), conditorium, conditivom (*Corp. II, 3444*). *Tum multa nomina occurrunt oriunda ex veterum opinione, qua defuncti post mortem in sepulcro vivebant:* domus, domus aeterna, domus aeternalis; sedes, sedes aeterna, sedes aeternalis; aedificium; casula (*Marin. Atti I p. 184*); aedicula (*perraro* aedes); templum (*infra n. 307 Orelli 132*); heroum (*Orell. 4008. 4530. 4531*); stabulum (cum praesepiis et cellis *de monumento libertorum servorumque Orell. 4377*); panarium (*de monumento pistoris infra n. 555*); vigiliarium (*Orell. 4557*); cubiculum (*Orell. 4536. 7360.* memoriae *7361*); adcumbitorium (cum conditibum (*sic*) *Orell. 4511*); requietorium (*Orell. 4533*); coemeterium (*aetate infima*) *cet. Tum de forma dicuntur:* tumulus (TVM, T *praesertim in Africa*); grumus (*infra n. 556*); tribunal? (*I. Neap. 1537. 1580*); columbarium (COL); armarium (distegum *Orell. 4549*); arca; vas (obrendarium *Orell. 4544 cf. Fabretti p. 14 sq.* disomum *Orell. 4548*), vascellum (*Orell. 4555*); olla (OL), ollarium, olla ossuaria; hydria (*Orell. 4546. 4547*); cupa, cupula (*Orell. 2697. 4550 et saepius in Mauretania*); ara (A) (deum inferum *Orell. 4649*); cippus. *Tum de eo quod continent:* ossuarium, cinerarium. *Denique a Graecis acceperunt Romani nomina:* sarcophagus, maesoleum (*etiam* maesolium, maesulium, mesoleus), cepothaphium (*Orell. 4514. 4516. 6359 infra n. 258. 1353*), boscelium. *Saepissime pro monumento*

titulus (TIT, T) *ponitur. Praeterea interdum commemorantur* ustrinum *vel* ustrina, culina (*cf. Fest. p. 65 ed. Mueller s. v.*) (hoc monimentum et ustrinum fecit *I. Neap. 6410;* monimentum culinam maceriam fecit *I. Neap. 4042 cf. Henzeni ind. p. 193 et 202*), aedificium tabernae custodiae tutelaeque causa sepulcri (*Or. 4353. 4368. 4369. 4371* dicta a(d)iuncta ianuae custodiae causa *4373. 4549 cf. Henzeni ind. p. 200*), *denique* agri, horti, cisternae, putei, piscinae *multaque alia quae sepulcris maioribus applicari solebant, de quibus omnibus cf. Orellii caput XX* (*inprimis § 4*) *et indicem nostrum.*

---

212 Q. PETVELLIVS · Q · F · FALE[1] | VIVS · MONEMENTVM · FACEIV | CVRAVIT · SEIBI · ET · VXORI · SVAE | EPIDIAE · P · F · NERIAE | EIDE · QVE · PROBAVIT

*Beneventi. Corp. I, 1223 Ritschl tab. LXII*D *ad lapidem.* — [1]) *I. e. Fale(rna) tribu.*

---

213 V F | Q · MINICIVS | FABER | AB ASSE · QVESITVM | VI · VIR · AVG | RECVIE · ET · MEMORÆ | DIVTVRNAE | LOLLIAE · SEVERAE | VXSORI · FESTAE · F | M · FILIO · SALVILLO · F | MESSORI · F | FLAVIAE · PRISCAE · VXSOR | P · MINICIVS MARMVRIS | QVRAM HEGIT

Fossani. Fabretti 408, 331 cont. Mommsenus. Legendum: V(ivus) f(ecit) Q. Minicius Faber ab asse qu(a)esitum, sexvir Aug(ustalis), re(q)uie(ti) et memoriae diuturnae Lolliae Severae uxsori, Festae f(iliae), M(arco) filio, Salvillo f(ilio), Messori f(ilio), Flaviae Priscae uxsori. P. Minicius marmuris (c)uram (e)git.

---

214 L · AEMILO · SAL|VIANO . EG · M · V ·[1] | FRATRI · L · AEM|LVS · MARCELL|NVS · PP · SECVN|DVM · VERBA · TES|TAMENT · EIVS | POSVIT ○ | CVRANTIBVS[2] | TRIB AEMILIIS FESTO CV|RIO ET CHRESTO | LIBERTIS

Lambaesi. Renier n. 266 qui descr. — *Legendum: L. Aemilio Salviano eg(regiae) m(emoriae) v(iro) fratri L. Aemilius Marcellinus p(rimi)p(ilaris) secundum verba testamenti eius posuit, curantibus trib(us) Aemiliis Festo Curio et Chresto libertis.* — [1]) *Cum viveret erat vir egregius, ideo dicitur* egregiae memoriae vir; *eodem modo clarissimi viri post mortem dicuntur* clarissimae memoriae viri (C · M · V), *clarissimae feminae et pueri* clarissimae memoriae feminae *et* pueri (C · M · F, C · M · P), *equites Romani* equestris memoriae viri (EQ · MEM · V, EQ · M · V): *nec tamen haec ante Septimii Severi aetatem inveniuntur.* [2]) *Ita vel* curam agentibus *cet. cf. supra n. 88 sq. Praeter eum qui fecit monumentum is qui scripsit titulum commemoratur Henz. n. 6338 cf. supra n. 90 et indicem nostrum.*

215 *p.* CAVCILIVS · P · L   P · CAVCILI*us* *p. l.*
· SALVIVS   HELLES
· ARGENTARI · DE · FORO · VINARIO
*arb*ITRATV · LYSIMACHI · ET · CALLIPPI · LIBERT*orum*

In via Labicana prope Romam. Bull. Inst. arch. 1856 p. 66.

---

216 *In utroque latere litteris magnis:* C · CESTIVS · L · P · POB · EPVLO · PR · TR · PL | VII VIR · EPVLONVM — *in latere ad orientem verso litteris multo minoribus:* OPVS · ABSOLVTVM · EX TESTAMENTO · DIEBVS · CCCXXX | ARBITRATV | PONTI · P · P · CLA · MELAE · HEREDIS · ET · POTHI · L — *In basibus, quibus olim statuae C. Cestii impositae erant:* M · VALERIVS · MESSALLA · CORVINVS | P · RVTILIVS · LVPVS · L · IVNIVS · SILANVS | L · PONTIVS · MELA · D · MARIVS | NIGER · HEREDES · C · CESTI · ET | L · CESTIVS · QVAE · EX PARTE[1] · AD | EVM · FRATRIS · HEREDITAS | M · AGRIPPAE · MVNERE · PER|VENIT | EX EA · PECVNIA · QVAM | PRO SVIS · PARTIBVS · RECEPER | EX VENDITIONE · ATTALICOR | QVAE · EIS · PER EDICTVM | AEDILIS · IN SEPVLCRVM | C · CESTI · EX TESTAMENTO | EIVS · INFERRE · NON · LICVIT

Romae in pyramide C. Cestii. Descr. Henzen (Orelli 47. 48). — [1]) *Legendum* qua ex parte.

---

217 L · CARTORIVS · P · F · FAB | HIC · SEPVLTVS · EST | HIC · LOCVS · PATET · IN · FR | P · XX · ET · A · MEDIA · FOSS | INTROVERSVS · P · XXV | HVNC · LOCVM · MONVMENTVMQ | DIS · MANIBVS · DO · LEGOQ

Patavii. Furlanetto, lapidi Patavine p. 360 n. 439 sec. Fabrettium. (Orell. 4351).

---

218 C · SENTIO · SAT · COS[1] | K · SEXTILIB | DEI · MANES | RECEPERVNT | ABVLLIAM · N · L | NIGELLAM

Cordubae. Corp. II, 2255 descr. Huebnerus. — [1]) *Fuit consul sine collega priore parte anni a. u. 735.*

---

219 DIS · MANIBVS | THETIDIS · VIX | ANN · IX · ET · CHARIDIS · SORORIS · VIX | ANN · XV · FECIT | PATER · EX VISO | TI · CLAVDIVS | PANOPTES · ET | MATER · CHARMOSYNE | TV · QVI · LEGIS · ET | DVBITAS · MANES | ESSE · SPONSIONE | FACTA · INVOCA | NOS · ET · INTELLEGES | ITEM · EVNO · NVTRICIO | EARVM · COLLIBERTO · SVO

Romae. Henzen 7346 qui descr.

220 *ex una parte:* L · CAECILIO · L · F · RVFO[1] · Q[2] · TR · PL[3] · PR[4] · PRO · COS

ex altera parte: DIS · MANIB · SACRVM[5] · L · CAECILI · RVFI

In agro Nomentano. Corp. I, 639 ex Piccart. Versuum divisio non traditur. — Titulus Augusti aetate videtur positus esse cf. supra ad n. 205. — [1]) *P. Cornelii Sullae frater uterinus cf. de eo Mommsenum l. l.* [2]) *Q(uaestor) anno incerto.* [3]) *Tr(ibunus) pl(ebis) 69011 Cic. pro Sull. 22, 23.* [4]) *Pr(aetor) urbanus 697 Cic. cum sen. grat. eg. 9, 22; pro Mil. 14, 38; Ascon. p. 48.* [5]) *Vetustissimum videtur esse huius formulae exemplum.*

---

221 D M S | P · AELIO · P · F | CRESCENTIANO | NOTARIO · LEGAT | IN OFFICIO IVVENA|LIS PRAEP · PRAETORI | DEFVNCTO VIXIT | ANNIS VIGINTI DVO | ET MILITAVIT AN IIII | AELIA PROCESSA | MATER FILIO | INNOCENTI

Lambaesi. Renier n. 204 qui descr.

---

222 DIS · MAN | NAIDI · CAESARIS · VERNAE | EX NVMERO · PYR·IGIE[1] · V · A · XXV · M · II · D · VNO | ONESIMVS · CAESARIS · N · CONIVGI · B · L | FECIT[2] · ET · SIBI · ET · SVIS · POSTERISQ · EORVM

Romae. Orelli 2639 cont. Henzenus. — [1]) *Cf. Friedlaenderi Sittengesch. II p. 326.* [2]) *Legendum fortasse: Onesimus Caesaris n(ostri) (servus) coniugi b(onae?) l(ocum?) fecit.*

---

223 D · M | LVCI | QVI · VIXIT · ANNIS · VI | MENS · V · DIEBVS · XVII | M VLPIVS · EVPORAS | FILIO · BENEMERENT | · FECIT · | EX · AVCTORITAT · CAESO|NIAE · LEDAE · DOMNI|FVNDAE[1]

Romae. Marini Atti II p. 644 qui descr. (Orell. 4584). — [1]) *I. e. dominae fundi, ita* domnaedius = *dominus aedium (Marini iscr. Alb. p. 82),* domnipraedia = *domina praediorum (Orell. 104).*

---

224 D M | EGRILIAE · A · F · STORGES | VNIVIRIAE · VIXIT · ANNIS | XLVIII · MENS · V · DIEB · XXVI | SVPERSTITIBVS · TRIBVS · LI|BERIS · TOTIDEMQ · NEPOTIB · | C · ERVCIANVS · ACHILLEVS | VXORI · SANCTISSIMAE | CVM QVA · A · PRIMA · AE|TATE · VIXIT · ANNIS | XXXIIII · DIEBVS · II · | SINE INFAMIA · SINE | QVERELLA

In horreis musei Lateran. descr. Kiesslingius, misit Bormannus.

---

225 D · M | FORTVNATI | TOPIARI | VALERIA · VXOR · | ET · TERTIVS | DISCENS

Comi. Orelli 4293 cont. Mommsenus.

226 D · M | L · GARGILIO · RVFO | COM · AB · ACTIS | CIVILIB[1] · HOMINI | OPTIMO · ET · HONES|TISSIMO

Tarracone. Corp. II, 4179 descr. Huebnerus. — [1]) *Com(mentariensis) ab actis civilib(us) legati, ut videtur, provinciae.*

---

227 D · M | FECIT · MINDIA · HELPIS · C · IVLIO · THALLO | MARITO · SVO · BENEMERENTI QVI EGIT | OFFICINAS PLVMBARIAS TRANSTIBERINA | ET TRIGARI[1] SVPERPOSITO AVRI MONETAI | NVMVLARIORVM · QVI VIXIT ANN · XXXIII M VI | IT · C · IVLIO THALLO FILIO DVLCISSIMO QVI VIXIT | MESES · IIII · DIES XI ET SIBI POSTERISQVE SVIS

Romae. Marini Iscriz. Alb. p. 102 n. 110 qui descr. (Orell. 4266). — [1]) *Praefuit igitur officinis plumbariis duobus; trigarium est locus in regione urbis nona.*

---

228 T · C[1] · LONGINV | CORTIS · V · PR · | SPECLATOR V F | SIBI · ET · SVIS | D · M[2] · | V · A · XXVI ·

Surrenti. I. Neap. 2119 descr. Mommsenus. — Legendum: T(iberius?) C(laudius?) Longinu(s) co(ho)rtis V pr(aetoriae) spec(u)lator v(ivus) f(ecit) sibi et suis. D(is) M(anibus). V(ixit) a(nnos) XXVI. — [1]) *Quid subsit incertum; Tiberius Claudius recte scriberetur* TI · CL. [2]) *Plerumque* D · M *et* D · M · S *super titulum scribitur, saepe etiam initio versus primi vel* D *a sinistra* M *a dextra eiusdem; haud raro praeterea* D *a sinistra* M *a dextra totius tituli invenitur, in fine paene nunquam (cf. tamen Corp. II, 2717. 2840 cet.).*

---

229 D M | RELIQVA | L · VMBRI | FELICIS | HIC | POSITA | SVNT

Lambaesi. Renier n. 1326 qui descr.

---

230 D · M | LOCI IN QVO | CORPVS T LV . . . . | SABINIANI LV|CIANI CREMA|TVM EST

Romae. Orelli n. 4477 sec. Odericum.

---

231 V · F | C · NOVELLIVS · C · F | OVF · EXPECTATVS | DIS · DEABVS · MANIBVS | NOMINE · MEO · ET | ATILIAE · C · F · CRAE . . . | VXORI · PIENTISS*im*

a sinistra: HAVE *a dextra:* VALE

Mediolani. Muratori 1381, 7.

---

232 AVRELIA · L · L | TRVPHERA | DIS · INFERIS · SACRVM[1]

Romae. Fabretti 86, 159 qui descr. (Orell. 1479). — [1]) Dis inferis

Manibus (D · I · M) *Corp. II, 238. 2640 cet.;* deis inferum parentum *infra n. 267;* dis parentibus *Henz. 7349;* dibus securis *Orell. 3091;* dis securitatis *Or. 2201;* diis propitiis *Grut. 4, 9 Or. 4454;* dis Manibus sacris sanctis castis piis *Ann. Inst. arch. 1857 p. 293. Perraro* dis *omittitur ante* Manibus.

233 MÁNIBVS | ET GENIỌ | P · VATRÍ · SEVERI ·
Polae. Corp. V, 246 descr. Mommsenus.

234 GENIO | COETÍ · HERODIAN | PRAEGVSTATOR | DÍVIÍ · AVGVSTÍ | IDEM · POSTEA · VÍLICVS · IN | HORTÍS · SALLVSTIANÍS | DECESSIT · NON · AVGVSTÍS | M · COCCEIO · NERVA | C · VIBIO · RVFINO COS[1] | IVLIA · PRIMA · PATRONO · SVO
Romae. Gruter 602, 4 sec. exempla nonnulla antiqua. — [1]) *Cos. suff. anni incerti sed ante a. 24.* COS *inter hunc versum et praecedentem adscriptum.*

235 DEÍS · ET · GENIO | RHODONIS | DOMITIAE · AVG · SER | EX · ACTOR · HERED | LEGAT · PECVLIOR | VÍX · ANN · P · M[1] · XXIIII | RHODINVS · FRATRI | OPTIMO · PIÍSSIMO | ET · GEMINO | SIBI · FECIT
Romae. Orelli 2921 descr. Henzenus. — [1]) *P(lus) m(inus); vetustissimum, ni fallor, exemplum est, quo haec formula usurpatur.*

236 MELISSAÉAE | AMYCES | IVNONI
Pompeiis. I. Neap. 2327 descr. Mommsenus.

237 IVNONI · ET | VERECVNDIAE[1] | VLPIAE · COMPSES | Q · V · A · VI · M · VI · D · VIII | M · VLPIVS · AVG · LIB | EVTROPVS PATER
Ostiae. Ex sch. Amatii Vat. misit Bormannus. — [1]) Reliquiae *alicuius* consecratae Pietati et Genio inferno *Orell. 4577.*

238 GENIO ◦ MITISSIMI ◦ AMANTISSIMIQ ◦ | CONIV*gis* ET IVNONI ◦ SVAE ◦ HORATIA | Q ◦ FIL *vene*RIA ◦ FACIENDVM ◦ CVRA | L ◦ SPELLATI ◦ SATVRNINI ◦
Lambaesi. Renier n. 1194 qui descr.

239 GENIO | M · CASSIÍ | M · SATRIVS | VITVLVS · H · C[1]
In mus. Taurinensi descr. Mommsenus. — [1]) *H(onoris) c(ausa). Haec forma, quae titulum sepulcralem coniungit cum honorario, inprimis Mediolani omninoque in Gallia cisalpina reperitur; ibidem saepe* genio et honori *illius ille* posuit. *Cf. formam similem Aquileiensem supra n. 82.*

240 CLAVDIAE · SEMNE · CONIVGI · DVLCISSIMAE | M · VLPIVS · AVG · LIB · CROTONENSIS FECIT FORTVNAE | SPEI · VENERI[1] | ET · MEMORIAE | CLAVD · SEMNES | SACRVM

CLAVDIAE · SEMNE · VXORI · ET | M · VLPIO · CROTONENSI · FIL | CROTONENSIS · AVG · LIB · FECIT | HVIC · MONVMENTO · CEDET | HORTVS · IN · QVO · TRICLIAE | VINIOLA · PVTEVM · AEDICVLAE | IN · QVIBVS · SIMVLACRA · CLAVDIAE | SEMNES · IN FORMAM · DEORVM[2] · ITA · VTI | CVM MACERIA A ME · CIRCVM · STRVCTA · EST | H · M · H · N · S[3]

Romae rep. 'cum statua Spei, Semnes faciem monstrantis, ut altera statua comprobat sine dubio Semnen repraesentans; in fastigio cippi symbola visuntur Fortunae et Veneris sc. globus, timo, rota, corona quam duo Amores sustinent, ramus malis ornatus, columba' Viscontius. Orelli 4456 sec. Zoëgam. — [1]) *Cf. Orell. 4585 (descr. Fabrettius):* Ti. Iulius Orpheus sibi et Orfitae f. an. XIV virgini Veneri cupidini infer-or(um). [2]) *Conferri iubet Henzen Apul. Metam. VIII, 7* imagines defuncti, quas ad habitum dei Liberi formaverat, adfixo servitio divinis percolens honoribus. [3]) *H(oc) m(onumentum) h(eredem) n(on) s(equitur).*

---

241 DEAE · SANCTAE · MEAE[1] | PRIMILLAE · MEDICAE | L · VIBI · MELITONIS · F · | VIXIT · ANNIS · XXXXIIII | EX · EIS · CVM · L · COCCEIO | APTHORO · XXX · SINE | QVERELLA · FECIT | APTHORVS · CONIVG | OPTIMAE · CASTAE | ET · SIBI

Romae. Henzen 7348 qui descr. — [1]) *Alibi simpliciter* deae *Orell. 4587;* deae dominae *Orell. 4588;* deae bonae piae *Marini Atti I p. 36. Item puer mortuus* divus et dominus meus *ab eo qui posuit titulum dicitur Fabretti p. 268 n. 117.*

---

242 DIANAE · SACRVM[1] | AVIDIAE · EVTYCHIAE | CONIVGI · SANCTISSIM | ET · C · AVIDIO · KARO · F | C · AVIDIVS · GELOS | FECIT | IN FR · P · XXV · IN AGR · P · XXV

Romae. Gruter 1066, 12 cont. Henzenus. — [1]) *Cf. titulum similem Henzen 5704:* D(is) M(anibus) sacrum Deanae et memoriae Aeliae Proculae *cet.*

---

243 CINERIBVS[1] | CN · COSSVTI · TERTI · V · A · XXXV | COSSVTIA · CLARA · CONTVBER · | POSIT

Romae in columbario ad viam Latinam maiore. Iahn, spec. epigr. p. 40 n. 129 cont. Mommsenus. — [1]) *Alibi:* cineribus sacrum; ossibus, ossibus sacrum; reliquiis, reliquiis sacrum. *Accedit saepe* dis Manibus; d. M. et cineribus sacrum *cet.* D. M. [*si*]ve ossi[*bus*] cineribusq(ue) *Orelli 4440.*

Manibus (D · I · M) *Corp. II, 238. 2640 cet.;* deis inferum parentum *infra n. 267;* dis parentibus *Henz. 7349;* dibus securis *Orell. 3091;* dis securitatis *Or. 2201;* diis propitiis *Grut. 4, 9 Or. 4454;* dis Manibus sacris sanctis castis piis *Ann. Inst. arch. 1857 p. 293. Perraro* dis *omittitur ante* Manibus.

---

233 MÁNIBVS | ET GENIO | P · VATRI · SEVERI
Polae. Corp. V, 246 descr. Mommsenus.

---

234 GENIO | COETI · HERODIAN | PRAEGVSTATOR | DIVI · AVGVSTI | IDEM · POSTEA · VILICVS · IN | HORTIS · SALLVSTIANIS | DECESSIT · NON · AVGVSTIS | M · COCCEIO · NERVA | C · VIBIO · RVFINO COS[1] | IVLIA · PRIMA · PATRONO · SVO
Romae. Gruter 602, 4 sec. exempla nonnulla antiqua. — [1]) *Cos. suff. anni incerti sed ante a. 24.* COS *inter hunc versum et praecedentem adscriptum.*

---

235 DEIS · ET · GENIO | RHODONIS | DOMITIAE · AVG · SER | EX · ACTOR · HERED | LEGAT · PECVLIOR | VIX · ANN · P · M[1] · XXIIII | RHODINVS · FRATRI | OPTIMO · PIISSIMO | ET · GEMINO | SIBI · FECIT
Romae. Orelli 2921 descr. Henzenus. — [1]) *P(lus) m(inus); vetustissimum, ni fallor, exemplum est, quo haec formula usurpatur.*

---

236 MELISSAÉAE | AMYCES | IVNONI
Pompeiis. I. Neap. 2327 descr. Mommsenus.

---

237 IVNONI · ET | VERECVNDIAE[1] | VLPIAE · COMPSES | Q · V · A · VI · M · VI · D · VIII | M · VLPIVS · AVG · LIB | EVTROPVS PATER
Ostiae. Ex sch. Amatii Vat. misit Bormannus. — [1]) Reliquiae *alicuius* consecratae Pietati et Genio inferno *Orell. 4577.*

---

238 GENIO ∘ MITISSIMI ∘ AMANTISSIMIQ ∘ | CONIV*gis* ET IVNONI ∘ SVAE ∘ HORATIA | Q ∘ FIL *vene*RIA ∘ FACIENDVM ∘ CVRA | L ∘ SPELLATI ∘ SATVRNINI ∘
Lambaesi. Renier n. 1194 qui descr.

---

239 GENIO | M · CASSII | M · SATRIVS | VITVLVS · H · C[1]
In mus. Taurinensi descr. Mommsenus. — [1]) *H(onoris) c(ausa). Haec forma, quae titulum sepulcralem coniungit cum honorario, inprimis Mediolani omninoque in Gallia cisalpina reperitur; ibidem saepe* genio et honori *illius ille* posuit. *Cf. formam similem Aquileiensem supra n. 82.*

240 CLAVDIAE · SEMNE · CONIVGI · DVLCISSIMAE | M · VLPIVS · AVG · LIB · CROTONENSIS FECIT FORTVNAE | SPEI · VENERI[1] | ET · MEMORIAE | CLAVD · SEMNES | SACRVM

CLAVDIAE · SEMNE · VXORI · ET | M · VLPIO · CROTONENSI · FIL | CROTONENSIS · AVG · LIB · FECIT | HVIC · MONVMENTO · CEDET | HORTVS · IN · QVO · TRICLIAE | VINIOLA · PVTEVM · AEDICVLAE | IN · QVIBVS · SIMVLACRA · CLAVDIAE | SEMNES · IN FORMAM · DEORVM[2] · ITA · VTI | CVM MACERIA A ME · CIRCVM · STRVCTA · EST | H · M · H · N · S[3]

Romae rep. 'cum statua Spei, Semnes faciem monstrantis, ut altera statua comprobat sine dubio Semnen repraesentans; in fastigio cippi symbola visuntur Fortunae et Veneris sc. globus, timo, rota, corona quam duo Amores sustinent, ramus malis ornatus, columba' Viscontius. Orelli 4456 sec. Zoëgam. — [1]) *Cf. Orell. 4585 (descr. Fabrettius):* Ti. Iulius Orpheus sibi et Orfitae f. an. XIV virgini Veneri cupidini infer-or(um). [2]) *Conferri iubet Henzen Apul. Metam. VIII, 7* imagines defuncti, quas ad habitum dei Liberi formaverat, adfixo servitio divinis percolens honoribus. [3]) *H(oc) m(onumentum) h(eredem) n(on) s(equitur).*

---

241 DEAE · SANCTAE · MEAE[1] | PRIMILLAE · MEDICAE | L · VIBI · MELITONIS · F · | VIXIT · ANNIS · XXXXIIII | EX · EIS · CVM · L · COCCEIO | APTHORO · XXX · SINE | QVERELLA · FECIT | APTHORVS · CONIVG | OPTIMAE · CASTAE | ET · SIBI

Romae. Henzen 7348 qui descr. — [1]) *Alibi simpliciter* deae *Orell. 4587;* deae dominae *Orell. 4588;* deae bonae piae *Marini Atti I p. 36. Item puer mortuus* divus et dominus meus *ab eo qui posuit titulum dicitur Fabretti p. 268 n. 117.*

---

242 DIANAE · SACRVM[1] | AVIDIAE · EVTYCHIAE | CONIVGI · SANCTISSIM | ET · C · AVIDIO · KARO · F | C · AVIDIVS · GELOS | FECIT | IN FR · P · XXV · IN AGR · P · XXV

Romae. Gruter 1066, 12 cont. Henzenus. — [1]) *Cf. titulum similem Henzen 5704:* D(is) M(anibus) sacrum Deanae et memoriae Aeliae Proculae *cet.*

---

243 CINERIBVS[1] | CN · COSSVTI · TERTI · V · A · XXXV | COSSVTIA · CLARA · CONTVBER · | POSIT

Romae in columbario ad viam Latinam maiore. Iahn, spec. epigr. p. 40 n. 129 cont. Mommsenus. — [1]) *Alibi:* cineribus sacrum; ossibus, ossibus sacrum; reliquiis, reliquiis sacrum. *Accedit saepe* dis Manibus; d. M. et cineribus sacrum *cet.*, D. M. [*si*]ve ossi[*bus*] cineribusq(ue) *Orelli 4440.*

244 MEMORIAE[1] | M · ATTI · M · FIL · VOLT | PATERNI · EQVO · PVBLIC | HONORATO · ITEM · DECV|RIONI · COL · APOLLINARE | REIORVM · DECVRIONI | ORNAMENTARIO · COL · AVG | NEMAVSI · AN · XXV · AGENTI | CLOELIA · SEX · FILIA | PATERNA | FILIO · PIISSIMO

Nemausi (Nimes). Herzog Gall. Narb. 112 qui descr. — [1]) *Haec dedicationis forma ante saec. II finem tertiive principium usitata non erat. Saepe compendio scribitur* MEM, M *et aetate inferiore* MM, MMR. *Praeterea occurrunt:* memoriae mortis suae; bonae memoriae (B · M); memoriae dulci; memoriae aeternae (AET), *sive* aeternali; memoriae quondam (Q, QD) *illius sive* memoriae Θ *illius (praesertim in provinciis Danuvianis). Accedit saepe* sacrum, dis Manibus *cet.;* memoriae aeternae sacrum, dis Manibus et memoriae (D · M · ET · M) *cet. Cf. indicem.*

---

245 P · AELIVS · AVG · LIB · TITIANVS | D · M · FECIT · | SIBI · ET · LIB · LIBERTABVSQ | POSTERISQ · EORVM | ET · MISERICORDIAE

Romae. Henzen 7344 qui descr.

---

246 SECVRITATI[1] | SACRVM | CLAVDIAE · C · FIL · | ROMANAE | VIXIT · MENSIBVS · VII | DIES · XIII | PIA · MATER | FECIT | L · PR · DAT[2]

Romae in columbario ad viam Latinam maiore. Iahn spec. epigr. p. 45 n. 188 cont. Mommsenus. — [1]) *Alibi:* securitati aeternae, securitati perpetuae *et accedentibus formulis supra relatis:* dis Manibus et securitati aeternae, memoriae et securitati perpetuae *cet. Adde his formulas inprimis aetate inferiore (inde a medio III saec.) usitatas:* aeternitati, aeternitati perpetuae; pietati (*hoc etiam meliore aetate interdum*); quieti, quieti bonae, quieti aeternae *vel* perpetuae, quieti corporis, somno aeterno *sive* aeternali, dormitioni *cet. Omnibus saepe in fine adicitur* sacrum, *initio* dis Manibus, memoriae *cet. cf. indicem.* [2]) *Videtur legendum esse: L(ucius) P(inarius) R(ufus) dat; nam idem homo in eodem columbario complures loculos vendidit l. l. n. 38. 39, unam ollam dedit i. e. donavit n. 171; cognomen eius Rufus eodem modo littera R notatur n. 38.*

---

247 D — *ascia* — M | ET · MEMORIAE · AETERNAE | M · AVRELI · INFANTIS · FAVSTINI · (*sic*) DVLCIS|SIMI · ET · INCOMPARABILI · QVI | VIXIT · ANNIS · VIIII · M · II · D · XIII | QVI · SIBI · ANTE · MORTEM · RO|GAVIT QVAM · PARENTIBVS | SVIS · C · IVL · MAXIMVS · FILIAS|TRO · ET · AVRELIA · FAVSTINA | MATER · VNICO · FILIO · DESO|LAT · P C[1] · ET · SVB · ASCIA · DEDI|CAVERVNT ·

MVLTIS · ANNIS | VIVAT · QVI · DIXERIT · ARPAGI[2] | TIBI · TERRAM · LEVEM

Lugduni. Boissieu I. de Lyon p. 486 qui delineavit. — Composui sequentes titulos Lugdunenses eo consilio, ut inde titulorum sepulcralium Gallicorum loquacitas cognoscatur. — [1]) *Desolat(i) p(onendum) c(uraverunt).* [2]) *Marinius Atti p. 506 alteram inscriptionem refert, quam posuit pater (C. Corfonius Aepaphroditus) infanti mortuo, in cuius fine legitur:* MATER · ET · PATER · ARPAGIVS *eamque interpretatur:* arpagi *i. e. rapte* (ἁρπαγείς) v(iva)s, raptos *enim saepe infantes mortuos dici.*

---

248 *ascia* | HAVE·MODII | HAVE · GEMINA | DIIS · MANIB | ET MEMORIAE | SEPTICIAE GEMNAE | FEMINAE SANCTISS | VNIVSQ · MARITA | N · MODIVS · ANNIANVS | CONIVGI · KARISSME | SVI · Q · AMANTISSIM | QVAE · VIXIT · CVM · EO | IN · MATRIMONIO | ANNIS XXX | ET · SIBI · VIVVS · FECIT | AMICE · LVDE · IOCA|RE · VENI

Lugduni. Boissieu I. de Lyon p. 493 qui delineavit.

---

249 *(ascia)* D AVE · AMABILIS · *Cess*O M *ascia*
TVO · CARISSI*ma*[1]

ET · QVIETI · AETERNAE · TERTINI*i* | CESSI · VETERANI · LEG · VIII · AVG | ET · TERTINIAE · AMABILIS · SIVE CY*rill*|LE · NATIONE · GRAECA · NICOM*e*|DEA · CONIVGI · KARISSIMAE · ET · PIE|NTISSIMAE · CASTISSIMAE · CONSE|RVATRICI · MIHI PIENTISSIMAE · FOR|TVNAE · PRESENTI · QVAE · MIHI | NVLLAM CONTVMELIAM · NEC · ANI|MI · LESIONEM · FECIT · QVAE · MECVM | VIXIT IN MATRIMONIO ANNIS XVIII | DIEBVS XX SINE · VLLA · LAESVRA · NEC · ANI|MI MEI OFFENSIONE QVAE DVM · EGO | IN PEREGRE ERAM SVBITA · MORTE · DIE | TERTIO MIHI · EREPTA EST ET · IDEO HVNC TITV|LVM · MIHI · ET · ILLI · VIVS · POSVI · ET · POSTERISQVE | MEIS · ET · SVB ASCIA DEDICAVI

Lugduni. Boissieu I. de Lyon p. 322 qui delineavit. (Henz. 7383). — [1]) *Explerit Mommsenus:* Ave Amabilis *Cesso* | tuo carissi*ma.* D(is) M(anibus) et quieti aeternae *cet.*

---

250 *d. m* | ET · MEMORIAE AETERN|E SECVNDI OCTAVI TREVERI | ACERBISSIMA · MORTE · DE|FVNCTI · QVI · CVM · EX · INCEN|DIO · SEMINVDVS · EFFVGIS|SET · POSTHABITA · CVRA · SALVTIS | DVM · ALIQVID E FLAMMIS ERI|PERE CONATVS · RVINA · PARIE|TIS · OPPRESSVS · NATVRAE · SOCIA|LEM · SPIRITVM · CORPVSQVE · ORI|GINI · REDDIDIT CVIVS · EXCES|SV GRAVIORE DAMNO · QVAM | REI · AMISSIONE · ADFLICTI |

ROMANIVS · SOLLEMNIS · ET SECVN|DI · IANVARIVS ET ANTIOCHVS |
CONLIBERTI · MERITA · EIVS | ERGA SE OMNIBVS EXEMPLIS | NOBI-
LISSIMA · TITVLO · SEPVl|CHRI SACRAVERVNT ET | PRODILLIVS IN
MODVM FRATER|NAE ADFECtIONIS ET AB IN|EVNTE AETAte CONDIS-
CIPV|LATV · ET OMNiB · BONIS ARTIBVS | COPVLATISSIMVS AMICVS
ET | SVB ASCIA DEDICAVERVNT

Lugduni. Boissieu I. de Lyon p. 477 qui delineavit. (Henz. 7392).

---

251 BONVS EVENTVS[1] HAVE | C · SILICI[2] · ROMANE · THACORENSIS[3] ET |
Ↄ[4] FRVCIA[5] · VICTORIA · DII · VOBIS BENE FACIANT | AMICI · ET PA-
RENTES HABEATIS · DEOS | PROPITIOS · SALVI · HVC · AD ALOGIAM[6] · |
VENIATIS · HILARES CVM OMNIBVS ·

Romae in villa Pamfili. Bull. Inst. arch. 1858 p. 116 descr. Henzenus. — [1]) 'Αγαθῇ τύχῃ *in monumentis graecis. Henzenus Bull. 1864 p. 155.* [2]) *Cf. idem gentilicium apud Renierum n. 1180. 1184. 2272. 4102 et Orell. 507 I. Neap. 2815: omnes aut in Africa reperti sunt aut homines, ad quos pertinent, ex Africa oriundi sunt.* [3]) *Numidiae oppidum cf. Henzenum l. l.* [4]) Coniux *legendum puto;* Ↄ *scribitur non* C *quia ad uxorem pertinet.* [5]) *Lege:* (*E*)*rucia* [6]) *I. e. ad convivium cf. Henzenum l. l.*

---

252 Bonus eventus. 'Have, Victor Fabiane'! di vos bene faciant amici et vos viatores, habeatis deos propitios, qui Victorem publicum Fabianum a censibus p. R. non praeteritis. salvi eatis, salvi redeatis et vos, qui me coronatis vel flores iactatis, multis annis faciatis[1]! Victor Fabianus fecit sibi et Asiniae C. f. Sabinae uxori et C. Asinio Valeriano et parentibus eius C. Asinio Valeriano et Attiae Sabinae et libert. libertabusque posterisque eorum. h. m. d. m. a[2].

Romae, fortasse ibidem ubi praecedens. Bull. Inst. 1864 p. 154 descr. olim Hispanus quidam. Vv. divisio ignoratur. — [1]) *I. e. multos annos vivatis, noto facere verbi sensu.* [2]) H(uic) m(onumento) d(olus) m(alus) a(besto).

---

253 QVAE FVERVNT PRAETERITAE | VITAE TESTIMONIA NVNC DECLA|RAN-
TVR HAC SCRIBTVRA POSTRE|MA · HAEC SVNT ENIM MORTIS | SO-
LACIA VBI CONTINETVR NOMi|NIS VEL GENERIS AETERNA MEMO|RIA ·
ENNIA HIC SITA EST FRVCTV|OSA KARISSIMA CONIVNX · CER|TAE PV-
DICITIAE BONOQVE OBSE|QVIO · LAVDANDA MATRONA | XV · ANNO
MARITI NOMEN ACCE|PIT · IN QVO AMPLIVS QVAM XIII | VIVERE NON

POTVIT · QVAE NON | VT MERVIT ITA MORTIS SORTEM | RETVLIT · CARMINIBVS DEFI|XA[1] IACVIT PER TEMPORA MVl|TA · VT EIVS SPIRITVS VI | EXTORQVERETVR QVAM | NATVRAE REDDERETVR · | CVIVS ADMISSI · VEL · MA|NES · VEL · DI · CAELESTES ❦|RVNT · SCELERIS VINDICES | AELIVS · HAEC · POSVIT PROCVLINVS · IPSE MARITVS LEGIO|NIS TANTAE III AVGVSTAE | TRIBVNVS ❦

Lambaesi. Renier n. 231 qui descr. (Henzen 7408). Nota in lapide puncta saepe ad sensum posita, multaque versuum fragmenta. — [1]) *Pertinet ad imprecationes, quarum exempla nonnulla ad hunc diem servata sunt, scripta in tabellis plumbeis cf. Wachsmuth Mus. Rhen. nov. 1863 p. 559 Mommsen Hermae vol. 4 p. 283* Ἀρχαιολ. ἐφημερὶς ἐν Ἀθήναις *1869 p. 333 sq.*

---

254 DVL MATER

SALLVSTIVS · HONORATVS · CLAV|DIAE · EXTRIKATAE · MTRI · KARISSIME · | QVOD · TV · MIH · VEL · QVOS · MYSEROS · EX|ORBATOS · RELIQVISTI · DEBVISTI · FACE|RE[1] · HAEC · CVM · SCRIBEREM · LACRIMIS · | ATRAMENTVM · TEMPERAVI

DVLCIS|SIMA · MATER · FILIIS · SALVTEM · QVID · STA|TIS · ET · RECITATIS · TITVLVM · MONVMENTI · | MEI ❦ XLV · ANNIS · VOBIS · VIXI · IN · | XLVI · EXCIDI · QVANDO · DATVMEST

Caesareae. Renier n. 3981. — [1]) *Saepe parentes dicunt, se liberis fecisse quod illi sibi facere debuissent cf. infra n. 608; liberos id dicere et perversum est et hic tantum legitur.*

---

255 D ❦ S | CALENDION | PATRI PIISSIMO .| VIXIT ANNS XXXV | VT BENE ET ME|RITO CREDATVR | PROCREASSE FI|LIVM POST MVL|TVM TEMPORIS | INTERVALLVM | RELIQVIAS RECOL|LECTAS TVMV|LVM TIBI CONSTI|TVI AETERNADO|MVS[1] EGO | PRIMVS ❦ AVG N | ADIVTOR TABVL ❦ | FILIVS

D M S | VENERIAE | PIISSIMAE MATRI | VIXIT ANNS L ❦ | POST OBITVM | TVVM PIISSIMA | MATER QVAE|QVE FVERVNT | TIBI FVNERI LA|TA SVNT SEPELLI|TA[2] ET POST RELI|QVIAS RECOL|LECTAS VT MOLL|TER ESSENT TVMV|LO CONDITAS EF|FECI EGO | PRIMVS AVG N | ADIVTor taBVL | FILius

In aris duabus similibus rep. Serianae inter Dianam et Cirtam. Renier n. 1766—1767. — [1]) *Legendum: aeternae domus, nam* Đ *est* ED.
[2]) *Quaeque fuerunt tibi funeri lata, sunt sepelita.*

---

256 D · M | T · AELIO · AVG · LIB · TITIANO · PROX | A · LIBR · SACERDOTAL[1] · DEF · CARNVNT[2] | ANN · XXXXII · M · III · D · XIX · MARIT ·

VIRGIN | DVLCISS · ET · INCOMPARABILI · BENE|QVE · MERITO · QVEM ·
FVNERAVIT · FL · AMPELIS · CONIVX · CARISSIMA | ET · RELIQVIAS ·
EIVS · PERMISSV · IMP[3] | IPSA · PERTVLIT · CONSECRAVITQVE | CVM ·
Q · V · A · XII · M · III · D · XXI · SINE · VLLA | QVERELLA

Romae rep. nunc Lugduni Bat. Orelli 2439. — [1]) *Prox(imo) a libr(is) sacerdotal(ibus).* [2]) *Def(uncto) Carnunt(i).* [3]) *Imp(eratoris), ut pontificis maximi cf. infra n. 312.*

---

257 M · VLPIO · AVG · LIB · PHAEDIMO | DIVI · TRAIANI · AVG · A POTIONE |
ITEM · A LAGVNA · ET · TRICLINIARCH | LICTORI · PROXIMO · ET · A COMMENT | BENEFICIORVM[1] · VIXIT · ANN · XXVIII | ABSCESSIT · SELINVNTE ·
PRI · IDVS · AVGVS | NIGRO · ET · APRONIANO · COS[2] | RELIQVIAE ·
TREIECTAE · (*sic*) EIVS | III · NONAS · FEBR · EX PERMISSV | COLLEGII ·
PONTIFIC · PIACVLO · FACTO | CATVLLINO · ET · APRO · COS[3] | DVLCISSIMAE · MEMORIAE · EIVS | VALENS · AVG · LIB · PHAEDIMIANVS[4] | A
VESTE · BEN · MER · FECIT

Romae. Orelli 794 cont. Henzenus. — [1]) *Prioribus officiis servus functus videtur esse, sed tricliniarchae iam liberti plerumque sunt, lictores semper.* [2]) *A. 117.* [3]) *A. 130.* [4]) *Fuit igitur Phaedimi servus, antequam in potestatem Hadriani transiret, qui eum manumisit.*

---

258 .... CARPVS ..... | .... AELIVS ..... AELIVS · DIGNVS | PACCIVS ·
CHARITO · ET · SOCII | HOC · CEPOTAPHIVM · MVRO · CINCTVM | CVM ·
SVO · IVRE · OMNI · EX AVCTORITATE | ET · IVDICIO · PONTIFICVM ·
POSSEDERVNT[1]

Romae. Fabretti 115, 293 qui descr. (Orell. 4515). — [1]) *Cf. Or. 4548: ille* vas disomum posuit et tribunal ex permissu pontif. perfecit. *4406: ille* petit a pontifices ut sibi permitterent reficere n(ovum) monumentum iuris sui. *Cf. Dig. 47, 12, 7. 11, 8, 5. Marquardt, Handb. IV p. 253.*

---

259 DIS MANIB ANNIVS SOCRATES GAMIGENIS[1] SVAE FECIT HVIC MONVMENTO VSTRINVM APPLICARI NON LICET

Romae. Mazochius Epigr. ant. urb. f. 59' fin. vv. non divisis (Orelli 4384). — [1]) *Immo* Gamiceni *a* Gamice *I. Neap. 2978. Dittographia videtur esse eius qui descripsit.*

---

260 D · M | VLPIAE | EPICTESIS | TI · CLAVDIVS | ABASCANTIVS | CONIVGI ·
BENEMERENTI | FECIT

in dextro latere: LOCVS · ADSIGNATVS · AB | TI · CL · HILARO · PATRONO

IN · FRONTE · P · V S[1] · IN · AGRO · P II S[2] | ACCEPTVS · K · APRILIBVS | C · BELLICIO · TORQVATO | TI · CL · ATTICO · HERODE · COS[3]

Romae. Marini Atti I, p. 223 qui descr. — [1]) *P(edes) quinque s(emissem).* [2]) *P(edes) duo s(emissem).* [3]) *A. 143.*

261 M · COELIVS · ABASCANTus | EMPTO LOCO[1] FECIT SIBI ET | SVIS POSTERISQVE EORVM | IN FR · P · XII · IN AG · P · XII | ET AREA ANTE MONVMENTVM | COMMVNEM CVM POPILIO EVPHEMO | IN FR · P · XII · IN AG · P · XII

Perusiae. Vermiglioli lap. Perus. 452 qui descr. (Or. 4510). — [1]) *Alibi adicitur a quo emptus sit, item saepe legitur:* loco concesso, permisso, accepto, sibi dato *cet. ab illo.* — Ex indulgentia *illius Henz. 5422 de loco ab uxore Vespasiani Domitilla dato. Cf. praeterea indicem.*

262 D · M | AVR · CANDIDA · SIBI · FECIT | ET · AVR · SOFRONI · MARITO · AREAM | PVRAM[1] · CVM TRICLINIO CONCESSIS | A FANIO · OCEANO · ET FILIOR EIVS | EXCEPTIS · CVBVCVLIS · II · QVAE SVNT · | IN ARAE · SS[2] · IN VSV EIVSDEM OCEANI | ET · FILIORVM EIVS · LIB · LIBERTA-BVSQ | · POSTERISQ · EOR ·

Prope Ostiam rep. Descr. et misit Bormannus. — [1]) *Dig. XI, 7, 2, 4:* purus locus dicitur, qui neque sacer neque sanctus est neque religiosus, sed ab omnibus huiusmodi nominibus vacare videtur. *Cf. X, 3, 6, 6. XI, 7, 6, 1.* [2]) *Legendum: in area s(upra) s(cripta).* — *Constructio licet valde confusa sit, tamen quid dicere voluerit scriptor tituli satis perspicitur; Fan(n)ius enim Oceanus et filii eius concesserant aream puram cum triclinio Aureliae Candidae, exceptis cubiculis duobus quae sibi retinuerant; Candida aream tricliniumque fecit sepulcrum sibi, marito, libertis, libertabusque posterisque eorum.*

263 AELIA · DORIS | COMPARAVIT · SIBI · ET · T · | AELIO · ONESIMO · LIBERTO · | SVO · EX · DONATIONEM · SEX · COEL | FORTVNATI · IVNIORIS · MONO|MENTVM (*sic*) · VIBIANVM · QVOD · | EX · GRADV · HEREDITARIO · POS|SEDERAT · HOC · NOMEN · SVPRA · S[1] · | ET · LIBERTIS · LIBERTABVS · QVE | POSTERIS · EORVM · | IN · FRONTE · P · XV · | IN · AGRO · P · XV

Ostiae. Ann. Inst. arch. 1857 p. 302 descr. C. L. Viscontius. — [1]) *Errasse videtur quadratarius legendumque: hoc [mo]nomen(tum) supra s(criptum).*

264 DIS · MANIBVS | P · AELI · PONTIANI · QVI | VIXIT · ANNIS · XVIII | MESE · VNO · DIEBVS · XIX | PARENTES · FILIO · DVLCISSI|MO · LOCVM · PRECARIO · PETIER|VNT · A · T · EREDIO · GALO

Romae. Fabretti p. 161 n. 291 ex sched. Barberinis.

265 *se*XTIVS HYGINVS | *conc*ESSA SIBI PARTE DI|*midia* MONVMENTI VIBI | . . *va*LERIANI · AB · A · EGRILI|*o aga*THOPO · AD · QVEM PE|. . . 'S[1] POSSESSIONVM IVS | *huius m*ONVMENTI PERTINV|*it qu*OD VETVSTATE DECI|*derat i*NTVS REFECIT SIBI · ET | . . . ''P'DI[2] VXORI · ET · C · SEX|*tio adiuto*RI FILIO · ET LIB · LIBE|*rtabus post*ERISQVE SVOR

Ostiae. Misit Bormannus ex schedis Amatii et restituit. — [1]) Per [*lege*]s *vel*[*gradu*]s *fortasse?* [2]) *Porphyridi, Margaridi, Helpidi vel tale quid.*

---

266 M · VALERIVS · DIVS | FECIT · VALERIAE · CHRESTE | LIB · SVAE · CARISSIMAE · ET | M · VALERIO · TERTIO · LIB · SVO | ET · VALERIAE · PRIMAE · LIB · SVAE |

HOC · MONIMENTV · L · TITVRIVS · SABINVS · SE · VIV|O · DONAVIT · L · SALVIO · SYMPHORO · MANCV|PAVITQVE · SESTERTIO · NVMMO · VNO[1]

Romae. Grut. 956, 4 descr. Lipsius (Orelli 4567). — [1]) *Gaius I, 119—122 Ulp. fragm. XIX, 3—6 Vat. fragm. 50. Alibi:* mancipio dare *Or. 4514;* donationis causa cui mancipare HS n. I (*ita legendum pro* L) *Or. 2984;* dare donare et fruendum mancipationem facere SS n. I *Or. 4571;* mancipio accipere sestertio nummo uno donationis causa *Fabr. p. 50 n. 283 cet. In fragmento inscriptionis sepulcr. Ostiensis (Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss. XV p. 369) legitur: quatenus* ad Caecilium Troph*imum* heredesve eius pertinuit, id omne ius *per mancipationem* sive per cessionem *in iure pertinet ad* Teles*phorum.*

---

267 P · OCTAVI · A · L · PHILOM | OSSA · HEIC · SITA · SVNT | DEIS · INFERVM · PARENTVM | SACRVM · NI · VIOLATO[1] | IN · AGRO · PEDES · XV · IN · VIA | PEDES · XV | PHILARGVRVS · L · ET · SOCIVS

Neapoli in museo. Corp. I, 1241 Ritschl tab. LXXVI H ad lapidem. — [1]) *Pro versu Saturnio v. 3. 4 Buechelerus habuit (Iahn, ephem. vol. 77 p. 61), vix recte; nam aetatis recentioris videtur esse quam qua versus Saturnios compositos esse iudicemus cf. ad n. 188.*

---

268 PONTIA · PRIMA | HEIC · SITA · EST | NOLEI · VIOLARE[1]

Romae. Corp. I, 1081. — [1]) Quisquis es homo et vos sodales meos cunctos rogo per deos superos inferosque ni velitis ossa mea violare *Or. 4783;* per deos superos inferosque te rogo ne ossuaria velis violare *Or. 4784;* rogo per superos qui estis ossa mea tueatis *Or. 4788;* rogo te, mi viator, noli mi nocere, rogo te, mi viator, noli mi nocere *Or. 4785;* domnaedius, possessor, colonus sequens et tu viator, precor, parce tumulum Narcissi *Or. 4787;* ita tibi contingant quae vis ut tu hoc sacrum

non violes. *Industriae rep. Corp. V sched.*; terrenum sacratum long(um) p(edes) X lat(um) p(edes) X in quo condita est fodere noli ne sacrilegium committas *Or. 2633. Singularis est inscriptio Placentina:* ita mihi deos Penates propitios, ut ego hoc monumentum non violabo (*loquitur viator cf. ad n. 272 Or. 4820*) *Bull. Inst. arch. 1862 p. 35. Cf. indicem.*

---

269 D M | NICERATVS · AVGVSTORVM · Ñ · SER | PEDAGOGVS · A · CAPVT · AFRICAE[1] | AELIAE · QVINTAE · ET · AEMILIAE · ANTHVSAE | CONIVGIBVS · FECIT · ET · SIBI · ET | VLPIO · VITALI · ET · DONATO · SERVO · FIDELIS|SIMO · ET · ATTEIANIS · SVCCESAE · ET · PRIMITIVAE[2] | ET · DVOBVS · INCREMENTIS[3] · VICTORI · ET | CHRYSOMALLO · ET · SI · QVI · DIO[4] · MALO | TEMPTET · RECEDAT · AB · HOC · SEPVLCHRO

Florentiae. Marini Atti p. 425 (Orell. 2685). — [1]) *Cf. Marin. l. l.* [2]) *Servas puto dictas:* Successa Atteiana, Primitiva Atteiana; *antea enim Attei alicuius fuerant; Atteianus gentilicium esse non potest.* [3]) *I. e. pueris vel alumnis cf. Marinium l. l.* [4]) *Lege:* dolo.

---

270 NE · TANGITO | O · MORTALIS | REVERERE | MANES · DEOS

Romae in columb. ad viam Lat. maiore in vasculo marm. Iahn spec. epigr. p. 44 n. 173 cont. Mommsenus.

---

271 · D · M · | C · VOLTILIVS · CYPAERVS · ET · FLAVIA | PRIMILLA · FECERVNT · C · VOLTILIO · | ATIMETO · F · SVO DVLCISSIMO ET PIENTISSI|MO · BENE · MERENTI · VIXIT · ANN · XVII · M · V · | · D · XX · QVIS · QVIS · HVIC · SEPVLCHRO . NOCERE | CONATVS FVERIT · MANES · EIVS · EVM EXA|GITENT[1]

Romae in mus. Lateranensi. Descr. Bormannus. — [1]) *Cf. I. Neap. 3037:* quisque Manes inqu(i)etaberit, habebit illas iratas; *Henzen 7340:* qui violaverit sive immutaverit, deos sentiat iratos; *Orell. 4791:* Sol, tibi commendo qui manus intulit ei; *Orell. 4792:* quisquis ei laesit aut nocuit Severae immerenti, domine Sol tibi commendo, ut (v)indices eius mortem; *Gori col. Liviae p. 105:* olla eius si qui ovviolaverit ad i(n)feros non recipiatur; *Orell. 4790:* quisquis hoc sustulerit aut laeserit ultimus suorum moriatur. *Clausula tituli Orelliani 4789 quomodo legenda sit et intellegenda, non satis constat cf. Corp. V, 3034.*

---

272 .... | HAEC · EST · QVAM · CONIVX · CONDIDIT | PARCE · OPVS · HOC · SCRIPTOR · TITVLI · QVOD · LVCTIBVS · VRGENT | SIC · TVA · PRAETORES · SAEPE · MANVS · REPERAT[1]

Formiis. Henzen 6566 descr. Mommsenus. — [1]) *Versus sunt. De re cf. supra ad n. 96 n. 7.*

ITA CANDIDATVS FIAT HONO|RATVS TVVS · ET · ITA · GRATVM · EDAT | MVNVS · TVVS · MVNERARIVS · ET · TV | FELIX · SCRIPTOR[1] · SI · HIC · NON · SCRIPSERis

In arce Fori Popili. Henzen 6976. — [1]) *Ipse scriptor i. e. homo qui in parietibus domorum candidatorum nomina proponebat (cf. infra n. 1951 sq.) loquitur Orell. 4820:* M. Camurius P. f. Rom(ilia) Horanus. H(oc) m(onumentum) h(eredem) n(on) s(equetur). Sed si hoc monumento ullius candidati nomen inscripsero, ne valeam.

---

273 D M | C · ANNIDIENI MARCELLI | C · ANNIDIENVS · FREQVENS · EVOC | AVG · PATRI · PIISSIMO · ET · INCOMPARABILI | ET · SIBI · SVISQ · LIB · LIBERTABVSQ · POSTERISQ · EOR[2] | VLPIAE M LIB DeMOTDI · DIS · MANIB · NE QVIS HIC VRINA | FACIAT EX VISO NVTRICIS[1]

Romae in mus. Vat. Kellermann vig. n. 201 qui descr. — [1]) *Iunge: Dis Manib(us). Ulpiae M. lib. D[e]mot[i]di. Ex viso nutricis. Videtur enim Demotis nutrix esse. Cf. n. 219.* [2]) *Cf. Orell. 4781:* hospes, ad hunc tumulum ne meias, ossa precantur tecta hominis; set si gratus homo es, misce bibe, da mi(hi).

---

274 Q · SALVIDENVS · Ɔ · L | GETA | SALVIDENA · Ɔ · L | PALAESTRA | NISI QVORVM · NOMINA | INS · S[1] · INFERETVR · NEMO

Aveiae (Civita di Bagno). I. Neap. 6004 descr. Mommsenus. — [1]) *Ins(cripta) s(unt) cf. I. Neap. 689:* in hoc monimento ali inuri licet nulli, nisi quorum nomina s(ubscripta) s(unt).

---

275 L · VECILIO · VO · F[1] · ET · | POLAE · ABELESE[2] | LECTV · I · DATVS | C · VECILIO · L · F · ET · PLENESE[2] | LECTV · I · MEIVS · NIHIL | INVITEIS · L · C · LEVIEIS · L · F | ET · QVEI · EOS · PARENTARET | NE · ANTEPONAT[3]

Faleriis in crypta excisa ex saxo vivo lectorum mortuariorum undecim ad parietem unius eorum. Corp. I, 1313 Ritschl tab. LIX B ad lapidem. — *Adnotat Mommsenus:* [1]) VOlusi *Filius fortasse;* VIbi *Filius legit Henzenus.* [2]) Abelese *et* Plenese *videntur esse nomina feminarum tertio casu scripta.* Abelisiae *et* Plenisiae *fortasse scripsissent posteriores.* [3]) *Anteponuntur cadavera, cum in lectis, ubi corpora antea deposita sunt, alia denuo apponuntur; quod ut in his lectis iure fiat, requiritur consensus cum dominorum sepulcri universi L(uci) et G(ai) Leviorum (sive Liviorum) L. f(iliorum) tum eorum, ad quos Veciliorum parentatio spectat.*

276 D · M · | T · AELIVS · AVGVSTORVM · LIB · | IANVARIVS · ET | AELIA · SVCCESSA · CONIVNX | VIVI · FECERVNT · SIBI · ET · LIBERTIS | SVIS · ITEM · LIBERTIS · LIBERTA|BVSQVE · POSTERISQVE EORVM | H · M · D · M · A[1] ·

Romae. Jahn spec. epigr. p. 47 n. 219 cont. Mommsenus. — [1]) *H(uic) m(onumento) d(olus) m(alus) a(besto). Num eadem formula Corp. I, 1001 iam inveniatur, dubium. Alibi:* H · M · S · D · M hoc monumentum sine dolo malo. H · L · D · M · A huic loco dolus malus abesto (*Marini Atti p. 256*). *Cf. indicem.*

---

277 ITER · PRIVATVM · A · VIA · PVBLICA | PER · HORTVM · PERTINENS · AD · MONIMENTVM | SIVE · SEPVLCHRVM · QVOD | AGATHOPVS · AVG · LIB · INVITATOR | VIVVS · ET · IVNIA · EPICTESIS · FECERVNT | AB · IIS · OMNIBVS · DOLVS · MALVS · ABESTO · ET · IVS · CIVILE[1]

Romae. Jahn spec. epigr. p. 58 descr. Kellermannus. — [1]) *Alibi litteris singularibus:* D · M · A · ET · I · C; *item* ius civile abesto (I · C · A); *pro* ius civile *etiam* iuris consultus. *Cf. indicem.*

---

278 A · ARRIVS · A · L · | PHILEMO · | LIBVRNVS · SIT · | LIVIA · L · L · FLORA · | LIVIA · A · Ɔ · L · HALINE · | HERED · NON · SEQ[1] ·

Canusii. Corp. I, 1269 Ritschl tab. XCI c ad lapidem. — [1]) *Hered(em) non seq(uitur) vel seq(uetur); alibi litteris singularibus:* H · N · S. *Cf. indicem.*

---

279 HVIVS · MONIMENTI · IVS · QVA · MACERIA | CLVSVM · EST · CVM · TABERNA · ET · CENACVL | HERED . NON · SEQVETVR | NEQVE · INTRA · MACERIA ◦ HVMARI | QVEMQVAM · LICET

Minturnis. I. Neap. 4076 descr. Mommsenus.

---

280 D · M | FORTVNATO | IVLI · FRONTO|NIS · ACTORI | PATRATA CONIVx| BENE MERENTI | ET FILI FECERVNT | IN F P XX IN AGR | P XXV | H M H N S[1]

Polae. Corp. V, 90 descr. Mommsenus. — [1]) *H(oc) m(onumentum) h(eredem) n(on) s(equetur); haec formula passim invenitur, item:* hic locus (H · L), haec ara (H · A), hic locus sepulturae (H · L · S), hoc monumentum sive sepulcrum (H · M · S · S), hic locus et monumentum (H · L · ET · M), hic tumulus (H · T) heredem non sequetur (H · N · S) *vel* ad heredem non pertinet (A · H · N · P *Orell. 4397 Fabr. p. 94 n. 209 cet.*). *Perraro* hoc monumentum heredem sequitur (H · M · H · S) *Fabr. p. 91 n. 180 Grut. p. 593 n. 3, fortasse ibi quoque errore vel quadratarii vel eius, qui descripsit. Cf. indicem.*

281 *e*VTYCHVS · AVG · LIB · MEDICV*s lu*DI · NERON*iani* | FECIT · SIBI · ET · IRENE · L · ET CONIVGI *kar*ISSIM BENEME*r* | ET · NICOSTRATO ET ANDROMA*c*HO KARISSIMIS ITEM | *l*IBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS *p*OSTERISQVE EORVM | ET QVIBVS EGO DONAVIVSV[1] CHIROGRAPHO VETO · AVTEM | NEQVIS VELIT POS(*sic*)MORTEM MEAM · OSSVA · ALIENA | *i*NFERRE NEVE QVIS · AVSVS · SIT *ali*QVEM INEERRE (*sic*) | *i*N MONIMENTO COMBVS*sis* . . . ɪᴠᴵᴵIT[2] | *ho*C MONIMENTVM EXTERVM *Here-*

*dem non sequ*ETVR[3]

In coenobio S. Pauli via Ostiensi. Misit Bormannus. Supplementa certa sunt ex lapide simili ibidem reperto. — ¹) *Legendum:* donavi vivus, *ut in exemplo altero:* et quibus ego don*avi* vivos chirographo *cet.* — ²) *In altero exemplo:* coMBVSSIS . . . .; *fortasse:* combussisse*re voluerit, etsi valde claudicat.* — ³) *Alibi litteris singularibus:* H · E · N · S *vel* heredem exterum non habebit (H · E · N · H); *item* heredem secundum non sequetur (H · S · N · S).

---

282 . . . D | . . CLODIVS · LVCRIO | *sevi*R · AVG · IDEM · $\overline{\text{QQ}}$ · FECIT · SIBI | *et c*LODIAE VICTORIAE | *fili*AE · SVAE · DVLCISSIMAE · | *quae* · VIXIT · ANNIS · XVIIII · | *mensi*BVS · V · DIEBVS · XVIII · HORIS · V · | *et* LIBERTIS · LIBERTABVS · POSTERIS · Q | *eorum* H · M · HER · FIDVCIAR · N · S · | *in fr*ONTE · P · XXX · IN · AGRO · P · XXV ·

Ostiae rep. Descr. D. Detlefsenus; misit Bormannus.

---

283 DIS · MANIBVS | CLODIAE · T · F · SATVRNINAE | HOC · MONIMENTVM · SIVE | SEPVLCHRVM · SE · VIVA · FEC | IN · FRONTE · P · VIII · IN · AGR · P · VIII | HVIVS · MONIMENTI . SIVE | SEPVLCHRI · IVS · AD · HERE|DES · EIVS · PERTINET · PRO · POR|TIONIBVS · QVA · QVIS · TESTA|MENTO · EIVS · SCRIPTVS · EST[1] | LIBERTOS · LIBERTASQVE | POSTEROSQVE · EORVM

Romae. Gruter 866, 7 descr. Lipsius. — ¹) *Cf. Marinium Atti I p. 261.*

---

284 D · M | T · FLAVIVS · HEVRETVS | FECIT · SIBI · ET | FLAVIAE · AELIANE | FILIAE · KARISSIMAE | ET · CONLIBERTIS · SVIS | POSTERISQVE · EORVM | P · P · ⏝⏝[1] ET · T · FL · PHILETVS · C · S[2] · P · P · ⏝⏝ | ET · T · FL · EPITHYMETVS · C · S · P · P · ⏝⏝

Romae. Marini Atti p. 229 qui descr. (Orell. 4506). — ¹) *P(ro) p(arte) tertia. Tres igitur homines Heuretus, Philetus, Epithymetus hoc commune sepulcrum sibi fecerant, ita ut tertiam quisque eius partem acciperet.* — ²) *C(um) s(uis).* — *Alibi* pro parte (P · P) dimidia, pro

parte tertia, pro parte quarta *vel* ex parte dimidia *cet. De his similibusque formulis cf. Marinium Atti I p. 229. 261.*

---

285 LENTVLO · ET · CORVINO | MESSALLA · COS[1]
QVI · HOC · MONIMENTVM · AEDIFICAVERVNT · CVM · VSTRINA | L · MAELIVS ·
PAPIA · ET · MAELIA · HILARA · ET · ROCIVS · SVRVS · ET · M · CAESENNIVS ·
ET · FVRIVS | BVCCONIVS · HOC · MONIMENTVM · LIBERTIS · LIBERTABVS ·
VT · DE NOMINE · NON · EXEAT | ITA · QVI · TESTAMENTO · SCRIPTI · FVERVNT

SER · SALVIDIENO · ORFITO · M · PAEDVCAEO · PRISCINO · COS[2]
IS[3] · LIBERTI · LIBERTORVM · AD QVOS · EA · RES · PERTINEBAT · HOC ·
MONIMENTVM · NEGLEGENTIAE | CVRATVM · POST MVLTIS · ANNIS ·
RESTITVERVNT
LOLLIA · APRILIS · EMIT · DE L · CORNELIO | HERMETE · PORTIONE ·
EIVS | L · MAELIVS · SVCCESSVS · LICTOR · DECVRIALIS | L · MAELIVS ·
VITALIS | L · FVRIVS · IANVARIVS | L · OFILIVS · AGATHO · ADL[4] | T ·
CLAVDIVS · POLLIO · ADL[4] | M · LOLLIVS · ESY|CHVS[5] · EMIT · DE |
L · MELIO · SVC|CESSO · PORTIONE · EIVS | P · CORNELIVS · HERMES ·
ADL[4] | ROCIA FORTVNATA MAELIA · SYNTYCHE | ACILIA · SATVRNINA |
MANLIA · RESTITVTA

L · FLAVIO · SILVANO · POLLIONE · VERRVCOSO · COS[6]
ARIA · EMPTA · DE L · OCTAVIO | SPENDONTE · QVAE · EST · CONTRA ·
EVM · MONIMENTVM · QVAE · APPELLATVR · VETVRIANA · ET | CAE-
CILIANA · LONGA · P · XXII · IN AGRO · P . XXIII S[7] · L · MAELIVS ·
SVCCESSVS · QVI · CVM MAELIA | SYNTYCHEN · MATRE · SVA · SEMISSE ·
PORTIONEM · HABEBAT . HVIVS · ARIAE · PERAEQVAVIT | CVM SOCIIS ·
SVIS · VT · OMNIBVS · COMMVNIS · *es*SET[8] · HIS · QVI · S · S · S[9] ·
LIBERTIS · LIBERTABVSQ | POSTERISQ · EORVM · ITA · QVI · TESTAMENTO ·
SCRIPTI · FVERINT

Romae. Murat. 318, 1. — 1) *A. 751 u. c., 3 a. C. Duplex* L *reposui secundum Marinii observationes Atti p. 29.* — 2) *A. p. C. 110.* — 3) *I(nfra) s(cripti).* — 4) *Adl(ectus).* — 5) ESYCIIVS *traditur.* — 6) *A. 81.* — 7) *S(emissem).* — 8) SET *traditur; error videtur esse quadratarii.* — 9) *Qui s(upra) s(cripti) s(unt). — Perperam Marinius de hoc titulo disputat Atti p. 115—116. Tota inscriptio sine dubio anno demum 110 in instauratione monumenti insculpta est; ideo primum qui fecerint, tum qui refecerint ponitur; adicitur Successi beneficium, qui aream ad monumentum pertinentem ampliorem fecerat. Ita facile consulatus anni 81 post consulatum a. 110 positus explicatur.*

286 M · VLPIVS · AVG · LIB · CLADVS | ENTELLIANVS · FECIT · SIBI | ET · VLPIAE · ALYPIAE · CONIVGI | SANCTISSIMAE | BENEQVE · DE · SE · MERITAE | ITEM · FLAVIAE . QVINTILLAE · FILIAE | EIVS · ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · SVIS | EIVSDEMQVE · ALYPIAE · ET · EORVM | POSTERIS · CVM · INTROITV · AMBITVQVE[1] · OMNI · SVO

Romae. Fabretti p. 318, xxxx. — [1]) *Saepe in titulis sepulcralibus notatur non ipsum tantum sepulcrum sed aditum quoque ad id ambitumque eius esse, cuius ipsum monumentum: ille illi* locum *illum* donavit cui itum ambitum dedit *Orell. 4501;* huic loco itus ambitus debetur *Fabretti 18, 76;* itum aditum ambitum et ceteris omnibus ex lege plena ut praestentur *Fabr. 321 n. 434. Interdum eadem indicantur tantum:* cui debebitur ab omnibus possessoribus (*scil. itus, ambitus cet.*) *Mur. 891, 5 cet. Cf. indicem.*

---

287 D · M | P · AEL · AVG · LIB · IOBACCHVS . FECIT · ET | PEDATVRAM · DEDIT · ANTE · TITVL · P · XXX ANTE · FRONTE · P · XXX · ET · IN · AGRO · QVOQ | P · CENTENOS · YACINTHO · VERNA · SVO | ET · SIBI · LIBER · LIB . LIBERTABVS · SVIS · POS|TERISQVE · EORVM · EXCIPIT · ITVS · ACTVS | ADITVS · AMBITVS · ITEM · AQVAE · AERAM | FVNEM[1] · PISTRINI · FVRNI · VIRGAE · LIGNI | SACRIFICIIS · FACIVNDIS[2] · ET · CETERA · QVAE | IN LEGE · PVBLICA · CONTINENTVR · HOC · MO|NVMENTVM · HEREM (*sic*) · NON · SEQVITVR | H · M · D · M · A · B · M · M · C[3] · ORFITO · ET · PRISCO · COS[4]

Romae. Donati I p. 168 sec. Passioneum (Orell. 4379). — [1]) *Aeram(enta) et funis necessaria sunt ad aquam ex puteo hauriendam.* — [2]) *Similia saepius:* (praecepit ut) itum aditum ambitum (habere) sacrificique faciundi causa proximis eius recte liceat *Orell. 4373; ille illi* cessit adcumbitorium cum conditi(vo), quod longum pedes VI lat. p. IIII, ita ut liceat ei itum aditum ambitum humandum ve(l) sacrificandum causa habere *Orell. 4511;* ad has aediculas et ollas itum aditum ambit(um) et haustum praestari debetur *Orell. 4513;* taberna cum aedificio et cisterna monimento custodia cedit lege publica uti liceat itum aditum ambit(um) haustum aquae ligna sumere *infra n. 2556;* in hoc monumento itus aditus ambitus libertis libertabusque meis omnibus pateat, heres struem dato ad sacrificia facienda, quotiensquomque opus erit *Orell. 4374;* in eo mon(umento) itu act(u) amb(itu) inlat(os) mort(uos) mort(uas) inferre, coron(are), sacrif(icare), sacrif(icium) fac(ere) ei a(d) q(uem) e(a) r(es) p(ertinet) p(ertinebit) r(ecte) l(icet) *Orell. 4382 (sigla explicuit Mommsenus). Interdum eadem indicantur tantum:* itu ambitu coronare sacrificare (*sc. recte licet*) *Orell. 4380;* itu ambitu sacrificium faciundi *Orell. 4381 cet. Cf. indicem.* — [3]) *H(uic)*

m(onumento) d(olus) m(alus) a(besto). B(ene) m(erenti) (sc. Yacintho) m(emoriae) c(ausa). — [4]) *A. 149.*

---

288 TI · CL · BACCHIVS FECIT SIBI | ET CL · ARTEMISIAE COIVGI DV|LCIS-
SIMAE BENE MERENTI | ET LIBERTIS LIBERTABVSQ · POSTE|Q · EORV
HVIVS MONVMENTI EX|CEPTIO CHIROGRAPHO CONTINE|TVR[1]

Torre Pignattara. Marini Atti p. 530 ab amico. — [1]) *Chirographo cautum erat ne monumentum, vendito fundo in quo situm erat, cum eo in potestatem emptoris transiret neve ipsum veniret cf. Marin. Atti p. 613.*

---

289 C · PAVSCVLANO | C · F · QVIR · | MAXIMO | AEDILI | QVINQ · PRAEF |
IVRIS · DIC · QVAESTORI | ALIM · FLAMINALI · AVG[1] | HIC · OBHONO-
REM · QVIN | SPECTACVLVM · GLAD · TRIDVO | DEDIT · ET · NOXEOS ·
QVATTVOR | ITEM · ANNONAE · CVRATOR | VIX · AN · XXXIIII · DIES ·
IIII · | C · PAVSCVLANVS · RVFVS | FILIO · KARISSIMO | P[2] | HIC · MO ·
NV · MEN · TVM · EM · TORI | NON · CE · DET · SIC · VT · LI · CI · AT ·
I · TVM · A · DI · TVM · AM · BI · TVM · MI · HI · POS · TE · RIS | QVE ·
ME · IS[3] IN · AGRO · P · LXX · IN · FRON · TE · P · XII

Peltuini (nel piano di Caporciano). I. Neap. 6036 descr. Brunnius. — [1]) *Aedili, quinq(uennali), praef(ecto) iuris dic(undi), quaestori alim(entorum), flaminali Aug(usti).* [2]) *P(osuit).* P *littera post versum 14 in medio versu tam magna scripta ut usque ad v. 16 pertineat.* [3]) *Saepius syllabae punctis distinctae inveniuntur. De abalienatione sepulcri haud raro cavetur:* hoc monumentum veto veniri, veto donari *Or. 4388;* (*sepulcrum*) ne veneat ne fiduciare liceat nec de nomine exire liceat secundum sententias pontificum *Henz. 7331;* sibi et . . . uxori suae, filiae . . et filio . . libertae suae et libertis libertabusque utriusque sexus, qui ex familia mei erunt reliquiarum suarum condendarum causa et posterisque eorum, qui in nomine meo permanserint ea condi[c]ione, ne fiducient, ne vendant neve alio quo genere id sepulcrum sive monumentum est alienare ulli potestas sit. h(oc) m(onumentum) h(eredem) n(on) s(equetur) *Gruter 638, 4;* amici et conliberti, fidei vestrae committo ne quis vendat aut abalienet, sed uti his qui suprascripti scriptaeve sunt per me et meos posterosque singula haec beneficia facienda praestabuntur. h. m. h. n. s. *Or. 4357;* hoc autem monumentum cum aedificio neque mutabitur neque vaeniet neque donabitur neque pignori obligabitur, sed nec ullo modo abalienabitur, ne de nomine exeat familiae suae *Or. 4386;* exterae familiae aditus non datur, nec iure quis in hoc monumento ollas emet *Or. 4392;* inq(ue) memoriam perpetuam hortos coherentes sive suburbanum tra-

didit lib(ertis) libertabusque ex familia ux(oris) *illis*; excepitq(ue) ne quis eos venderet, set per genus ipsorum possessio decurreret vel per atnatos vel manumissos *Corp. II, 4332 cet. cf. infra n. 314. Raro contrarium invenitur:* sibi et .... filiae suae et lib(ertis) lib(ertabus)-q(ue) post(eris)q(ue) eor(um). In hoc monumento sive sepulc(ro) corp(ora) per(missu *cf. Grut. 662, 8*) aedil(ium) inferri licebit *Or. 4355.*

---

290 AVIDIA · MAXIMINA · G[1] · DOMVM · AETERNAM · VIVA · SIBI · POSVIT · SI · QVIS · ALIVM · CORPVS · SVPERPOSVERIT · DET · FISCO · ✱ CCC MILIA[2]

Polae. Corp. V, 121 descr. Sanutus. Vv. divisio non traditur. — [1]) *Post* G *lacuna videtur statuenda esse.* [2]) Si quis eum titul(um) adulterav[*e*]rit, alienigenum corp(us) aut ossa aut cineres in hoc monum(entum) inferre volens, aditum non habeb(it) et dare debeat a(erario) p(opuli) R(omani) HS L m(ilia) n(ummum). huic mon(umento) dol(us) mal(us) abesto *Orelli 5048;* sine dolo malo. quisquis hunc titulum sive monumentu(m) siive (*sic*) sepulchrum est, deasciaverit aut violaverit, vendiderit, HS CC milia n(ummum) aerario populi Romani damnas estto (*sic*) dare *Henzen 7338;* monumenti itum actum aditum ambitum ita ut vivi possedimus posterisque (*sic*) nostri possideant vivi vivis dedimus, inscribi iussimus. quod si quis eorum partem iuris sui vendiderit aut ex consensu universorum, ea pecunia in aerarium populi Romani inferri iubemus. hoc aedificium cum sua custod(ia) heredem non sequetur *Fabretti p. 320 n. 433;* si quis huic monumento post me aliquam controversiam facere voluerit aut de nomine auferre, inferet aerario p. R. HS V m(illia) n(ummum); h. m. d. m. a. *Orell. 2691.*

Si quis hoc sepulcrum tentaverit aperire debebit fisco S-S · L *Corp. III, 1986;* [*s*(*i*)*q*(*uis*)] h(anc) a(rcam) aperuerit aliutve corpus induxerit dabit fisco Caesaris III D nummum *Corp. III, 168;* h(uic) m(onumento) et locis s(upra) s(criptis) dolus malus abesto, nec aditum in portione dimidia fiscum habere, et si quis eorum vendere aut donare voluisset, [*t*]unc fisco dom[inico] ... *Orelli 4509.*

---

291 D · M · | M · CIPIVS · HERMES · M · CIPIO | TREPTO · FILIO · PIENTISSIMO | LOCVM · HVI · SI · QVI · MANVS | INTVLERIT · VIRGINEBVS · VESTALIBVS | SOLVET · POENA · H · S · N · V | X · X[1]

Romae in columbario ad viam Latinam. Iahn spec. epigr. p. 28 n. 29. — [1]) *Fortasse:* (*sestertium*) *nu*(*mmum*) *XX* (*millia*). *Similia saepe in titulis urbanis:* si quis hoc armarium vendere voluerit,

tunc inferet arcae pontificum HS L m(ilia) n(ummum) *Orelli 4549;* arkae p(ontificum) p(opuli) Rom(ani) HS L m(ilia) n(ummum) (*Tibure rep.*) *Or. 2145;* hoc monumentum ne de nomine nostro exiat; qui externum inducere voluerit poenae nomine inferet arcae pontificum HS L m(ilia) n(ummum) *Grut. 765, 5;* si quis hoc sepulchrum vel monimentum cum aedificio universo post obitum meum vendere vel donare voluerit vel corpus alienum invehere vellit (*sic*), dabit poenae nomine ark(ae) pontif(icum) HS · C̄ · n(ummum) et ei cui donatum vel venditum fuerit eadem poena tenebitur *Orelli 4427.* — Quitquit huic monimento sive sepulcro atplicitum instructum aedificatum est et si qua maceria secundum se ibi applicita est ea omnia huic monimento sive aedificio cedant. Quod si quis hunc monimentum vel aedificium donationis causam vel alioque nomine temptaverit facere dare damnas esto aerario populi Romani sestertium [ss] L m(ilia) n(ummum) item v(irginibus) V(estalibus) sestertium [ss] L m(ilia) n(ummum) *Marini Atti p. 343. Simili ratione poenam constituit* M. Antonius Encolpus *Orelli 1175 qui sepulcrum* fecit sibi et Antonio Athenaeo liberto suo karissimo et libertis libertabusque eorum et posteris, excepto M. Antonio Athenione, quem veto in eo monimento aditum habere neque iter ambitum introitum ullum in eo habere neque sepulturae causa reliquias eius posterorumque eius inferri; quod si quis adversus hoc quis fecerit, tunc is, qui fecerit, poenae numine pontificibus aut antescolaris virginum HS L̄ m(ilia) n(ummum) inferre debebit, ideo quia me pos(t) multas iniurias parentem sibi amnegaverit, et a Laelio Apelleti clienti karissimo, quem boluerit, donationis causa sarcofagum eligat sibi propter quod in tam magna clade non me reliquerit cuius beneficia (h)abeo. *Postrema verba ad delatorem spectant* (*cf. n. 293*).

---

292 C · IVLIO · C · F · PVTEOLANO · ADLECTO . IN | ORDINE · DECVRION · QVI · VIXIT · ANN | XVII · MENSIB · VI · DIEB · XXVII | C · IVLIVS · MAXIMVS · PATER . SEDEM · AETERNAM | KARISSIMI · FILI · DIS · MANIBVS · CONSECRAVIT | HOC · SEPVLCRVM · SI · QVIS · VENDIDERIT · VEL | ABALIENAVERIT · DARE · DEBEBIT · REIPVBLIC · | PVTEOLANORVM . POENAE · NOMINE · HS · X̄X̄ · MIL · N [1]

Puteolis. I. Neap. 2519 descr. Mommsenus (*Henzen 7008*). — [1]) *Similia saepius in titulis municipalibus:* h(oc) m(onumentum) s(ive) s(epulcrum) e(st) h(eredem) n(on) s(equetur) neque ulli licebit locationis causa in annis centum quandoque transvendere. Quod siqui adversus it fecerint, eorum bona pertinere debebunt ad rempublicam Brundisinorum *Orell. 4431* (*Brundisii*); si quis hanc arcam sive hoc moniment(um) vendere

aut emere aut exacisclare volet, tum poenae nomine HS · $\overline{XX}$ r(ei) p(ublicae) Aquil(eiensium) dare debebit *Corp. V, 979 (Aquileiae)*; veto autem in h[a]c arca alium corpus infer(r)i aut ossua poni; si q(u)is autem intuleri[t], dabit r(ei) p(ublicae) Salonitanorum [HS] n(ummum) x (milia). Et ne quis ante arca[m hanc aliam ponat] *Corp. III, 2098 (Salonis) cf. infra n 315 v. 36 sq. — Simili ratione poena interdum collegio solvi iubetur, cuius sodalis fuerat mortuus:* si quis aeam (*sic*) arcam [po]st mortem eorum aperire vo[lu]eri[t, inferet] decuriae meae (*collegii fabrum et centonariorum*) ⳨ $\overline{XXV}$ *Corp. III, 2107 cet.*

---

293 T · FLAVIO · T · F · PAL · VERO | EQVITI · ROMANO · AEDEM · FECIT | VIBVSSIA · L · F · SABINA · MATER | QVAE · IVBET · SE · QVANDONE · INEA · AEDE · PONI · ET · GN · OST · HERMETE[1] | MARITVM · SVVM · NEQVE · HERES · MEVS · NEQVE · HEREDIVE · MEOR · NEQVE | CVIQVAM · LICEVIT · IN · EA · AEDE · PONERE · NEQVE · CORPVS · NEQVE · OSSA · QVOD | SIQVIS · ADVERSVS · EA · FECERIT · INFERET · AERARIO · P · R · HS · L · M̄ · N̄ · ITEM · REI · PVB | OST · HS · L · M̄ · N̄ · IS · AVTEM · QVI · DETVLERIT · ACCIPERE · DEBEBIT · SVM · S · S · QVARTAS[2] YPOGAEV[3] · ET · CETERA · LIBERTIS · LIBERTABQ · MEIS · POST · EOR | HIC · MONVMENTVS · EXTERV · HEREDE · NON · SEQVITVR · SET · NEC · DONATIONE · FACERE | IN · F · P · XXVI · IN · A · P · XXXV ·

Ostiae. Ann. Inst. arch. 1857 p. 305 descr. C. L. Viscontius. — [1]) *Gn(aeum) Ost(iensem) Hermete(m), reipublicae Ostiensis scilicet libertum.* [2]) *Praemium delationis saepius additur:* delator quart(am) acc(ipiet) *Henzen 7337; dabit* r(ei) p(ublicae) P(hilippensium) ⳨ (*i. e. denarios*) mil(le) et delatori ⳨ CC n(ummum) *Corp. III, 684 cf. ad n. 291 cet.* [3]) *I. e. hypogaeum.*

---

294 C · POPLICIO · L · F · BIBVLO · AED · PL[1] · HONORIS | VIRTVTISQVE · CAVSSA · SENATVS | CONSVLTO · POPVLIQVE · IVSSV[2] · LOCVS | MONVMENTO · QVO IPSE · POSTEREIQVE | EIVS · INFERRENTVR PVBLICE · DATVS · EST[3]

Romae ad radices arcis Capitolinae in vico Macel de' Corvi utrimque repetita inscriptio. Corp. I, 635 Ritschl tab. LXXXIIIA B cf. LXXXIVa (Orell. 4698). Sepulcrum fuisse ad portam quidem, sed extra eam in campo Martio demonstravit Beckerus, de Romae vet. muris p. 69. — [1]) *Unus notus est trib. plebis a. u. 545 (Liv. 27, 20), cui honor sepulcri publici fortasse habitus est; titulus tamen longe recentioris aetatis est; quare qui eum Bibulo illi tribuit, monumentum post Sullana tempora*

restitutum esse, accipiat oportet. [2]) *Lege igitur publica.* [3]) *Locus sepulcro faciendo aetate imperatoria Romae nunquam datur publice, in municipiis saepe et ibi quidem decreto decurionum, id quod innumeris exemplis constat. Marini tabula inventa est exhibens decretum decurionum a. 31 p. C. qua decuriones* locum qui est extra portam medianam, in quo columnar(ium) fuit, ab eo loco, in quo schola fuit, loug(um) p(edes) LXVII ad rivom aquae Albanae, latum a via publica in agrum p(edes) X M. Iunio Silani l. Monimo posterisque eius honoris caussa dari censuerunt. In decuriouibus fuerunt XXVI. *Quare cum lege municipali cautum esset, ut ordo non aliter haberetur quam duabus partibus adhibitis (Dig. 50, 9, 3 cf. tab. Salpens. et Malac. ed. Mommsen Abh. d. Saechs. Ges. d. W. III p. 412), huiusmodi decretis minorem decurionum numerum suffecisse accipiendum est, aut in oppidulo illo solito minorem fuisse decurionum numerum cf. n. 2078.* Honoris caussa locus ex d(ecurionum) d(ecreto) datus *dicitur etiam in inscriptione a Gazzera edita Mem. di Torino 34, 54. Suffragia interdum per tabellam ferebantur:* loco dato s(enatus) c(onsulto) per tabellam *cf. infra n. 2029 et 663. Honorificentior haec decernendi ratio sine dubio fuit ideoque commemoratur. Plerumque tamen in fine titulorum tantum formula additur:* loco dato (*vel* locus datus) decuriouum decreto (L · D · D . D). *Cf. indicem nostrum.*

---

295 Q · IVLIO | SERVANDO | SEVIR · AVG | C · I · P · C · N · M[1] | LICĪNIA · PALLAS | MARITO · OPTIMO | INLATĪS · ARCAE | SEVIR · OB · TVITIONEM | STATVAE · HS · N · ∞ | L · D · D · D · SEVIR[2]

Narbone. Herzog Gallia Narb. n. 51 qui descr. — [1]) *Sevir(o) Aug(ustali) c(oloniae) I(uliae) P(aternae) C(laudiae) N(arbonis) M(artii).* [2]) *Explicant: L(ocus) d(atus) d(ecreto) d(ecurionum) sevir(orum); idem in altera Narbonensi ibid. n. 17 ubi item arcae sevirum pecuniae summa ad tuitionem statuae infertur.*

---

296 C · CATIO · C · F · MEN · BALBO | OPETREIIAE · C · F · PAVLLAE | HÓS · DECVRIONES · FV́NERE | PVBLICO · DE · FORO · É · TRIBVNALĪ | EFFERENDOS · ET · HĪC · HVMANDOS · CENS[1] | FVFĪCIAE · A · L · VIOLAE | C · CATIVS · C · F · MEN · GALLVS | PARENTIBVS · ET · VXÓRĪ

Beneventi. I. Neap. 1502 descr. Accursius (Henzen 7350). — [1]) *Funus quoque impensave funeris publice et viris et feminis data saepissime commemorantur:* (femina) funere publico honorata *Henzen 7067;* ex decurionum decreto fuuere publico elatus est *Henzen 7054;* hunc decuriones funere publico (F · P) efferundum censuerunt *Henzen 7011;*

F · L · S · P · D · D *i. e.* f(unus) l(ocum) s(umptus) p(ublicos) d(ecuriones) d(ecreverunt) *I. Neap. 463, ubi mihi tamen* l(ocum) s(epulturae) *magis placeret* (*cf. n. 316. 322. 330 cet.*); huic ordo m(unicipum) m(unicipi) Lib(eri) Sing(iliensis) inpensam funeris et locum sepulturae decrevit *Corp. II, 2021 cet. Pecuniae quoque summa in funus impensa interdum commemoratur infra n. 299 Corp. II, 1189 cet. Singularis est expressio tituli Narbonensis Herzog Gallia Narb. n. 15:* huic ordo Narbonensis publice funus et omnes vectigales (*i. e. omnem impensam*) decrevit.

---

297 D · M | SEX · FVLCINIO | SEX · F · VEL · VERO · | DEC · PARENT | AN · XIIII · DIER · XXXVII · | HVIC · ORDO · PIENTISSI|MVS · DECR · SVÓ · FVNVS · PVB · | ET · RES · PVB · TVRIS · LIB · TRES[2] · | TITVLIS · PVBLICE · FERRI | VNIVERSI · CENSVERVNT[1] | HVIC · ET · COL · FABR · TVRIS · | MITTENDI · HABVIT · HON · | QVÍ · PARENTES . SVOS · | MISEROS · SENES · IN · | LVCTV · RELIQVIT | PARENTES · FÍLIÓ | PIENTISSIMO · ET · SIBI | VÍVÍ · POSVERVNT

Parentii. Corp. V, 337 descr. Mommsenus (*Henzen 7177*). — *Legendum: D(is) M(anibus). Sex(to) Fulcinio Sex. f. Vel(ina) Vero, dec(urioni) Parent(i), an(norum) XIIII dier(um) XXXVII. Huic ordo pientissimus decr(eto) suo funus pub(licum) et res pub(lica) turis lib(ras) tres titulis publice ferri universi censuerunt. Huic et col(legium) fabr(um) turis mittendi habuit hon(orem). Qui parentes suos miseros senes in luctu reliquit. Parentes filio pientissimo et sibi vivi posuerunt.* — 1) *'Haec inde a. v. 6 excerpta omnino ex decreto decurionum paullo impedita sunt, utpote breviora; hoc voluit qui scripsit, decuriones defuncto decrevisse funus publicum, item decrevisse, ut reipublicae nomine turis librae tres in funere ferrentur nomine reipublicae in titulis expresso, consensisse autem de his decretis universos'. Mommsenus l. l.* 2) *Cf. Henzen 7004:* hunc dec(uriones) funere publ(ico) efferendum censuer(unt) eique honores omnes et turis p(ondo) XX decreverunt. *Corp. II, 1650:* turis p(ondo) XXV. *Henz. 7178:* turis p(ondo) L.

---

298 C · VALER · C · F · FAB · CA|MILLO · QVOI · PVBLICE | FVNVS · HAEDVORVM | CIVITAS · ET · HELVET · DECRE|VERVNT · ET · CIVITAS · HELVET | QVA · PAGATIM · QVA · PVBLICE | STATVAS · DECREVIT | IVLIA · C · IVLI · CAMILLI · F · FESTILLA | EX · TESTAMENTO

Aventici (*Avenches*). *Mommsen I. Helv. n. 192 qui descr.*

---

299 A · VMBRICIO · A · F · MEN | SCAVRO | II · VIR · I · D[1] | HVIC · DECVRIONES · LOCVM · MONVM | *et* HS ∞ ∞ · IN · FVNERE · ET · STA-

TVAM · EQVESR | in FORO[2] · PONENDAM · CENSVERVNT | SCAVRVS · PATER · FILIO.

Pompeiis in via sepulcrorum. I. Neap. 2239 descr. Mommsenus. — [1]) *Duumvir(o) i(ure) d(icundo).* [2]) *Cf. Corp. II, 1130:* (*feminae*) splendidissimus ordo Italicens(ium) funeris impensam locum sepulturae statuam ponendam decrevit; *Orell. 4051:* ordo Brixianor(um) funus publicum et statuam equestr(em) auratam decrevit; *Orell. 3853:* huic decuriones funus publicum, statuam equestrem, clipeum argenteum, locum sepulturae decreverunt et urbani statuam pedestre(m) *et ita saepe sepulcro funerique publico statuarum equestrium, pedestrium, auratarum, argentearum, aerearum cet. clupeorumque (cf. Corp. II, 1263. 1286 cet.) honor additur.*

---

300 C · ARRENVS · C · F | TRO . MAXIMVS · AED | HONORAT · AB · ORDINE | IADESTIN · LOCO · LIB · IN · FVN | STATVA · PEDESTRI · T · F · I[1] | ARBITRATV · ET · CVRA · P · HELVI | CORINTHI · ET · C · ARREN · DIONYSI

Iadere. Corp. III, 2919 ex unico exemplo antiquo. — [1]) *Aed(ilis) honorat(us) ab ordine Iadestin(orum) [l]oco, lib(is) [i]n fun(us), statua pedestri t(itulum) f(ieri) i(ussit). De libis adfert Mommsenus Catulli verba carm. 59:* saepe quam in sepulcretis vidistis ipso rapere de rogo cenam, cum devolutum ex igne prosequens panem ab semiraso tunderetur ustore.

---

301 P · MANLIO · P · F · GAL · MANLI|ANO · ILIBER[1] · HVIC · ORDO | PVBLICE · LOCVM · SEPVLTVR | IMPENSAM · FVNERIS · STA|TVAM . DECREVIT | P · MANLIVS · PAX · PATER · HONOR | ACCEP · IMPENSAM · REMISIT[2]

Ilurcone (Pinos Puente). Corp. II, 2063 descr. Rambertus. — [1]) *Iliber(ritano). Patria mortui in titulis militum plerumque, raro in aliis ponitur; in Hispania tamen saepissime adicitur.* [2]) *Honor(e) accep(to) impensam remisit. Haec formula similesque:* honore contentus, honore usus impensam (*sive* impendium) remisit *frequentes sunt saepeque compendio scribuntur.* H · A · I · R, H · C · I · R, H · V · I · R, *item:* honore contentus sua pecunia posuit (H · C · S · P · P); h(onore) u(sus) s(umptum) r(emisit) *Orell. 2251. In titulis praesertim Brixianis:* titulo usus impensam remisit *vel simpliciter* titulo usus (T · V). *Cf. indicem nostrum.*

---

302 L · ARRVNTIO · P · F · L · N | MEN · RVFO · EIEDIO · PROCV|LO · VIX · ANN · XXIIII | HVIC · DECVRIONES · STATV|AS · DVAS · ALTERAM · EX |

PECVNIA · PVBLICA · ALTE|RAM · EX · AERE · APOPVLO | CONLATO · INFORO · PO|NENDAS · DECREVERVNT

Surrenti. I. Neap. 2125 descr. Mommsenus.

---

303 *c. se*MPRONI*o* · C*eleris f.* | *ce*LERI · F[1] · D · D · MVNIC|*ip*I · BAESVC-CITANI
*h*VIC · MVNICIPIVM · FLAVIVM | BAESVCCITANVM · LAVDATIONEM[2] |
LOCVM · SEPVLTVRAE · INPENSAM | FVNERIS · EXSEQVIAS · STATVAM |
DECREVIT | MVNICIPIVM · FLAVIVM · LAMINITANV*m* | D · D · LAVDA-
TIONEM · STATVAM | MVNICIPIVM · FLAVIVM · TVGIENSE | D · D ·
LAVDATIONEM · LOCVM · SEP*ul*|TVRAE · INPENSAM · FVNERIS | MVNICI-
PIVM · FLAVIVM · VIVATIENSE | D · D · LAVDATIONEM · LOCVM · SEPVL-
TV|RAE · INPENSAM · FVNERIS | *c*IVES · BAESVC · ET · INCOLAE · STATVAS |
*c. se*MPRONIVS · CELER · PATER · ET | SEMPRONIA · AVGE · MATER ·
HO|NORE · ACCEPTO · INPENSAM | REMISERVNT | *l. d. d.* D

Baesucci. Corp. II, 3251 descr. Huebnerus ectypum litterasque esse bonas saeculi primi exeuntis adfirmat. Ibidem (l. l. n. 3252) alter titulus inventus est huic fere par praeter quod v. 3 legitur: F · LAMINIT*ani, sequuntur oppida hoc ordine:* Laminium, Baesucci, Vivatia, Tugia, cives Baesuccitani et incolae. *Titulum, licet honorarium nec sepulcralem, hoc loco inserui ob honores funebres in eo enumeratos.* — [1]) *F(ilio). 'C. Sempronium Celerem puerum obisse statuasque has ut saepissime non tam in ipsius honorem positas esse quam in patris solacium declarat silentium de honoribus; eodem pertinet, quod filius dicitur distinguiturque ita a cognomine parente quodque parens non praenomine appellatur sed cognomine'. Mommsenus l. l.* [2]) *In titulis sepulcralibus urbanis Italicisque nunquam laudatio commemoratur, praeter Murdiae titulum Orell. 4860, qui est laudationis matri a filio habitae fragmentum. Contra in Hispania laudationes publice decretae haud raro inveniuntur (Corp. II, 1065. 1186. 1286. 1342. 1735. 2131. 2188. 2344. 2345. 3252. 3746), ita ut illi provinciae propriae iudicandae sint. Quo referre poteris Quintiliani Instit. III, 7, 2 verba:* sed mos Romanus etiam negotiis hoc munus inseruit. Nam et funebres laudationes pendent frequenter ex aliquo publico officio, atque ex senatus consulto magistratibus saepe mandantur, *quamquam aetate certe imperatoria eandem consuetudinem Romae quoque obtinuisse Plinius (ep. 2, 1, 6) ostendit.*

---

304 D M | AVRELIVS FESTVS FVRCIAE | FLAVIAE FILIASTRAE · BENE | MERENTI ○ ET DOMINE · ET · PA|TRONAE ○ QVAMDIVS VIVO CO|LO TE

POST MORTE NESCIO PARCE | MATREM TVAM ET PATREM ET SORO|REM
TVAM MARINAM VT POSSINT TIBI FACERE | POST ME SOLLEMNIA

Romae. Ann. Inst. arch. 1846 p. 209 descr. Henzenus.

---

305 D — *ascia* — M | VENVLEIAE | PELAGIA | HĪC · ADQ | FIL · MĀR · PIĪSS
M · NAEVIVS · M · F | GAL · RESTITVTVS | MIL · COH · X · PR · H ·
AQ | QVI · RELIQ · TESTAM · COLL | FABR · NAVAL · PĪS · STATIONI |
VETVSTISS · ET · PIĪSS · HS · IIII | N̄ · EX · CVI · REDITV · PA|RENTAL ·
ET · ROSAR · QVOT|ANN · AT · SEPVLCHRVM | SVVM · CELEBRARENT[1] ·
QVOT | SI · FACTVM · AB · EIS · NON | ESSET · TVNC · EA · IPSA ·
CON|DITIONE · FABR · TIG · PIS | ACCEPT · PRO · POENA · N̄ | FABR ·
NAV . HS · IIII · N̄ · IPSI | CELEBRARE · DESEBVNT

Prope Ferrariam. Gruter 1031, 5 (Orelli 4084) ex Velseri schedis. — Legendum: D(is) M(anibus). Venulei[a] Pelagia hic adq(uiescit). Fil(ius) matr(i) piiss(imae). M. Naevius M. f. Gal. Restitutus mil(es) coh(ortis) X pr(aetoriae) h(ic) aq(uiescit), qui reliq(uit) testam(ento) coll(egii) fabr(um) naval(ium) Pis(aurensium) stationi vetustiss(imae) et piiss(imae) HS IIII (millia) n(ummum) ex cui(us) (sc. summae) reditu parental(ia) et rosar(ia) quotann(is) at sepulchrum suum celebrarent. Quot si factum ab eis non esset, tunc ea ipsa condi[c]ione fabr(i) tig(narii) Pis(aurenses) accept(is) pro poena HS IIII (millibus) n(ummum) n(omine) fabr(um) nav(alium) ipsi celebrare debebunt. — [1]) *I. e. die obitus (vel funeris) Restituti (die parentali) et die rosationis sacrificium Manibus mortui facerent. Saepe ita sodales collegii alicuius (interdum municipes quoque municipii) ex pecunia a mortuo legata collegio (municipiove), item posteri, liberti, heredes defuncti iubentur Manibus eius certis quotannis diebus sacrificia praestare. Iubentur autem:* sertis coronare mortuum, sepulcrum *vel* arcam *cet.* rosis exornare, rosas ad monumentum deferre, parentari rosa et amarantho et epulis, ponere *vel* ducere rosas et escas, escas rosales et vindemiales (*cf. Marinium Atti II p. 581*), facere odoramenta, profusiones quotannis (Q · A) *similiaque. In titulo Laude reperto (Murat. 520, 2) collegio pecunia legatur* in utrumq(ue) florem perpetuo sibi deducend(um) *et in altero quem citat Marinius l. l.* ut mihi ponatur omne flos suo tempore *flagitatur. Plerumque pecuniae summa (sestertiis denariisve expressa) proponitur, inveniuntur tamen etiam aliae rationes cf. infra n. 313 et Marini Atti II p. 639 (Romae) ubi legat mortuus* libertis libertabusque usumfructum insulae . . alatianae partis quartae et quartae et vicensimae [*i. e.* $\frac{1}{4}+\frac{1}{24}$, *ubi nota rationem unciariam*], quae iuris sui esset, ita ut ex reditu eius insulae quodannis die natalis sui et rosationis et violae et parentalib(us) memoriam sui sacrificis quater

in annum factis celebrent et praeterea omnib(us) k(alendis) nonis idibus suis quibusq(ue) mensibus lucerna lucens sibi ponatur incenso imposito. *Dies, quibus sacrificetur, commemorantur inprimis: dies natalis et dies parentalis mortui, dies rosationis, dies violationis. Pecuniae sacrificiis epulisque destinatae saepe altera summa additur, cuius ex usuris monumentum tueatur, apud Maffeium Mus. Ver. p. 146 etiam summa* ut monumentum remund(etur). *Cf. indicem nostrum.*

---

306 VRSILIAE INGENVAE QVAE VIX | ANN · VIII · M · VI · VRSILIVS RVFINVS
ET | DOMITIA SEVERA PARENTES IN CVIVS | MEM COLEND DEDER
IVVENAE (*sic*) CORO|GENNATIB ✱ CCCC · EX QVOR REDITV | QVOD
ANN . TEMPORE PARENTALIOR | QVAM ET ROSAE CORONAS TERNAS |
PONERENTVR ET PROFVS SVO QVOQ | ANNO FIERI[1] QVOD SI IV-
VENAE (*sic*) NON FECERINT RESTITVER DEBEB | VICANIS COROGEN-
NATIBVS ET ILLI | ID OBSERVABVNT[2]

Mediolani. Maffei M. V. 369, 5 cont. Mommsenus diligenter titulum lectu difficillimum. — [1]) *'Interpretare ita fere: in cuius memoriam colendam dederunt Iuvenatibus* (?) *Corogennatibus denarios quadringentos, ex quor(um) reditu quodannis tempore tam parentalior(um) quam et rosae tempore coronas ternas ponerent, et profusiones unoquoque anno facerent. Quod si Iuvenates non fecerint, denarios quadringentos restituere debebunt vicanis Corogennatibus et illi id observabunt. Similis quodammodo est titulus Bergomi mihi visus:* dedit ✱ XX et profundi de [unoris ✱ III: quot si Iuvenates (curam *supple*) eius neclexerint, filio eius retere (*id est* reddere) debebunt ✱ XX. *Iuvenates vel quo alio nomine fuerunt in vicis regionis Transpadanae eodem fere loco fuisse videntur, quem in urbibus collegia sepulcralia tenent'. Mommsenus.* — [2]) *Similia plerumque adduntur cf. Orell. 4076* (*Romae*)*:* qui reliquit collegio (*dendrophorum Romanorum*) HS decem mil(lia) n(ummum) ut ex usuris eius omnibus annis parentet ei hoc loco, aut, si non factum fuerit ante Terminal(ia), inferet aerario p(opuli) R(omani) decem m(illia) n(ummum) *et indicem nostrum.*

---

307 VENERI . VERAE[1] · FELICI · GABINAE | A · PLVTIVS · EPAPHRODITVS ·
ACCENS · VELAT · NEGOTIATOR · SERICARIVS · TEMPLVM . CVM | SIGNO ·
AEREO · EFFIGIE · VENERIS · ITEM . SIGNIS · AEREIS · N̄ · ĪIIĪ · DISPOSITIS ·
IN ZOTHECIS · ET | BALBIS . AEREIS · ET · ARAM · AEREAM · ET · OMNI ·
CVLTV · A SOLO . SVA · PECVNIA · FECIT · CVIVS · OB | DEDICATIONEM ·
DIVISIT · DECVRIONIBVS · SING · ✱ · V̄[2] · ITEM · V̄Ī · VIR · AVG · SING · ✱ ·
N · Ī̄Ī · ITEM · TABER|NARĪS · INTRA MVRVM · NEGOTIANTIBVS · ✱ Ī · ET ·

HS · X̄ · M̄ · N̄[3] · REIPVBL · GABINOR · INTVLIT · ITA · VT · EX | VSVRIS ·
EIVSDEM · SVMMAE · QVOD · ANNIS · IIII · K · OCTOBR · DIE · NATALI ·
PLVTIAE · VERAE | FILIAE · SVAE · DECVR · ET · VI · VIR · AVG · PVBLICE · IN
TRICLINIS · SVIS · EPVLENTVR[4] · QVOD · SI | FACERE · NEGLEXSERINT ·
TVNC · AD MVNICIPIVM · TVSCVLANOR · HS · X̄ · M̄ · N̄ · PERTINEANT |
QVAE · CONFESTIM · EXIGANTVR · LOCO · DATO · DECRETO · DECVR |
DEDICATA · IDIBVS · MAIIS · L · VENVLEIO · APRONIANO · II · L · SERGIO ·
PAVLO · II · COS[5]

Gabiis. Orelli 1368 descr. Viscontius. — [1]) *Nomen est mortuae, quae viva Plutia Vera dicta nunc adscivit cognomina Veneris Felicis Gabinae cf. supra n. 240 sq.* — [2]) *Denarios quinos.* — [3]) *HS decem m(illia) n(ummum).* — [4]) *Epulae plerumque iunctae sacrificiis in memoriam defunctorum factis saepius in titulis mortuariis commemorantur. Orell. 3999 (Mevaniae):* hic collegio suo centonariorum legavit HS ∞ ex cuius reditu quod annis die parentaliorum ne minus homines XII ad rognm snum vescerentur *similiaque saepius cf. indicem nostrum. In tituli Nemausensis fragmento legitur Grut. 496, 7:* si quis ex iis, qui supra scripti snnt, cnm moriar, non vivet, sive post mortem meam morietur, tum qni reliqni ernnt, in eorum locum qui mortui erunt, alios per snffragia substituant, qnos dignissimos pntaverint, dnm non minns in perpetnum triginta sint, liceatque iis, qni praesentes esse iis diebus non poternnt, in locnm suum convivam ex amicis snis mittere; eiusqne maesolei claves duae penes aliqnem libertorum meorum et curatorem cuiusqne anni sint. Substituti *sequuntur nomina IX.* — [5]) *A. 169.*

---

308 A L B I N I A E
VETTI · FIL
V A L E R I A N A E
P V D I *c i s s i m a e f e* M I N
P · A P P I *u s p. l. e u t y* C H E S

AD · CVIVS *memoriam . . . coleN*DAM · HVIC
COLLEG · DE*dit (denarios tot)* . . . . *ex cV*IVS · SVM
MAE · RED*itu magistri coll. quod annis DIE* · NATAL
EIVS · III · ID . . . . *SP*ORTVL
EX · X · CC · IN*ter praesentes* . . . *arbitR* · *SV*O · DIVID[1]
OLEVM · ET · PROP*IN* · *EX* · X · *DCCL* · *PRAEBE*ANT · ITEM
LECTISTERNIVM · TEMPORE · PARENT*ALI*OR · EX · X · CC

MEMORIIS · EIVSDEM · VALERIANAE · ET · APPI · VALERIAN
FIL · EIVS · PER OFFIC · TESSERARIOR · QVODANNIS · PONA
TVR · ET · PARENTETVR · ITEM · CORONAE · MYRT · TERNAE
ET · TEMPORE · ROSAL · IVL · TERNAE · EIS · PONANTVR
MICATAE DI/ITIIS[2] · EX ✱ L · PROFVNDANTVR
ITEM · APPIVS · EVTYCHIANVS · MARITVS · EIVSDEM
VALERIANAE · SCHOLAE · VEXILLARIOR · LARGITVS
EST · HS · XXX · N · EX · CVIVS · SVMMAE · REDITV · QVOD
ANNIS · DIE · S · S[3] · NATALIS · EIVS · ANTE · STATVAM · LECTIST
EX · ✱ · CCL · PONANT · SPORT · ✱ · CCL · INTER · PRAESENT
SIBI · DIVID · OLEVM · ET · PROPIN · PER · ROSAM · PRAEBEANT
L D D C F C[4]

Comi. Corp. V sched. (Henz. 7336) descr. supplevit explicuit Mommsenus; litterae inclinatae ad exemplum Iovii, qui paullo pleniorem descripsit. — [1]) *[Ex c]uius summae red[itu magistri collegii quodannis] die natal(i) eius* III *Id(us) . . . . . . sportul(as) ex denariis* CC *in[ter praesentes arbit]r(io) suo divid(ant).* — [2]) *Et tempore rosal(iorum) Iul(io) (mense coronae roseae) ternae eis ponantur. Quae sequuntur dubia sunt.* — [3]) *S(upra) s(cripto).* — [4]) *L(oco) d(ato) d(ecreto) c(ollegii) f(abrum) c(entonariorum).*

---

309 L · CAECILIVS · L · F | PAP · OPTATVS | 7 · LEG · VII · G · FEL · | ET · 7 · LEG ·
XV · APOLLIN[1] | MISSVS · HONESTA · | MISSIONE · AB · IMP · M · | AVR ·
ANTONINO · ET · AVR | VERO · AVG · ATLECTVS · ABARC[2] | INTER · IM-
MVNES · CONSECVT | INHONORES · AEDILICIOS · | II · VIR · III · FLAM · RO-
MAE | DIVORVM · ET · AVGVSTORVM | QVI · R · P · BARC · ITA · LEG · DO ·
LEGO · | DARIQVE · VOLO · ✱ · VII · D[3] · EX | QVORVM · VSVRIS · SEMIS-
SIBVS[4] | EDI · VOLO · QVODANNIS · SPECTAC · | PVGILVM · DIE · IIII ·
IDVVM · IVN | VSQVE · AT · ✱ · CCL · ET · EADEM · DIE | EX · ✱ · CC ·
OLEVM · IN · TERMS · PVBLIC[5] | POPVLO · PRAEBERI · E · LECTA[6] · PRAES |-
TARI · EA · CONDICIONE · VOLO · VT · | LIBERTI MEI · ITEM · LIBERTORVM · MEORVM |
LIBERTARVMQVE · LIBERTI · QVOS | HONOR[7] | SEVIRATVS · CONTIGE|RIT ·
AB · OMNIBVS · MV|NERIBVS · SEVIRATVS · EX|CVSATI · SINT · QVOT · SIQVIS |
EORVM · AT · MVNERA | VOCITVS · FVERIT | TVNC · EA · ✱ · VIIID · AT | REM ·
PVB · TARRAC · | TRANSFERRI · IVBEO | SVB · EADEM . FORMA | SPECTACV-
LORVM · QVOT | S · S · EST · EDENDORVM | TARRACONE | L · D · D · D

Barcinone. Corp. II, 4514 descr. Huebnerus summa cura, quae non vidit inclinatis do. — [1]) *C(enturio) leg(ionis) VII g(eminae) fel(icis) et (centurio) leg(ionis) XV Apollin(aris).* — [2]) *A Barc(inonensibus)* — [3]) *Qui r(ei)p(ublicae) Barc(inonensi) ita leg(avit): do lego darique volo (denariorum) septem millia quingentos cet.* — [4]) *Usurae semisses sunt 6%, re-*

ditus igitur annuus summae legatae est ✻ CCCCL. [5]) *Public(os).* [6]) TECTA *similiaque traduntur,* LECTA *i. e. lectos em. Huebnerus, collatis Ulp. fig. 32. 52. 9 Exc. gloss. apud Labb. p. 105 B. Idem observari iubet in titulo saeculi secundi exeuntis sermonem rusticum:* consecutus in honores, quos honor contigerit, vocitus, sub eadem forma, quot supra scriptum est *et scribendi rationem* atlectus, quot, at. [7]) *Huc usque antica, quae sequuntur leguntur in latere sinistro, postremus tantum versus* LOCO DATO *Decurionum* DECRETO *in antica subscriptus est verbo* HONOR.

---

310 D · M | M · HERENNI | PROTI · V · A · XXII | M · II · D · V · FECERVNT · PARENTES | M · HERENNIVS · AGRICOLA · ET | HERENNIA · LACENA · FILIO | Chirographum

Ollaria n(umero) IIII | cineraria n(umero) IIII[1] intrantibus par|te laeva, que sunt in monumento | T. Flavi Artemidori, quod est via | Salaria in agro Volusi Basilides | ientibus ab urbe parte sinistra do|nationis causa mancipio accepit | M. Herennius Agricola de T. Flavio | Artemidoro HS n(ummo) I libripende M. | Herennio Iusto, antestatus est Ti. | Iulium Erotem, inque vacuam | possessionem earum ollarum | et cinerariorum T. Flavius Arte|midorus Herennio Agricole ire | aut mittere ossaque inferre per|misit sacrumque quotiens face|re vellit Herennius Agricola | heredesve eius permisit, clavisve | eius monumenti potestatem factu|rum se dixit dolumque malum | huic rei abesse afuturumque | *esse.* Haec recte dari fieri praestari|que stipulatus est M. Herennius | Agricola, spepondit (*sic*) T. Flavius | Artemidorus. Act(um) XVIII k. Ianuar. | C. Calpurnio Flacco · L. Trebio | Germano cos[2]

Romae rep. nunc Londini. Orelli 4358. — [1]) *Ita Mur. 337, 5; idem p. 439, 1 ex exemplo anglico:* LIM, *Orelli* LIII. [2]) *Cos. suff. anni incerti sub Hadriano secundum Borghesium Oeuvres III p. 386.*

---

311 Monumentum quot est via triumphale | inter miliarium secundum et tertium | euntibus ab urbe parte laeva in clivo | Cinnae, et est in agro Aureli Primiani | , fictoris pontificum cc. vv.[1] et appella|tur Terentianorum, iuxta monumentum | Claudi, quondam Proculi et si qui ali atfine|s sunt et qua quemque tangit et populum | , Statia Irene, ius liberorum habens, M. Licinio | Timotheo donationis mancipationisque cau|sa HS n(ummo) I[2] mancipio dedit, libripende Claudio | Dativo, antestato Cornelio Victore, inque | vacuam[3] possessionem monumenti s(upra) s(cripti) cessit |,

et ad *id*[4] monumentum itum aditum ambitum aqu*ae*[5] haustum, coronare vesci, mortuum mort|uas mortuosve ossa inferre ut liceat. Quot | mihi, Licinnio Timotheo, tu, Statia Irene i(us) l(iberorum) h(abens) | , monumentum s(upra) s(criptum) HS n(ummo) I[3] mancipio dedisti | , de ea re dolum abesse afuturumque esse | a te, herede tuo et ab his omnibus, ad quos | ea res pertinebit, haec sic recte dari fie|ri praestarique stipulatus est Licinius Ti|motheus, spopondit Statia Irene i(us) l(iberorum) h(abens). Ac|tum pr. kal. Aug. Impp. dd. nn. Gallo Aug(usto) II | et Volusiano Aug. coss.[6] Isdem coss. eadem | die Statia Irene i(us) l(iberorum) h(abens) donationi monumenti | s(upra) s(cripti) sic, ut supra scriptum est, consensi, sub|scripsi .... et atsignavi. Actum.

Romae. Gruter 1081, 1 a Pighio (ex ms. Nic. Florentii). — [1]) *Clarissimorum virorum.* [2]) *Traditur:* L. [3]) IN · QVE | VACVA · CVAM. [4]) ADIO. [5]) ADQVE. [6]) *Imperatoribus dominis nostris ... consulibus; a. 252.*

---

312 Velius Fidus Iubentio Celso collegae suo salutem. Desideri(um) frater[1], Arrii Alphii Arriae Fadillae, domini n(ostri) Imp(eratoris) Antonini Aug. matris, liberti libellum tibi misi, cogniti mihi ex longo tempore primae iubentutis. Etiam miratus, cum ab aedibus essem, quot eo lo(co) se contulisset, a quo didici causas erequitionis (*sic*) set et religionis magnope(re) a domino n(ostro) Imp(eratore) impetrasse[2]. Ita ne qua mora videatur ei per nos[3] fieri, libellum subscriptum per eu(n)dem publicum sine mora mihi· remittas. Opto te salvon (*sic*) et fel*i*cem[4] es(se).

Exemplu(m) libelli dati[5].

Cum ante hos dies coiugem et filium amiserim et pressus necessitate corpora *e*orum[6] fictili sarcofago commendaverim, doniquies (*sic*)[7] locus, quem emeram, aedificaretur via Flaminia inter miliar(ios) II et III euntibus ab urbe parte laeva custodia monumenti Fla(viae) Thumel*es*[8] maesola*?*[9] M. S[*i*]li Orcili, rogo, domin(e), permittas mihi in eodem loco in marmoreo sarcofago, quem mihi modo comparavi, ea corpora colligere, ut cuandoue ego esse desier(o) pariter cum eis ponar.

*D*ecretum[10]: fieri placet. Iubentius Celsus promagister subscripsi III nonas No(v)emb(res) Antio Polione et Opimiano ko(n)s(ulibus) ordinaris, Severo et Sabiniano co(n)s(ulibus)[11].

Romae. Orelli 4370 corr. Henzenus. — [1]) *Quod collega pontifex, promagister tunc collegii, frater appellatur, non mirum;* desideri *vix pro nomine habendum sed blanda est compellatio ut Cic. ad fam. XIV, 2 fin. Catull. II, 5 legendumque desideri*(um), *ut infra magnope*(re), *lo*(co). [2]) *'Id est: Miratus, cum ab aedibus meis abessem, Alphium me persecutum ad eundem locum se contulisse, ab eo didici ipsum ob causam requietionis, sed et religionis magnopere a domino impetrare quid velle. Nam puto legendum* causa se requitionis, sc *autem positum esse, ubi requiritur* ipsum'. *Mommsenus.* [3]) *I. e. per collegium pontificum.* [4]) FEBCEM *in lapide.* [5]) *Litterae sunt Alphii ad Imperatorem, ut pontificem maximum, scriptae.* [6]) CORVM *in lap.* [7]) *Fortasse cum Orellio* donique is. [8]) THVMELFS *in lap. Unius monumenti custos interdum sepulcra quoque adiacentia custodienda suscepisse videtur, mercede sine dubio. Alphii igitur monumentum in agro positum erat, pertinente ad custodiam sepulcri Fl. Thymeles.* [9]) *Lapicida insculpserat* MAESOLA *neglegentia* O *in fine praetermisso, tum correxit punctisque ubi inserendum esset notavit.* [10]) FECRETVM *in lapide. Decretum factum est a collegio pontificum.* [11]) *Nota et ordinarios et suffectos consules a. 155 adferri quod perraro fit.*

---

313 T. Flavius Syntrophus, priusquam hortulos Epagathianos Daduc*hianos .... ianosque* | cum aedificio et vineis maceria clusis ita, ut instructi sunt, qui sunt via Labi*cana inter miliar. I et II* | euntibus ab urbe parte laeva ad viam, Aithalo liberto suo ma(n)cipio daret, test*atus est se in hanc cau*|cionem mancipare, ut infra scriptum est:

Si tibi hortos Epagathianos Dad*uchianos* .. *10* .. *ianosque* | q(uibus) d(e) a(gitur) q(ui) s(upra) s(cripti) s(unt) mancipio dedero vacuamque possessionem tradidero, tum per te no*n fieri factumve iri neque* | per heredem tuum eumve ad quem ea res q(ua) d(e) a(gitur) pertinet pertinebit, quominus ii ho*rti aedificiumve sit com*|mune tibi cum conlibertis tuis utriusque sexus, qui a me testamento codicillisv*e nominati erunt, cumque iis fru*|aris, parique portione inter eos reditum eius custodiatis ita, ut die parentali m*eo, item XI k. apr(iles)*[1] *die viola*|tionis, item XII k(alendas) Iunias die rosationis, item III k(alendas) Ianuar(ias) die natali meo, c*um mortuus ero, tum ut* | quisque vestrum vivet quive ex

vobis geniti erunt aut a quo vestrum quis ma*numissus erit, ad quem unum* | pluresve portio similiter huius loci aedificiive pertinebit, id ex formula su*pra scripta dividatis; et si quis* | ibi inhabitare voluerit ex communi omnium consensu maiorisve partis *eorum qui vivent id ei liceat;* | quae autem menbra aedificii vacabunt, in reditu sint ita ut, huic voluntat*i parentes, deducta summa* | impensae et quod ad tutelam aedifici opus erit, quod reliquom erit, inter v*os dividatis; et sic horti cum aedi*|ficis instrumentoque omni, quod die mortis meae ibi habuero, usui vestro *deserviant quam diu vivetis,* | quive ex vobis novissimus morietur, eodem modo testamento suo *caveat, ut q(ui) s(upra) s(cripti) s(unt) quive* | ex iis prognati erint aequaliter in famitiam nominis mei permanea*nt eodemque quo vos iure sint; et* | ab hac re promissioneque dolus malus cuius vestrum, de quibus agitur, *absit. Si adversus ea f(actum) erit, q(uanti) e(a) r(es) e(rit)* | tantam pecuniam dari et amplius poenae nomine HS L m(ilia) n(ummum). Stipulatu*s est T. Flavius Syntrophus* | spopondit T. Flavius Aithales libertus.

Tum hortulos cum aedificio e*t vineis maceria clusis ita ut* | empti sunt, et quae postea iis accesserunt mancipio accepit T. Flavius Aitha*les lib. de T. Flavio Syntropho HS n. I* |, libripende Ti. Claudio Phileto. Antestatus est T. Flavium Theopom*pum et in vacuam possessionem horto*|rum, q(ui) s(upra) s(cripti) s(unt), ex causa supra scripta ire aut mittere iussit T. Flavius Sy*ntrophus T. Flavium Aithalem lib(ertum), seque* | inde excessisse desisseque possidere[*que*] dixit, salva volu*ntate si qua post hunc diem* | hortis inferri consacrarive volueri*nt*. Aet(um) II . . . . *cos.*[2] | M. Clodi Saturnini, A. Cascelli Doryphori[3], T. Flavi Pii, T. St . . . ., *T. Flavi Theopompi antestati et* | Ti. Claudi Phile*ti libripendis.*

Romae extra portam Labicanam rep. Henzen 7321 ex exemplis Anonymi bibl. Vallicellianae et Castellinii, utroque optimo; frustulum extat hodie in mus. Vat., suppleverunt Huschkeius et Mommsenus. — [1]) *Supplementum diei incertum est, sumptum nimirum ex n. 320, ubi dies rosae quoque alius est (V. Id. Mai.)* [2]) *Sequuntur nomina testium.* [3]) AC · ASCELII · DORIPHORI *An. Vall., sed ita recte Cast.*

---

314 *Testamentum Dasumi* . . . .

1—12.

Quoniam est rectum praest*are* . . . . |

. . . . amicus rarissimus . . . . |
. . . *si se nomen* meum laturum *promiserit* . . . .
. . . . . | *mearum fortun*arum ex uncia *heres esto, eàmque nominis bonorumque hereditatem cernito in die|bus centum prox*imis, quibus scie*rit poteritque. Quodni ita creverit, tunc Septuma Secundina* | *matertera mea* pientissima, mihi *heres esto ex eadem parte. Si nec ea mihi heres erit, tunc* | . . . . filia Serviani[1] ex *eadem uncia mihi heres esto. Ex reliqua parte Ursus Ser|vianus*[2] *dominus* meus mihi heres *esto. Si Servianus mihi heres non erit, tunc* . . . . | *et* . . . . *m*ihi heredes sunto. *Si* . . . . *et* . . . . *mihi heredes non erunt, tunc Dasumia* | . . . . *m*ihi heres esto. Si Da*sumia mihi heres non erit, tunc* . . . . *et* . . . . *mi|hi heredes sunto,* iique cernunto *in diebus centum proximis, quibus scierint poteruntque. Si nec* | *eorum quisquam* creverit, tunc Sy*che nutrix b(ene) m(erita) ex eadem parte mihi heres* esto.

(12) 13—25.

Amicis meis | *bene merentibus* infra scriptis, qu*isquis mihi heres erit, eum rogo fideique eius committo* | *uti det singulis* auri p(ondo) libras: Iulio . . . . |
. . . . no, Volusio Iuliano . . . .
. . . . | . . . . . *Plinio* Secundo, Cornelio *Tacito*[3] . . . .
. . . . | . . . . Auspicato singulis
. . . . | . . . .
*M*inicio Iusto[4], Fabul . . . .
. . . . | . . . . Iunio Avito[5], Pont*io* Laeliano[6] . . . . .
. . . . | . . . . . . *Sem*pronio Crescenti, Iannario . . . . | . . . . . *Licinio* Nepoti[7], Tullio Varroni[8], Sat*rio Rufo*[9] (?) . . . .
. . . . | . . . . *Minicio* Anniano[10], Appuleio Nepoti, Re*mmio Martiali*[11] (?) . . . . | . . . .
ustio Acantho, Fabio Rustico[12] . . . . |
. . . . co, Agris Phoebo et Servato . . . .
. . . . | . . . . *V*alerio Hermeti, Otacilio Or . . .
. . . . |

26—34.

*Sempronio Pr*oculo[13] (?) iurisconsulto, Ateio M . . . .
. . . . | . . . . no, Cornelio Seni, Iulio Threp*to et* . . . . | . . . . . . *Apoll*odoro[14] adfini meo x·CXXV co*nferre volo* . . . . | . . . . .

*fidei*que eius eorumque comitto, ut . . . . | . . . . el consecrent Cordubae, Ita *ut* . . . . | . . . *sub inscri*ptione nominis mei consecren*tur* . . . . | . . . . opera supra scripta fiant eius *eorumque arbitratu* . . . . | . . . *fidei*que eius eorumque comit*to ut* . . . . | . . . . est.

34—38.

Dasumiae Syche nutric*i* . . . . | . . . . Venucum Ar|um piscatore*s*[15] . . . . | . . . . elegerit, praeter quam ae . . . . | . . . *argenti es*cari et potori ex meo quod *elegerit*, ... | . . . *chartam sive* philuram calculatoriam . . . . |

39—45.

. . . . et Sabinum notarium et My . . . . | . . . . *ra*tionibus redditis cum cont*ubernalibus suis liberos esse iubeo* | . . . . m cocum et Gammleum c . . . . | . . . . et Diadumenum notarium . . . . | . . . . mnem sumptuarium ration*ibus redditis cum contubernali liberum esse volo*, | *ita ut eam in m*atrimonio habeat, fidelem*que* . . . . | . . . . rculis pusillis componit u . . . . |

46—48.

Dasumio . . . . . . colono lib(erto) ж ∞, Dasumiae Sy*che nutrici bene meritae X* . . . . | . . . . *lib*(erto) ж ∞, Heliopaedi lib(erto) ж ∞, Ca . . . . | . . . . singulis ж ∞, Eurotae lib(erto) ж . . . . |

49—58.

. . . . . . *si E*ros vestiarius ratione*m actus sui heredi meo reddiderit, liber esto, item* . . . | . . . *paedag*ogus, ratione reddita, Pho*ebus* . . . . *et* . . . . *liberi sunto, prae*|*terquam si quem* ex his alio scripto liberum *esse vetuero. Quem enim ita vetuero, is neque* | *liber esto, ne*que vicensimae nomine ei *prove eo pub(licano) XX libertatis heres meus quidquam dato.* | *Ceteros omnes*, quos liberos esse iussi, eos *ex meo accipere volo, quod eo nomine pub(licano debe*|*bunt, fidei aut*em eorum committo, quis*quis mihi heres heredesve erunt, ut eam pecuniam sin*|*gulis dent tri*buant concedant

sine ulla *controversia: et cum primum quisque eorum liber fa|ctus fuerit hoc* amplius ж v: et hoc amplius . . . . | . . . . cum primum manumissa *fuerit* . . . . | . . . . arculam tha . cum ornato[16] . . . .

58—65.

Hoc amplius here|des mei praefati dent tribuant concedant *sine ulla controversia* . . . . | . . . . . . *Harmasto* Anatellonti libertis *in singulos annos, quandiu quis eorum vivet, ini|tio cuiusque anni* vestiari nomine singulis . . . *hoc amplius* . . . .| . . . . . . *Terpno* Achilli Heliopaedi lib*ertis initio cuiusque anni vestiari nomine sin|gulis in singulos* annos, quandiu quis *eorum vivet . . . hoc amplius* . . . . | *libertis, quandiu* quis eorum vivet, initio *cuiusque* . . . . | . . *ipsi danto, curantove* dare infra scriptis *conditionibus.*

65—85.

Hoc amplius heredes mei supra | *scripti lancem* auream meam maxima*m, quae* . . . . | . . . . . . *est* et Diadumenum cubicul*arium* . . . . | . . . . . *et* Stephanum dropacatore*m* . . . . | . . . . . . orem et Faustum sutorem *et* . . . . | *et . . . paria* mularum, quae elegerit cum *carruchis et mulionibus danto Septumae mater-te|rae meae pientis*simae. Hoc amplius Epaphroditum . . . . | . . . . tum medicum, Philocyrium . . . . | . . . *signa mea aurea* et argentea omnia et ima*gines argenteas eidem Septumae materterae dari* | *volo, et rogo pi*etatem tuam, ut cures in pub*lica eas porticu poni, quam Cordubae extrui iussi; si|gillaria vero,* quae ubique habeo, in amicos *fidelissimos, quos voles, conferas. Hoc amplius* | . . . . *dispensatorem*, rationibus . . . . | . . . . em et Eutychen, cubicul(o) maior*i praepositum* . . . . | . . *dari volo mat*erterae Septumae Secundin*ae. Hoc amplius, matertera carissima, commendo tibi* | . . . . *E*rotem, Meneeraten et Paede*rotem* . . . . *et rogo pietatem tuam*, | *ut in eodem* opere illos habeas donec viv*ent* . . . . | . . . . . *quoniam* nullo merito meo tam valde . . . . *Hoc amplius* | . . . . . . *reli*qua Septumae materterae meae *com-*

mendo, ... | . . . . . . *rebus* meis habuit, fideique eius n . . . . |
. . . . . *Hoc a*mplius Septumae materterae *meae* . . . .
. . . . | . . . . cursorem, Encolpium actorem . .
. . . .

85—102.

Praedium suburba|*num sestertium* sexagies, quod beneficio *Imp. Caesaris Traiani Augusti Germanici Dacici* | *consecutus sum*,[17] intra biennium, quam *mortuus ero libertis in alimenta dari volo. Fidei ita*|*que heredum* committo, uti praedium, in quo *corpus meum sepeliri volo, cum in eo*. . . . . *amicus* | *meus rarissimus* reliquias meas cond*iderit, exceptis locis religiosis et monimento* | *quo reliquiae* meae inlatae fuerint, cui*cunque sive testamento anteave libertatem dedi sive* | *codicillis de*dero, praeterquam Hymno pess*ime de me merito et ingrato erga patronum suum* | *cum pascuis sal*tibus silvis instructum m*ancipio dent, ita ne de nomine libertorum exeat neve* | *ii vendant, pig*nore dent, cedant, condonen*t, eius autem portio, qui ex his decesserit, reliquis* | *adcrescat, donec* in rerum natura esset unu*s eorum. Quodsi liberti libertaeque in rerum natu*|*ra omnes esse de*sierin*t, t*unc ad libertorum *meorum filios posterosque, donec esset unus eorum*, | *idem volo pert*inere*;* quodsi esse desierit, *tunc ad Serviani mei libertos posterosque eorum* | *pertineat. Cum* autem in tam multas partes *praedium praefatum distributum iri intelligam* | *nec possint om*nes universa possidere, rel*iquum* est, huic quoque *difficultati consulere. Ita*|*que Terpnum*, Achillen, Heliopaeden, Cymb*alistam curatores do et si quis ex his decesserit* | *tunc alium cur*atorem substitui curatori *defuncto reliquorum suffragio iubeo et ab his* | *curatoribus* alimenta omnia computar*i et reditus distribui libertis volo, qua re effe*|*ctum iri exis*timo, ut ab uno omnia percipi*ant omnes.*

102—114.

Hoc amplius heredes meos rogo fidei|*que omnium her*edum meorum committo, *maxime vero a tua, Serviane domine, erga me benevolen*|*tia peto, ne pati*aris post me quemquam il*lorum, quos sive testamento sive codicillis manumit*|*tes, aut etiam vet*erum libertorum tuorum poni *in monumento meo, aut quemquam ex meis libertis* | *praeter Encol*pu(m) et Harmastum et Anatel*lonta. Aditum autem ambitum et accessum in monumento* | *volo habere om*nes, quos sive ante testamen*tum sive testamento manumisi, praeterquam te*, | *Hymne, qui, quamvis* plurimum tibi praestitisse *me agnoveris*,

adeo tamen ingratus extitisti, ut | *propter ea, quae* a te passus sim aut timuer*im, etiam a tumulo meo removendum te statuerim.* | *Reliquias meas U*rsi Serviani domini mei et . . . . *amici rarissimi curae commendo,* | *capulum aute*m ferri volo per Serviani mei li*bertos. Per eundem amicum intra biennium post*|*quam de*f*un*ctus ero consummari in*choatum iubeo monumentum sumptuumque in eam rem facto*|*rum rationem e*um reddere volo Serviano m*eo et, quo notior sit voluntas mea, lapidi incidi testa*|*menti exemplu*m et poni ad latus monimen*ti mei.*

114—118.

Hoc amplius quisquis mihi heres heredesve | *erit eruntve e*um eosque rogo fideique eius *eorumque committo, ut quaecunque hoc testamento* | *cuiquam dedi le*gavi, ea vicensimis omnib*us modis liberent, ita ut eas aut solvant iudiciave* | *suscipiant eo* nomine, aut vicensimae *nomine cum publicano, qui id vectigal conductum habe*|*bit, aut pacis*cantur aut decidant, aut in *arbitrum compromittant.*

118—123.

Novissime, si quid co|*dicillis alio*ve quo ge*nere* scriptum *signatumque reliquero, valere volo quasi testamento* | *scriptum signatum*que reli*quissem.* Liturae, *inductiones, superinductiones, quae in eo* | *inveniuntur, ia*m testamenti faciundi et *signandi tempore factae sunt. Testamentum scriben*|*dum curavi per* Ventidium *Cam*panum, testa*mentarium, iuris studiosum* . . . . | . . . . *Romae, Ae*lio *Hadri*ano et Trebatio Pris*co cos.*[18] |

124—132[19].

. . . . t[20]. Do lego damnasq*ue esto quisquis mihi heres erit, dare* . . . . | *Imp. Caes. Traiano* Aug. Germanico *Dacico*[21] . . . . | . . . . . . *So*sio Senecioni[22] singu*lis* . . . . |
. . . . . *argen*ti p(ondo) v, Otacilio Or . . . .
. . . . | . . . . *to* medico HS X̅I̅ . . .
. . . . | . . . . S HS
C̅C̅C̅C̅ ex qu . . . . | *Anatellon*ti Eurota(e) li*bertis* . . . . |
*sine ulla alienati*one di*lexerunt* . . . .
. . . . | C · EX

Romae in duobus tab. marm. fragmentis, quorum alterum (rep. a. 1820) continet v. 1—58, alterum (rep. a. 1830) v. 59—132. In versibus omnibus initio desunt litterae fere 10—13, in fine 40—50. Suppleverunt Ambroschius Ann. Inst. arch. 1831 p. 388 et Rudorffius in Savignyi

Zeitschr. für gesch. Rechtsw. XII (1845) p. 301 sq. Nuper lapidis fragmenta contulit Mommsenus. — Testamentum proposui ut restitutum est a Rudorffio. Licet enim ipse optime sciam, permulta in supplementis eius dubia esse eodemque iure compluribus aliis modis expleri posse, multa etiam procul dubio falsa, tamen nec novam restitutionem tentare nec testamentum absque supplementis dare huius libri videbatur: praetermittere autem egregium monumentum nolui. Caute igitur hoc monumento utaris supplementisque diffidas ingeniosis omnibus, ut in tali auctore, certis paucis. — [1]) *Cf. de ea Plin. VI, 26; nupta erat Fusco Salinatori.* [2]) *Cf. Mommseni Index Epist. Plin. ed. Keil s. v. L. Iulius Ursus Servianus.* [3]) *Sunt notissimi auctores cf. Plin. ep. VII, 20. VIII, 7.* [4]) *Plin. ep. VII, 11, 4 (VII, 2?).* [5]) *Plin. VIII, 23 (II, 6?).* [6]) *Fortasse idem Pontius ad quem epistulas scripsit Plin. V, 14. VI, 28. VII, 4.* [7]) *Plin. V, 9. 13. IV, 29. VI, 5.* [8]) *Henzen 6497. 6622. Grut. 476, 5.* [9]) *Si recte restitutum est nomen, is est quem Plin. I, 5, 11. IX, 13, 17 commemorat.* [10]) *Gruter 1097, 4.* [11]) *Restituit ita Puggeus ex inscriptione Kellerm. vig. p. 27 n. 8, sed vix recte.* [12]) *Notus historiarum scriptor Tac. Agric. 10 Ann. XIII, 20. XIV, 2. XV, 61 (Plin. IX, 29?). Nomina sequentia libertorum videntur esse.* [13]) *Cf. de eo Rudorffium ad hunc locum.* [14]) *Architectum Damascenum notissimum putat Rudorffius.* [15]) *Praedium maritimum cum servis inventarioque toto legari nutrici putat Rud. servosque duos piscatores ideo nominari, quia familias urbanae adscripti fuerint; qua de re apte confert Dig. 33, 7, 27.* [16]) Arculam thal(amariam) cum ornatore *proponit Rud.* [17]) *Plin. Paneg. 50.* [18]) *Cos. suff. a. 109.* [19]) *Hoc fragmentum codicilli est postea a Dasumio testamento adiecti.* [20]) *Initio praescriptionem fuisse sensu hoc:* hi codicilli ad omnes heredes meos pertinent *vel simili Rud. existimat.* [21]) *De eo quod Imperatori legatur cf. Plin. Paneg. 43.* [22]) *Cf. Mommseni Ind. Plin. Ep. ed. Keil.*

---

315 1. . . . . *cellam quam* | [*a*]edificavi memoriae, perfici volo ad exemplar quod dedi ita ut exe|[*d*]ra sit eo [*loco*][1], in quo statua sedens ponatur marmorea ex lapide | quam optumo transmarino *vel*[2] aenea ex aere tabulari quam optumo | alta[3] ne minus p(edes) V. Lectica[4] fiat sub exedra et II subsellia ad | duo latera ex lapide transmarino. Stratui ibi sit quod sternatur | per eos dies, quibus cella memoriae aperietur, et[5] II lodices et cervi|calia duo par(ia) cenator(ia) et aboll*ae II et* tunica[6]. Araq(ue) ponatur ante | id aedific(ium) ex lapide

Lunensi quam optimo sculpta quam optume, | in qua ossa mea reponantur, c*la*udaturq(ue)[7] id uedific(ium) lapide Lu|uensi ita ut facile aperiri et denuo cludi possit. Coluturq(ue) id ue|dificium et ea pomaria et lacus arbitratu Philadelphi et Veri liber|torum meorum impensaq(ue) praestetur [*ad*] reficiendum restituend(um)[8], si quid | ex iis vitiatum corru[*p*]tumq(ue)[9] fuerit; coluturq(ue) a trib(us) topiaris et | discentib(us) eorum, et si quis[10] ex iis decesserit decesserintve subtru|[c]tusve erit, in vicem eius eorumve alius al*ive*[11] substituunt(ur); acci|piant*que*[12] singuli ex trib(us) tritici modios LX in unn(os) sing(ulos) et vesti|ar(i) nomine XXX. Aquila uutem nepos meus et h(eredes) eius haec prae|stare debeto debento III[13]. Scribanturq(ue) in uedificio extrinsecus | nomina mug(istratuum) quib(us) coeptum erit id uedificium et quot unnis vixero. Si | quis alius aliuve unquam in iis pomariis, quemadmodum eos | [*locos det*]er[*minavi*] . . . . . . ac umii . . . . indussl[14], combustus | sepultusve confossusve conditusve consitusve[15] [*erit*] propiusve iis po|m*a*ris uliquid adversus eu facturus fuerit quae s(upra) s(cripta) s(unt), id h(eres) | h(eredes)q(ue) mei d(umnas) [*d(amnates)*][16] esto sunto ea omnia ita fieri neq(ue) aliter fieri. Loco | autem huic lex haec in perpetum dicitur. Ne[17] quisquam post me do|minium potestatemve eorum locorum habeto nisi in hoc [*ut*] melius co|luntur[18] et conseruntur perficiunturq(ue). Aditum [*itum actum ad id aedificium* | *habeant quicumque*][19] ud id colen*dum*[20] pedib(us) et vehiculis et staticulis | [*adibunt* . . . . *Ubi vero quis*][21]

2. | combustus suffossusve monimentu*mve*[22] factum illatuve ossa propius *monimento* quid*ve*[23] quibus factum fuerit, *in* iis[24] pomariis et locis et s[*a*]eptis eorum que[*m*][25]|admodum supra scripsi, Sex. Iul(ius) Sex. Iuli Aquilini fil(ius) Aquila et h(eres) h(eredes)q(ue) eius, [*si*] | s(icut) s(upra) s(cripsi) ita factum non fuerit udversusve aliquit factum fuerit, uut non caver[*int*] | ub herede heredibusque suis, ut ita omnia serventur, quemadmodum s(upra) [*s(cripsi)*, *d(are) d(amnas)*][26] | d(amnates) e(sto) s(unto) *r(ei)* public(ae)[27] civitatis Ling(onum) HS n(ummum) c(entum) [*milia*][28]. Haec poena omnibus domini[*s*] | huius possessionis in perpetu*m*[29] inferatur. Omnes autem liberti mei et liber[*tae*], | quos et vivos et quos hoc testamento manumisi, stipem conferant | quot unnis singul[*i nummos sing(ulos)*. *Et*] Aquilu[30] nepos meus et [*h(eres) eius*] pr[*a*]estet[31] quot anni[*s n(ummos)* . . .] |

ex quibus edulia [*quisq(ue) sibi*][32] paret et potui, quod profan*etur*[33] infra ante ce[*l*]|lam memoriae quae est Litavicrari, et ibi consumant [*die natali meo*][34] | morenturque ibi donec eam summam consumant. Vicibus ex se cura|tores ad hoc officium nominent, qui id officium ann*uum*[35] habeant habe|antque potestatem exigendi hos nummos; mandoque hanc curam | Prisco, Phoebo, Philadelpho, [*V*]ero posteris[*q.*] eorum[36]; curateresque ita nom[*i*]|nati [*sacrificent*] quot annis[37] in ara quae s(upra) s(cripta) est kalendis Aprilibus Maiis Iu|niis Iuliis August(is) Octobri[*bus*][38]. Mando autem curam funeris mei exequia|rum et rerum omnium et aedificiorum[39] monumentorumque meorum Sex. | Iulio Aquilae nepoti meo et Macrino Regini f(ilio) et Sabino Dumnedor[*igis*] | f(ilio) et Prisco l(iberto) m(eo)[40] et procuratori, et eos rogo agant curam harum rerum | omnium, eorumq(ue) probatio sit earum rerum, quas iussi post mortem | meam fieri. Volo autem omne instrumentum meum quod ad ve|nandum et aucupandum paravi, mecum cremari cum lanceis gladei[*s*] | cultris retibus plagis laqueis thalamis[41] tabernaculis formidinibus | balnearibus lecticis sella gestatoria et omni medicament[*o et*] | instrumento illius studi, et navem liburnam[42] ex sc*irpo*[43], ita [*ut*] in|de nihil subtrahatur, et vestis polymit(ae) et pluma[*tae* . . . .][44], | quidquid[45] reliquero, et stellas omnes ex cornibus[46] alcinis . . . .

Caput testamenti in bibl. Basileensi in folio membranaceo saec. X scripto, a Guilelmo Wackernagel repertum, a Kiesslingio (Anecdota Basileensia 1863) editum. Ego textum et variam lectionem dedi fere qualis exhibetur ab Huebnero Ann. Inst. arch. 1864 p. 207. Testator Gallus est natione Lingo, qui cum ab Othone demum imperatore civitate donati sint (Tac. hist. 1, 79), testamentum post a. 69 conscriptum esse apparet; ipsi tamen saeculo primo videtur tribuendum esse. — Emendarunt et commentati sunt Kiesslingius, Huebnerus l. l. quibus sua addiderunt Henzenus, Mommsenus.

1) loco *suppl. M.* 2) ubi *ms.* item *K.* ibi *M.* sive *H.* 3) altam *ms.* 4) legtica *ms.* 5) et *ante* II lodices *delet M.* 6) & abollet, II tunica *ms.* et abollae II et II tunicae *K.* et abollae II cum tunica *M.* et abollae II et tunica *H.* 7) cl. udaturq., *olim* claudaturq. *ms.* 8) p̄estetur reficientiū restituend *ms.; em. K.* 9) corrutumq. *ms.* 10) si quid *ms.; em. K.* 11) aliove *ms.* 12) accipiantve *ms.* 13) *olim* IIII, *sed ultima hasta erasa.* 14) eri ac umii indussj *ms.* [*extr*]a cum i[*pse quem*] indu*xi vel* eos | [*hortos det*]er[*minavi et l*]acum [*margine*] in[*cl*]*ussi M.* quemadmodum eos |

[*locos coli cons*]cri [*perfici*] a[*dit*]um [*ad eos fieri i*]ussi *H.* 15) consitusve *delent K* ct *H.* crit *excidit in ms.* 16) d(amnates) *suppl. M.* 17) neq. *ms.* ne *K.* 18) nisi in hoc melius colantur *ms.* ut *suppl. K. lacunam statuit H.* 19) *suppl. K.* 20) colentiū *ms.* 21) *suppl. M.* 22) monimentive *ms.* 23) imponi queant quibus *ms.*, *em. Mommsenus.* 24) iis *ms.* in iis *M.* 25) septis eorūque *ms. em. M.* 26) *suppl. M.* 27) desit public. *ms. em. M.* 28) ling̃. HS · N · C *ms. em. K.* 29) pp&ua *ms. em. K.* 30) singul aquila *ms.* 31) nepos meus & prestet *ms.* 32) *lacunam suppl. M.* 33) pfane itur *ms.* 34) *ita lacunam suppl. K.* accepta *M.* 35) annua *corr. ex* annui *ms.* 36) Philadelpho ero posteris eoru *K. legit dubitans in codice, eidem Philadelphus et Verus commemorantur part. I v. 11, ubi dicuntur* 'liberti mei'. 37) curatores qui nom | nati qui quotannis *ms.*; *recepi emendationem Kiesslingi quamvis incertam, ipse praeter* sacrificent *etiam* rosas ponant *vel* escas ponant *proposuit.* 38) Septembr(ibus) *excidit.* octobris *ms.* 39) aedificiorum *corr. ex* edificiorum *alia manu.* 40) pristol. m. *ms.* 41) thalamis *suppl. in margine eadem manus, sed recte Hercherus collatô Mart. 14, 218* calamis *scil.* aucupatoriis *videtur emendare.* 42) liburnā *corr. ex* libornā *ms.* 43) & scurfo *ms.* ex scirpo *K.* 44) & plumari quod *ms.* quod *delet M.* pluma[*tae*] *K.* 45) quicquid *ms.* 46) & cornibus *ms.*

Collegia funeraticia, columbaria similiaque.

316. 317 . . . *HORAtius* . . *f. BALBus* | *MVNICIPIBVS suEIS* · *INCOLEISQ* | *LOCA* · *SEPVLTVRAE* · *D* · *S* · P · DAT | *EXTRA* · *AVCTORATEIS* · ET | *QVEI* · *SIBEI* · *LAQV*EO · MANVS | *ATTVLISSENT*[1] · ET · QVEI | *QVAESTVM* · SPVRCVM | *PROFESSI* · *ES*SENT · SINGVLEIS | *IN* · *FRONT*E · P · X · IN · AGRVM · P · X | *INTER* · *PO*NTEM · SAPIS · ET · TITV|*LVM* · *S*VPERIOREM · QVI · EST · IN | *FINE* · *F*VNDI · FANGONIANI | *IN* · *QVIB*VS · LOCEIS · NEMO · HVMA|*TVS* · ERIT · QVI · VOLET · SIBEI | *FV*VOVS · MONVMENTVM · FACI | ET · IN · QVIBVS · LOCEIS · HV|MATI · ERVNT · EI · D · T[2] · QVEI | *H*VMATVS · ERIT · POSTEREIS | *QV*E · EIVS · MONVMENTVM | *FIER*I · LICEBIT |

Sassinae. Corp. I, 1418 (Or. 4404) paene integram descripserunt Marcanova et auctor exemplorum Piccarti et cod. Rediani. Quae hodie extant misit Rocchi Pisaurensis. — 1) *Nimirum qui suspendio se necasset apud Romanos infamis erat (cf. Mommsenum de coll. et sodal. p. 100 n. 11), mors voluntaria omnino haudquaquam.* 2) *d(um) t(axat).*

318 Locus sive is ager | est qui est via Appia inter | milliarium secundum et III | euntibus ab Romae parte dexteriori | in agro Curtiano Talarchiano in | praedis Iuliaes Monimes et sociorum | locus in quo aedificata est schola sub por(ticu) consacrata Silvano et collegio eius sodalic(io) | mancipio acceperunt immunes et curator | et pleps universa collegi eius de Iulia Monime | et socis eius sestertio nummo uno donationis | causa, tutore C. Memmio Orione Iuliaes Monimes, | et ad eum locum itum actum aditum ambitum | sacrificia facere vesci epulari ita liceat | quandiu is collegius steterit; quod si aliter | factum fuerit, quod ad collegium pertinet | *S*ilvani is locus sacratus restituetur | . . . . . . pi sine ulla controversia haec | . . . . . . ici . . . . i . . . . . sunt

Romae extra portam Capenam. Orelli 4947 sec. Amadutium.

---

319 L. [*Ceionio*] Commodo Sex. Vetuleno Civica Pompeiano cos[1] a. d. V Idus Iún. |
[*Lanuvi in municipio in t*]emplo Antinoí, in quo L. Caesennius Rúfus | [*dict. III et patronu*]s municipí conventum haberí iusserat per L. Pompeium | . . . . um. $\overline{qq}$. cultorum Dianae [*e*]t Antinoí, pollicitus est se | [*in annum d*]aturum eis ex liberalitate sua HS XV m. n. úsum, die | [*natali*]s Dianae Idib. Aug. HS CCCC n. et die natalis Antinoí v k. | [*Decemb.*] HS CCCC n. et praecepit legem ab ipsis constitutam sub tetra[*stylo A*]ntinoí parte interiorí perscribí in verba infra scripta|: [*M. Antonio Hiber*]o P. Mummio Sisenna cos.[2] K. Ian. collegium salutare Dianae | et Antinoí constitutum, L. Caesennio L. f. Quir. Rufo dict. III idemq. patr. |

Kaput ex s(enatus) c(onsulto) p(opuli) R(omani)

Quib[*us coire co*]nvenire collegiumq. habere liceat. Quí stipem menstruam conferre vo|len[*t in fune*]ra, in it collegium coeant, neq. sub specie eius collegí nisi semel in men|se c[*oeant con*]ferendi causa, unde defuncti sepeliantur. |
[*Quod fa*]ust[*um fe*]lix salutareq. sit Imp. Caesari Traiano Hadriano Aug. totiusque | [*do*]mus Au[*gust.*] nobis [*n*]ostrís collegioq. nostro; et bene atque industrie contraxerimus, ut | [*e*]xitus [*defu*]nctorum honeste prosequamur. itaq. bene conferendo universí consentire | debemus, u[*t long*]o tempore inveterescere possimus. 7 tu qui novos in hoc collegio | intrare vole[*s, p*]rius legem perlege et sic intra, ne postmodum queraris aut heredi tuo | controversiam relinquas.

Lex collegi. |

[*Placu*]it universis, ut quisquis in hoc collegium intrare voluerit, dabit kapitulari nomine | HS C n(ummum) et v[*ini*] boni amphoram; item in menses sing(ulos) a(sses) V. 7 item placuit, ut quisquis mensib. | contin[*uis*] .... non pariaverit et ei humanitus acciderit, eius ratio funeris non habebitur, | etiamsi [*test*]amentum factum habuerit. 7 item placuit, quisquis ex hoc corpo|re n(ostro) pariat[*us*] decesserit, eum sequentur ex arca HS CCC n., ex qua summa decedent exe|quiari nomine HS L n., qui ad rogus dividentur. exequiae autem pedibus fuugentur. | Item placuit, quisquis a municipio ultra milliar. XX decesserit et nuntiatum fuerit, eo exire debebunt | electi ex corpore n. homines tres, qui funeris eius curam agent et rationem populo reddere debebunt | sine dolo m[*al*]o; et si quit in eis fraudis causa inventum fuerit, eis multa esto quadruplum. quibus | [*funeraticium*] eius dabitur; hoc amplius viatici nomine ultro citro sing. HS · XX n. quod si longius | [*a municipio su*]pra mill. XX decesserit et nuntiari non potuerit, tum si qui eum funeraverit, testa|[*ta re tabul*]is[3] signatis sigillis civium Romanor VII e[*t*] probata causa, funeraticium eius, sa|[*tis dato*] ab e]is neminem petiturum, deductis commodis et exequiario, e lege colegi (*sic*) dari|[*sibi petito*]

[*A co*]llegio dolus malus abesto neque patrono neque patronae neque d[*omino*] | neque d[*o*]minae neque creditori ex hoc collegio ulla petitio esto, nisi siquis testamento here[*s*] | nomina[*tus e*]rit. si quis intestatus decesserit, is arbitrio quinq(uennalis) et populi funerabitur. |

Item placuit, quisquis ex hoc collegio servus defunctus fuerit, et corpus eius a domino dominav[*e*] | iniquitatae (*sic*) sepulturae datum non fuerit neque tabellas fecerit, ei fuuus imag[*ina*]|rium fiet 7 item placuit, quisquis ex quacumque causa mortem sibi adsciveri[*t*], | eius ratio funeris non habebitur. |

Item placuit, ut quisquis servus ex hoc collegio liber factus fuerit, is dare debebit vin[*i bo*]ni amphoram. 7 item placuit, quisquis magister suo anno erit ex ordine a[*lbi*] | ad cenam faciendam, et non observaverit neque fecerit, is arcae inferet HS XXX n. et | insequens eius dare debebit et is eius loco restituere debebit. |

Ordo cenarum. VIII Id. Mar. natali Caesenni ....., patris. V k.

Dec. nat. Ant[*inoi*]. | Idib. Aug. natalí Dianae et collegí XIII k. Sept. na[*t. Caese*]nní Silvaní fratris. pr. N[*on* . . | natalí Corneliae Proculae matris. XIX k. Ian. n[*at. Caes*]enní Rufí patr(oni) muui[*cipii*].

Magistrí cenarum ex ordine albi factí q[*u*]o ordine homines quaterni[4] ponere debeb[*unt*]: | víní boní amphoras siugulas, et panes a(ssium) II qui numerus collegí fuerit, et sardas | [*nu*]mero quattuor, strationem, caldam cum ministerio. |

Item placuit, ut quisquis quinquennalis in hoc collegio factus fuerit, is a sigillís eius temporis, | quo quinqnennalis erit, immuuis esse debebit, et ei ex omnibus divisionibus partes dupl[*as*] | dari. ítem scríbae et viatorí a sigillís vacantibus partes ex omní divisione sesquip[*las*] dari placuit. |

Item placuit, ut quisqúis quinqnenualitatem gesserit integre, ei ob honorem partes se[*squi*]plas ex omní re dari, ut et reliquí recte faciendo ídem sperent. |

Item placnit, sí quis quid querí aut referre volet, in conventu referant, ut quietí e[*t*] | hilares diebus sollemnibus epulemur. |

Item placuit, ut quisqnis seditionis causa de loco in alium locum transierit, eí multa es|to HS IIII n. 7 síquis autem iu obbrobrium (*sic*) alter alterius díxerit, aut tu[*mul*]tuatus fuerit, ei multa esto HS XII n. 7 si quis quinquennalí inter epul[*as*] | obbrobrium aut quid contumeliose díxerit, eí multa esto HS XX n |

Item placuit, nt quinquennalis suí cuiusque temporis diebus sollemn[*ibus ture*] | et víno supplicet et ceterís officiis albatus fungatur, et die[*bus natalibus*] | Dianae et Antinoí oleum collegio iu baliuio (*sic*) publico po[*nat antequam*] epuleutur.

Lanuvii (città-Lavigna) rep. in tab. marmorea. Mommsen, de coll. et sodalic. in tab., corr. Henzenus n. 6086 qui vidit cum Mommseno. Confer omnino Mommseni ad hanc tabulam commentarium. — [1]) *A. 136.* [2]) *A. 133.* [3]) *In lapide* . . . IIS *legi videtur; testimonii*S *Henzenus dubitans.* [4]) *Immo* quaternos.

---

320 Lex collegi Aesculapi et Hygiae |

Salvia C. f. Marcellina ob memoriam Fl(avii) Apolloni proc. Aug. qui fuit a pinacothecis et Capitonis Aug(usti) l(iberti) adiutor(is) | eius, mariti sui optimi piissimi donum dedit collegio Aesculapi et Hygiae locum aediculae cum pergula et signum marmoreum Aesculapi et solarium tectum iunctum, in | qno

populus collegi s(upra) s(cripti) epuletur, quod est via Appia ad Martis intra milliarium I et II ab urbe euntibus parte laeva inter adfines Vibium Calocaerum et populum[1]. Item | eadem Marcellina collegio s(upra) s(cripto) dedit donavitque HS L m(ilia) n(ummum) hominibus n(umero) LX sub hac condicione, ut ne plures adlegantur, quam numerus s(upra) s(criptus) et ut in locum | defunctorum loca veniant et liberi adlegantur, vel si quis locum suum legare volet filio vel fratri vel liberto dumtaxat, ut inferat arkae n(ostrae) partem | dimidiam funeratici, et ne eam pecuniam s(upra) s(criptam) velint in alios usus convertere, sed ut ex usuris eius summae diebus infra scriptis locum confrequentare, | ex reditu eius summae si quod comparaverint sportulas hominib(us) n(umero) LX ex decreto universorum quod gestum est in templo divorum in aede divi Titi | conventu pleno, qui dies fuit V id(us) Mart(ias) Bruttio Praesente et Iunio Rufino co(n)s(ulibus)[2], uti XIII k(alendas) Oct(obres) die felicissimo n(atali) Antonini Pii n(ostri) Pii[4] p(atris) p(atriae) sportulas dividerent[3]: in | templo Divorum in aede divi Titi C. Ofilio Hermeti q(uin)q(uennali) p(er)p(etuo) vel qui tunc erit ✱ III, Aelio Zenoni patri collegi ✱ III, Salviae Marcellinae matri collegi ✱ III, imm(unibus) | sing(ulis) ✱ II, cur(atoribus) sing(ulis) ✱ II, populo sing(ulis) ✱ I. Item pl(acuit) pr(idie) non(as) Nov(embres) n(atali) collegi dividerent ex reditu s(upra) s(cripto) ad Martis in scholam n(ostram)[5] praesentibus q(uin)q(uennali) ✱ VI, patri collegi ✱ VI, | matri collegi ✱ VI, imm(unibus) sing(ulis) ✱ IIII, cur(atoribus) sing(ulis) ✱ IIII[6], panes IIII; vinum mensuras q(uin)q(uennali) s(extariorum) VIIII, patr(i) coll(egii) s(extariorum) VIIII, imm(unibus) sing(ulis) s(extariorum) VI, cur(atoribus) sing(ulis) s(extariorum) VI, populo sing(ulis) s(extariorum) III. Item pr(idie) non(as) Ian(uarias) | strenuas (*sic*) dividerent sicut s(upra) s(criptum) est XIII k. Oct(obres). Item VIII k(alendas) Mart(ias) die karae cognationis ad Martis eodem loco dividerent sportulas pane et vinum sicut s(upra) s(criptum) est | prid(ie) non(as) Nov(embres). Item pr(idie) id(us) Mart(ias) eodem loco cenam, quam Ofilius Hermes q(uin)q(uennalis) omnibus annis daudam praesentibus promisit vel sportulas sicut solitus est dare. Item | XI k(alendas) Apr(iles) die violari eodem loco praesentibus dividerentur sportulae vinu (*sic*) et pane sicut diebus s(upra) s(criptis). | Item V id(us) Mai(as) die rosae eodem loco praesentib(us) dividerentur | sportulae vinu et pane sicut diebus s(upra) s(crip-

tis) ea condicione, qua in conventu placnit universis, ut diebns s(upra) s(criptis) ii qni ad epulandum non convenissent, sportulae et pane et vinu | eorum venirent et praesentibus divideretur, excepto eorum qui trans mare erunt vel qui perpetua valetndine detinetur. Item P. Aelius Aug. lib. Zenon | eidem collegio s(upra) s(cripto) ob memoriam M. Ulpi Aug. lib. Capitonis fratris sni piissimi dedit donavitqne HS X m(ilia) n(ummnm), ut ex reditu eins summae in | contributione sportularum divideretnr. Quod si ea pecnnia omnis qnae s(upra) s(cripta) est, quam dedit donavit collegio s(upra) s(cripto) | Salvia C. f. Marcellina et P. Aelius Ang. lib. Zeno, in alios usus convertere volnerint, qnam in eos usus, qni s(npra) s(cripti) s(unt), qnos ordo collegi n(ostri) decrevit et nti | haec omnia, quae s(upra) s(cripta) s(unt) suis diebus ut ita fiant dividantque, qnod si adversus ea qnid egerint sive quid ita non fecerint, tunc q(uin)q(uennalis) vel curatores | eiusdem collegi qni tunc erunt, si adversus ea quid fecerint, q(uin)q(uennalis) et cnratores s(npra) s(cripti) uti poenae nomine arkae n(ostrae) inferant HS XX m(ilia) n(ummum). |

Hoc decretum ordini n(ostro) placuit in conventu pleno, quod gestum est in templo Divorum in aede Divi Titi V id(us) Mart(ias) G. Bruttio | Praesente A. Iunio Rufino cos., q(uin)q(uennali) C. Ofilio Hermete, curatorib(us) P. Ael(io) Ang(usti) lib(erto) Onesimo et C. Salvio Seleuco.

Romae. Orelli 2417. sec. Sponium et Fabrettium. — [1]) *I. e. agrum publicum.* [2]) *Ita construe:* Marcellina — donavit — sub hac condicione: (primum) ut — — adlegantur, vel si quis legare volet — inferat arkae — —; (deinde) ne eam pecuniam — — — convertere, sed — — confreqnentare velint, ut ex reditu eius summae — — sportulas — — dividerent. sportulas *vocabulum nimio spatio ab* dividerent *verbo diremptum denuo ponitur.* [3]) *A. 153.* [4]) *Alterum Pii delendum.* [5]) *Ita vocatur aedicula a Marcellina donata, sita quippe ad Martis.* [6]) *Excidisse videtur:* populo sing. X II.

---

321 1) Descriptum et recognitum | factum ex libello qui propo|situs erat Alb(urno) Maiori ad stationem Resculi in quo scrip|tum erat id, quot i(nfra) s(criptum) est:

Artemidorus Apolloni magister | collegi Iovis Cerneni et Valerius | Niconis et Offas Menofili questo|res collegi eiusdem | posito hoc libello publice testantur | ex collegis[1] s(upra) s(criptis) ubi erant homin(es)[2] LIIII | ex eis non plus remasisse (*sic*) Albur(ni)[3] quam quot homin(es)[4] XVII

2) Iulium Iuli, quoque commagistrum suum | ex die magisteri sui non accessisse ad Alburnum neq(ue) | in collegio, seque eis qui pre|sentes fuerunt ratio|nem reddedisse (*sic*), et si quit eorum abuerat (*sic*) redde|disset (*sic*) sive funeribus, et cautionem suam in qua eis caverat recepisset, modoque autem neque fu|neraticis sufficerent neque loculum aberet neq(ue)[5] | quisquam ta[m magno tempore diebus qui]bus[6] legi (sic) | continetur convenire volnerint aut confer|re funeraticia sive munera, | seque idcirco per hunc libellum publice testantur, ut si quis | defunctus fuerit, ne putet se collegium abere aut ab eis aliquem petitionem funeris abiturum. | Propositus Al-b(urno) Maiori v Idus Febr(narias) Imp. L. Aur. Ver(o) III et | Quadrato c(o)s[7]. Act(um) Alb(urno) Maiori.

In tabula priore a latere inscriptionis sigilla erant septem testium adiunctis hisce nominibus: L. Vasidi Victo|ris | C. Secundini Leg . . . | Stertini Rustici | Aelii La . . . . | Geldonis | Stat . . . . | Atilii . . . . Slacis(?) | Co . . . . inus.

Tabulae ligneae in modum diptychorum coniunctae et cera illitae rep. in fodinis Dacicis Toroczkoiensibus prope vicum Aprudbanya sitis a. 1807. Quae hic proposita sunt, omissis testium nominibus et mutato versuum ordine in interna parte itidem leguntur, ubi quae varie scripta sunt, adnotabuntur. Henzen 6087. — 1) COLLEGIO *supra scripto in parte interna.* 2) HOM *ibid.* 3) AD ALB *ibid.* 4) H *ibid.* 5) NEQVE *ibid.* 6) *Verba uncis inclusa in parte exteriore vetustate corrupta iam non leguntur.* 7) *A. 167.*

---

322 LOCA | SEPVLTVRAE | CVLTORVM | HERCVLIS | VICTORIS | IN · FVNDO | DOMITIANO | IN · FR · P · C · XX | IN · AGR · P · L · V | M · M · ANIMISII | PRISCVS | PRISCIANVS[1] | DONAVERVNT

Aquini. I. Neap. 4314 descr. Brunnius. — 1) *I. e. duo Marci Animisii Priscus et Priscianus.*

---

323 V F[1] | CVLTORES · HERCVLIS | SOMNIALIS · DECVRIA · I | DIS · MANIBVS | SIBI · ET · POSTERISQVE · SVIS | II · QVI · INFRA · SCRIPTI · SVNT *sequuntur hominum ingenuorum libertorumque nomina XXII, sed tabula infra fracta est.*

Cascinae prope Pisas rep. Gori Inscr. Etrur. I p. 291, 14 (Orelli 2405) qui descr. — 1) *V(ivi) f(ecerunt).*

---

324 D · M | TVTILIAE · LAVDICAE | CVLTRICES COLLEGI | FVLGINIAE

Fulginii. Orelli 2409 cont. Mommsenus.

325 HOC . MONIMENTVM | APPARITORVM · PRAECONVM | AEDILIVM · VETERVM[1] | VICARIVM · EST | ET · POSTERISQVE · EORVM

Romae. Marini Atti p. 675 qui descr. (Orell. 3202). — [1]) *Confert Marinius* operas veteres a scaena (*Fabr. c. IX n. 505*), scabillarios veteres a scaena (*ibid. c. V n. 263*), officialem veterem a memoria (*Murat. t. IV app. p. 5 n. 3*).

---

326 SOCIARVM | MIMARVM | IN FR P XV | IN AGR P XII

Romae in via Latina. Monum. Inst. arch. 1856 p. 10 descr. Rossius.

---

327 SOCIORVM | CORONARIO | IN F · P · XIIX | IN AGR · P · XII

Romae prope columbarium maius Campanianum. Monum. Inst. arch. 1856 p. 9 descr. Henzenus.

---

328 VST · SACCA[1] | IN · FR · P · XII | IN · AGR · P · XIA (*sic*)

Romae prope praecedentem. Monum. Inst. arch. 1856 p. 9 descr. Henzenus. — [1]) *Ust(rina) sacca(riorum).*

---

329 D · M | COLLEGIVS (*sic*) · A|QVARIORVM | SEX · PEDVCEO | FACETO | SODALES · POS

Venusiae. I. Neap. 744 sec. Cimagliam (Henz. 7186).

---

330 LOC · SEP · DON | C · VALGIVS · FVSCVS · CON|LEGIO · IVMENTARIOR | PORTAE · GALLICAE | POSTERISQVE · EOR · OMNIVM | ET · VXORIBVS · CONCVBINISQV

Foro Sempronii. Orelli 4093 corr. Henzenus.

---

331 C · VAL · C · F · CLA'DI | SECVNDO ÆM · N[1] | VE · LEG · II · ADI · N · L | H · S · E · COLL · FABR | E CENTO · POS

Aquinci (Waitzen). Corp. III, 3569 descr. Mommsenus. — Legendum: C. Val(erio) C. f. Claudi(a) Secundo Aem. n(ato) vet(erano) leg(ionis) II adi(utricis) an(norum) L. H(ic) s(itus) e(st). Coll(egium) fabr(um) et cento(nariorum) pos(uit). — [1]) *Adnotat Mommsenus: 'Cogitavi de* AEMONA; *sed in re praesenti quaerens* o *litteram non inveni neque* Aemona *scribitur, sed* Emona *vel* Hemona'.

---

332 D · M | C · IVL · FILETIONIS · DOMO | AFRICA · MEDICO · QVI · VI|XIT · ANN · XXXV · C · IVL · FILET|VS · ET · IVL · EVTHENIA · PARENTES | FILIO · KARISSIMO · F · C[1] | E · IVL · ATENODORO · FRATRI . EIVS | QVI · VIXIT · ANN · XXXV · EVTHE|NIA IS AD QVEM SEPVLTVRA | COLL CENT X C C C CONTVLIT[2]

Aquinci (Waitzen). Corp. III, 3583 ad exempla antiqua. — [1]) *F(aciundum) c(uraverunt). Huc usque primum inscriptio pertinuit, post fratris mortem quae sequuntur adiecta sunt.* [2]) *Intellege: Euthenia (posuit). Is (hic situs est) ad (cuius) sepultura(m) coll(egium) cent(onariorum) denarios CCC contulit.*

Columbaria.

Ipsi mihi cum Romam quaeque ibi extant complura huius generis sepulcra fere integra videre nondum licuerit, descriptio eorum brevis, quae ad intellegendas inscriptiones sequentes necessaria videatur, secundum ea mihi temptanda est, quae in describendis diversis huius generis monumentis a viris doctis adferuntur, inprimis a Fabrettio (Inscr. antiq. quae in aedibus paternis adservantur explicatio. Romae 1702), a Gorio (Columbarium Liviae Augustae. Florentiae 1727), ab Ottone Iahn (Specimen epigraphicum. Kiliae 1844), a Guilelmo Henzen (Monum. Inst. archaeol. 1856 p. 9 sq.).

Columbarium et domus est, in qua habitant columbae et loculamentum in ipsa domo singulis columbarum paribus destinatum (cf. Forcellinium s. v.). Inde ex similitudine *columbarium* sepulcrorum genus quoddam appellatum est, in quo maior defunctorum numerus condebatur et ipsa aedes et loculi singuli ad ollas cinerarias adservandas destinati (n. 355. 364). Ita enim constructa sunt haec aedificia ut intus per parietes currant loculorum aequaliter distributorum atque in ipsum murum inmissorum complures ordines (*gradus* n. 343 vel *lineae* n. 346 dicti), alius super alium, in quibus repositae inveniuntur ollae fictiles continentes mortuorum cineres. Formae plerumque haec aedificia sunt quadratae vel certe rectangularis, nec tota altitudine super solum prominent sed fere dimidia, eadem enim fere altitudine, qua supra conspiciuntur, infra quoque effossa humo excisoque topho subiacente constructa esse solent. Aditur pars interior ianua satis angusta, scalaque haud latiore, dextro sinistrove parieti applicata, gradibus altis ad pavimentum, musivo opere plerumque ornatum, descenditur. Lumen accipit fenestris parvulis. Numerus loculorum sive columbariorum diversus est pro magnitudine monumenti; sunt enim huius generis aedificia quae plus mille ollas capiant, sunt quae multo pauciores. Singula columbaria partim arcuatae partim quadratae sunt structurae neque eiusdem omnia amplitudinis; longe pleraque enim binas ollas continent, inveniuntur tamen et maiora, quae quaternarum et artiora quae singularum tantum capacia sunt, illa in mediis praesertim parietibus, haec in angulis. Ollae fictiles, in

quibus mortuorum reliquiae condebantur, calcis glutino in muro ita infixae et inclusae sunt, ut exceptis operculis dimoveri aliove transferri non possint; interdum tamen, duobus ollis possessori non sufficientibus, etiam super iis tertia posita est nullo modo adfixa. Praeterea in his monumentis haud raro *aediculae*, quas dicunt, inveniuntur, quae, ceteris loculis et maiores et ornatiores, singulis columellis ab utroque latere insignitae, aedium formam indicant; in his lapideae urnae et arcae elegantiores anaglyphisque variis ornatae poni solebant neque eae infixae muro sed ita ut et amoveri et totae conspici possent; interdum tamen in his quoque ollae occurrunt muro immissae solitae formae. Superpositae singulis columbariis aut sub iis locatae tabulae marmoreae sunt, adfixae clavis aeneis ferreisve quorum vestigia et foramina in extremis tabulis saepe conspiciuntur, vel aenea recurva lammina transversim comprehensae cum superiore tum inferiore parte, exhibentes titulos sepulcrales eorum, quorum reliquiae in loculis illis adservantur. Itaque cum plerumque in binis ollis singulorum columbariorum bini homines conditi sint, tabulae quoque illae plerumque binas inscriptiones habent, modo alteram super alteram, modo in dextra tabulae parte alteram, alteram in sinistra. Quare ubi tabulae columbariorum duas ollas continentium altera tantum parte vel dextra vel laeva inscripta sunt, patet, ea quidem parte, qua legitur titulus, ollam cineribus mortui refertam esse, alteram vero esse *virginem* i. e. vacuam, etsi hic quoque accidit, ut unus tantum titulus cum duabus ollis plenis inveniatur. Interdum inscriptio consilio deleta est aliave in rasura reposita id quod ex venditione, donatione, commercio omnino columbariorum quod frequens fiebat, facile explicatur, raro sine dubio sacrilegae manui debetur. Sub pavimento excavabantur haud raro sepulcra subterranea, *hypogaea* dicta, sarcophagos hominum humatorum, non crematorum, continentia; super pavimento quoque sarcophagi arcae urnae arae elegantiores defunctorum ossibus repleta titulisque sepulcralibus ornata ponebantur.

Condebantur autem in his columbariis inferioris generis homines, servi, liberti, ingenui tenuiores: servis libertis posterisque eorum donabatur tale monumentum interdum a patrono, longe plurima tamen columbaria a societatibus collegiisque aedificata sunt. Etenim homines pauperiores, cum suis quisque sumptibus monumentum satis honestum sibi comparare non possent, in societates collegiaque coire solitos esse, ut pecunia conlata splendidiora sepulcra sibi compararent, tituli supra relati satis ostendunt. Animadvertendum vero videtur, cum collegia funeraticia locaque sepulturae communia in omnibus imperii Romani partibus saepe occurrant, hanc columbariorum formam

extra urbem perraro commemorari, inveniri, quod sciam, nusquam; id quod inde facile explicari existimo, quod in reliqua Italia et in provinciis ager tanti pretii non esset, quanti Romae circaque urbem Romam; quamobrem Romae homines aedificia satis alta exstruebant, quae multa sepulcra capere possent, extra Romam plerumque sine dubio ager emebatur, quo sodalium singulorum monumenta erigereutur. Aedificio perfecto omuis ollarum numerus in partes aequales dividebatur, ex quibus sociorum quisque, qui certam pecuniam ad monumentum faciundum contulerat, singulas accipiebat; hae partes dicuntur *partes viriles* (n. 336) vel *sortes* (passim), quia sortitione facta singulis adtribuebantur (n. 333. 335). Saepe autem non omnes socii eundem pecuniae summam arcae inferebant, sed alius maiorem alius minorem; ideo nec parem singuli numerum ollarum accipiebant, sed plures alius alius pauciores; inde fit ut idem saepe homo tres quattuor pluresve sortes possideat (n. 335. 344 *cet.*). Distributione facta socii suum quisque locum nomiuibus suis aut in tabellis marmoreis incisis aut iu ipso tectorio graphio penicillove scriptis ornabant (n. 337. 348. Henzenus l. l. p. 13), ut ad quem singula pertinerent appareret; tabellae istae *tessellae* videntur appellatae esse (n. 347), quae plerumque quidem postea titulis sepulcralibus loco earum positis amovebantur, suepe tamen pro ipsis titulis usurpabantur (n. 380. 385. 395. 399. 404 *cet.*). Loci ollaeque ipsa iu pleuam singulorum possessionem veniebant, ita ut ea dare, donare, vendere, legare recte liceret (n. 339 sq.). — De reliquis cousulas quaestiones supra laudatas et titulos sequentes.

333 L · LICINIVS · L · Ↄ · L · ALEXA · CVRATOR · SOCIORV*m* | SECVNDVS · IS · MONVMENTVM · EX PECVNIA | COLLÁTÁ · SOCIÓRVM · AEDIFICAVIT · ARBITRATV | SVO · IDEMQVE · TECTORIA · PERFECIT · ET · IS · TRICHILINIV*m* | SOCIÓRVM · EX SVÁ PECVNIÁ · OPERE · TECTORIÓ | PERPOLIT · ET · AMICIS DONVM · DEDIT · | ET · EX AMICÓRVM · AÉRE · COLLÁTÓ · IMAGO · EI | FACTA · EST · ET · SINE · SORTE · PRIMÓ · AB SOCIS | QVÁS · VELLET · OLLAE · SEXS · DATAE · SVNT | EIQVE · O*b*[1] · OFFICIVM · ET · MAIESTATEM · EIVS | IN · PERPETVOM · INMVNITAS · DATA · EST

Romae. Henzen 7372 qui descr. — [1]) *Legitur* OR.

---

334 CN · CINNA · MAGNO | L · VALERIO · VOLESO · COS[1] | A D · XIII · K · APRILIS | AD · MONVMENTVM · SOCIORVM | IN · CONVENTV · HABENDO · CVRATORE | C · PETRONIO · C · F · FAL · VARIA · ACTVM · EST | ET · ITA · DECREVERVNT · LOCVM · L · SEMPRONI | Ↄ · L · HILARI · ET ·

OLLAS · V · DARI · ADSIGNARI | C · PETRONIO · C · F · FAL · VARIAE · CVRATORI | OB PIVM · OFFICIVM · INDVSTRIAM · ERGA · SOCIOS | EIVS · MONVMENTI · ET · SOCIVMQ · EVM · ADSCIVER

Romae. Gruter 883, 15 sec. Fulvium Ursinum. — [1]) *A. 5.*

---

335 SIBI · ET · SVIS | A · FABIVS · A · L | PHILARCVRVS | CVRATOR · TERT | EX · SORTITIONE | OLLAS · SEX · ET | EMTAS · OLLAS | DVAS · DE · CN · CO|RNELIO · FLIX[1] · EX | SORT · PRIM · ET · A | MACLONIO · SABINo | eX SORTE · TER · OLLAS[2] | C · VETIENVS · C · L · PHILA|DELPHVS · VETIENA | C · L · NYISSA

Bononiae. Murat. 1581, 10. — [1]) *Scr.* FeLice. [2]) *Scil. acceperunt.*

---

336 C · CAVSINIVS · SCOLAE · L[1] · SPINTER | IN · HAC · SOCIETATE · PRIMVS · CVRator | FACTVS · EST · ET | HOC · MONVMENTVM · EDIFICANDVM | EXPOLIEND | CVRAVIT · SOCISQ · PROBAVIT | HABET · PARTES · VIRILES · IIII · OLL · XX[2] | CAMPIA · L · L · CASSANDRA | CAVSINIO · SIBI · ET · SVIS

Romae in columbario ad viam Latin. minore. Iahn spec. epigr. p. 26 n. 21 descr. Braunius (Henz. 7214). — [1]) *Confert Baiterus Cic. pro Mil. XVII, 46 ubi C. Cassinius (scribendum:* Causinius) *quidam cognomento Scola, Interamnas, familiarissimus et idem comes P. Clodii dicitur.* [2]) *Quattuor igitur in hoc columbarium aedificandum socii pecuniam contulerant, continebat omnino viginti ollas, ita ut pars virilis esset ollarum V.*

---

337 D · M · | BLASTVS · AVG . LIB · TABVL|ARIVS · FECIT · AEDICLAS · | TRES INTRANTIBVS · DEXT|ERIORE PARTE A PARIE|TE IVNCTAS DVAS ET TERTI|A · IN QVA TITVLVS · FIXVS · EST · SiBI[1] · ET | SVIS · L · LIBERTABVSQ · POSTERISQ · | EORVM ·

Romae in columb. ad viam Lat. maiore. Iahn spec. epigr. p. 36 n. 90 cont. Mommsenus. Hic titulus est in 'tertia in qua titulus fixus est', in alteris duobus loculis sive aediculis BLASTVS *nomen in ipso tectorio pictum est.* — [1]) *In lapide* SL · BI.

---

338 QVINTIAE | CRISPINAE | OLLAE · CONTINVAE · II

Ibidem. Iahn spec. epigr. p. 33 n. 55 cont. Mommsenus.

---

339 L · VETVRI · ZOPHRVS | L · PINARIVS · RVFVS | DEDIT · OL · I · QVAE · FVIT | L · VIRIASI · LALI[1]

Ibidem. Iahn spec. epigr. p. 43 n. 171 cont. Mommsenus. — [1]) *Fuit olim* LALII *sed correctum est. Primum nomen lege:* L. Veturi(us) Zopyrus.

340 L · CORNELIVS · L · L · REGILLVS | OLLAM · LEGAVIT | M · VALERIO · M · L · FRONTONI

Ibidem. Iahn spec. epigr. p. 33 n. 53 cont. Mommsenus.

---

341 M · PERPERNA | AESCHINVS | EMIT · OL · III · DE · DIANI · EROTE · *in altero eiusdem columbarii loco:* M · PERPERNA | AESCHINVS *eademque inscriptio in tertio loco legitur.*

Ibidem. Iahn spec. epigr. p. 30 n. 18 p. 28. 29 n. 3. 9 cont. Mommsenus.

---

342 Q · MVDASENVS · Q · L · EROS | EMIT · DE · L · AVFIDIO | APOLLONIO · IVRIS | MONVMENTI

Ibidem. Iahn spec. epigr. p. 29 n. 8 cont. Mommsenus.

---

343 M · AEMILIVS · FLACCVS | VENDIDIT · L · AVRARIO | PHILACRO · OLLAS · DVAS | GRADV · TERTIO · AB · IMO

Ibidem. Iahn spec. epigr. p. 39 n. 114 cont. Mommsenus (Henz. 7367).

---

344 C · RABIRI · C · L | FAVSTI | SORS · IIII · LOC · VIII

Romae. Iahn spec. epigr. p. 61 descr. Fabrettius.

---

345 . . . . . ASIA[1] · Q · L · FAVSTA · ET · FVRIA · Ͻ · L · TEII | eMERVNT · LOCVM · OLLARVM · XV · AF[2] | LVCRETIA · SP · F · RVFA · SVM[3] · OLLARVM | SVPERIVS · ET · INFERIVS · XXX ·

Romae. Corp. I, 1055 descr. Henzenus. Pertinet ad saec. p. C. II labens. — [1]) *Vitrasia vel simile nomen.* [2]) *I. e. ab.* [3]) *Sum(ma).*

---

346 P · NAEVIVS · DONAX | SIBI · ET · SVIS | LINIA · I · OLLAS · NVM · VI | EMP · DE · AMPVDIO · CARITON

Bononiae, sed sine dubio originis urbanae. Marini Atti p. 302 qui descr.

---

347 TATA · CVRATOR · PRIMVS | DEDIT · MVNVS · CVM · HOMINI|BVS · VI · OLLAS · DC · TITVLOS MAR|MOREOS · II · IN OSSARIO · I · IN · FRON|TE FORAS · I · PONDVS · CENTENAR · I · | SCRINIA · IIII · TESSELLAS · CC · DEVECTA · AD | LOCVM · INSEQVENTI · ANNO · Q[1]

Romae prope columb. vineae Codini rep. Monum. Inst. arch. 1856 p. 12 n. 22 descr. Henzenus. — [1]) *Q(uaestor).*

---

348 sER · LENTVLO · MALVG · Q · IVNIO · COS[1] | . . . octAVIO · SILANIONI · QVINQVENNAL | . . iVLIO · ORPHEO · PYLADIS · L · CVR[2] · ITER | OLLAE · DISTRIBVTAE | INSCRIPTAE · EX · D · d[3]

Romae in columbario vineae Codini. Monum. Inst. arch. 1856 p. 12

descr. Henzenus (Henz. 7212). — [1]) *A. 10 p. C.* [2]) *Certe hic omnes collegii magistratus exhibentur (praeter quaesturam, quae munus est potius), quare cum hic unus tantum curator occurrat in alia autem eiusdem columbarii inscriptione (n. 350) duo, Henzenus quinto quoque anno alterum curatorem quinquennalis titulum adsumpsisse concludit eodem modo, quo in municipiis ex quattuor summis magistratibus duoviri quinquennalitatis nomine ornentur.* [3]) *Ex d(ecurionum) d(ecreto).*

---

349 APOLLVS · ALBIAE | CVLLIONIS · AD|SIGNATVM · A · FV|NDILIO · CVRAT|ORE

Ibidem. Monum. Inst. arch. 1856 p. 13 n. 25 descr. Henzenus.

---

350 C · MEMMIVS · Ↄ · L · ALEXAN*der* | EROS · SEX · POMPEI · D · S · P · D · D | CVRATORIS ITER PAÍMENT[1]

Romae. Corp. I, 1008 ad exempla antiqua Manutianum, auctoris addendorum Mazochii, Pighianum, Smetianum. In sinistra parte vv. 1—10 legebantur, quorum principiis litterae octonae aut denae avulsae erant, in dextra vv. 11—20, quorum nonnulli in fine mutili sunt. Restituit Hauptius. — 1) . . IVLIA *Man.* VLIA *reliqui. Buechelerus nomen mortuae ibi latere existimat ut* Proculia *vel* Marulla, *Hauptius* heic est sepulta *restituit. Nec hoc nec illud certum est; qui Buechelerum sequitur initio pro* heic est *scribat potius* fuit *cf. infra n. 555.* 2) *Ita apographa omnia*; *Hauptius* Prote *scripsit, mortuae nomen id esse iudicans. Versu sequente pro* crudeles *Buechelerus scripsit* infestae. 3) *Ita exempla omnia;* '[quom iam] patrono pareret *Hauptius scribendum censuit mutato verborum ordine propter numeros versiculi. Sane Terenti arte sic digniores fiunt numeri. At posteriores etiam in scaenicis versibus dactylicos imitati sequentibus muta cum liquida syllabas porrigebant, et ut apud Ciceronem Tusc. 2, 21* perge, aude, nate, inlacrima patris pestibus *hoc possit videri scriptum pro patriis, tamen Lucilius (cf. L. Muellerum de re metr. p. 430) et Varro (cf. Riesium satir. p. 89) quod licere sibi confidebant, id lapidarium hunc poetam non dedecet. Ordinem igitur verborum cum inverti vetem, tum de duabus illis syllabis quae adsumendae sunt praeter* quom *nihil decerno. Lacunae rationibus* quom optatum *potius quam* cos quom *accommodari existimo'. Buecheler Anthol. lat. spec. epigr. Gryphisw. 1870. p. 16.* 4) [Expertam mul]ta *cet. Buechelerus sequentibus versum adiungens.* 5) Crudelis *Buechelerus.* 6) ac *excidit, loco eius* vobis *in omnibus exemplis.* 7) *Ita Hauptius,* sibeique *traditur,* et *excidit in omnibus exemplis.*

---

551 EVCHARIS LICINIAE *L.*

DOCTA ERODITA OMNES ARTES VIRGO VIX*IT AN.* *XIIII*

Heus oculo errante, quei aspicis léti domus,
Morare gressum et titulum nostrum perlege,
Amor parenteis quem dedit natae suae,

Ubei se reliquiae conlocarent corporis.
'Heic[1] viridis aetas cum floreret artibus
Crescente et aevo gloriam conscenderet,
Properavit hóra tristis fatalis mea
Et denegavit ultra veitae spiritum.
Docta erodita paene Musarum manu.
Quae modo nobilium ludos decoravi choro
Et Graeca in scaena prima populo apparui:
En hoc in tumulo cinerem nostri corporis
Infistae parcae deposierunt carmine.
Studium patronae, cura, amor, laudes, decus
Silent ambusto corpore et leto tacent.
Reliqui fletum nata genitori meo
Et antecessi, genita post, leti diem.
Bis hic septeni mecum natales dies
Tenebris tenentur Ditis aeterna domu.
Rogo ut discedens terram mihi dicas *levem*'.

Romae. Corp. I, 1009 Ritschl tab. LXXXI ex lap. Suppl. ex exemplis veteribus. Scaena graeca (Mommsen hist. Rom. III (ed. 5) p. 574 not.) et apices (v. 3 léti *v. 9* hóra) *titulum Caesaris aetate antiquiorem non esse evincunt, ad quam formae quoque vetustiores et recentiores iuxta usurpatae conveniunt.* — [1]) *Puellae orationem incipere, litteris maioribus sinistrorsumque promoto primo vocabulo versus in lapide declarari, recte adnotat Buechelerus Anthol. lat. spec. epigr. Gryphisw. 1870 p. 10.* — [1]) Hei *vel* heu *coniecerat Rutgersius,* haec *Pighius.*

---

552 PRIMAE | POMPEIAE | OSSVA HEIC ·
Fortuna spondet multa | multis, praestat nemini:
Vive in dies | et horas, nam proprium est nihil. |
SALVIVS ET EROS DANT.

Romae. Corp. I, 1010. Ad exemplum antiquum.

---

553 *In sinistra lapidis parte:*

*Hau*RELIVS L · L | *h*ERMIA |
*la*NIVS DE COLLE | VIMINALE |
*H*aec, quae me faato | praecessit, corpore | casto, |
*C*oniunxs, una meo | praedita amans | animo[1], |
*F*ido fida viro veixsit | studio parili, qum (*sic*) |
Nulla in avarities | cessit ab officio (*sic*).

aVRELIA · L · L

. . . .

In dextra lapidis parte:

AVRELIA L · L | PHILEMATIO

Viva Philematium sum | Aurelia nominitata, |
Casta, pudens, volgei | nescia, feida viro. |
Vir conleibertus fu*it*[2] | eidem, quo careo | eheu! |
Ree fuit ee vero plus | superaque parens. |
Septem me naatam | annorum gremio | ipse recepit;
Quadraginta | annos nata necis potior. |
Ille meó officio | adsiduo florebat ad omnís
. . . .

Romae. Corp. I, 1011 cf. Ann. inst. arch. 1865 p. 308 descr. Mommsenus titulos nunc Parisiis adservatos; prior titulus a sinistra fractus et recenti manu tam habili restitutus est, ut qui antea eum descripserunt plerique decepti sint. In medio lapide vir et mulier stantes exsculpti sunt: mulier viri dextram utraque manu prehendit. — [1]) 'Una meo animo praedita *est* unice mihi amata, *cui respondet* amans, *ut mox* fido fida'. *Mommsenus l. l.* [2]) *In lapide* FW.

---

554 C · CANINIVS C · F · | ARN · LABEO PATER

Omnes hei mei sunt: filius illum manu,
Ille illam mereto missit et vestem dedit;
Quoad vixsi, vixsere omnes una inter meos.
'Eundem mi amorem praestat puerilem senexs,
Monumentum indiciost saxso saeptum ac marmori
Circum stipatum moerum multeis millibus'.

*Romae. Corp. I, 1012. Ritschl tab. LXXX*D *dat qui supersunt v. 5—8. Integram dant Pighius et Ursinus. — Altam antiquitatem totam mentiri videtur titulus propter orationem contortam litterasque minime bonas Mommseno l. l. 'Narrat Labeo pater filii ante ut videtur defuncti libertum in suam se domum recepisse eidemque homini eiusque libertae et uxori monumentum fecisse. Respondet filii libertus, quod puer sibi debuisset, a patre se habere, eiusque rei indicium esse monumentum saxo saeptum et extrinsecus (circum moerum) marmore tectum magno sumptu vel, ut huic homini scribere placuit, stipatum multis millibus'. Mommsenus l. l. Minus recte Buechelerus unum omnia narrare patrem arbitratur, cui pridem mortuo iam senex filius monumentum extruxerit, patri simul et qui post patrem decessissent liberto suo eiusque uxori.*

555 *In antica:* *est hoc monimentuM* MARCEI VERGILEI EVRYSACIS PISTORIS REDEMPTORIS[1] APPARET[2]

Idem fere legitur in facie sinistra et in postica; ad idem monumentum pertinet tab. marm. arcam quadratam et ornatam referens, qualem panibus servandis inserviisse probabile est, cum hac inscriptione:

Fuit Atistia uxor mihei | femina
Opituma veixsit | quoius corporis reliquiae |
Quod superant sunt in | hoc panario.

Romae in monumento formae quadrati inaequalis, opus pistorium referente ab arcu aquae Claudiae non plus pedes IX distante. Corp. I, 1013—1016. Ritschl tab. LXXXVIII ABCD *ad lapides (Henz. 7267). — 'Arcu aquae Claudiae, qui factus est a. 52/53 p. C., pistoris monumentum anterius esse cum senatus consultum a. 743, quod ut circa fornices aquaeductus utraque ex parte vacui quini deni pedes paterent cavit (Frontin. de aq. c. 127), tum ipsa indicat sermonis indoles extremam liberae rei publicae aetatem vel certe Augustam spirans. Officiorum indicatio tam accurata solet quidem a monumentis huius aetatis aliena esse; sed singulari huius hominis ingenio cur non placuerit quod contra aetatis consuetudinem esset? Versibus vel certe sermone ad versus prope accedente scriptum esse titulum vel inde constat, quod praenomen omnibus litteris perscriptum est'. Mommsenus l. l. — [1]) Cf. de iis Marquardt Handb. V, 2 p. 26 sq. Hirschfeld Philol. 1869 p. 44 sq. [2]) Apparet scil. magistratibus; ita maluit pro consueto* apparitoris.

---

556 Hospes resiste et hoc ad grumum ad laevam aspice, ubei | continentur ossa hominis boni[1], misericordis, amantis | pauperis. Rogo te, viator, monumento huic nil[1] male feceris. |
C · ATEILIVS · SERRANI · L · EVHODVS · MARGARITARIVS · DE · SACRA |
VIA · IN · HOC · MONVMENTO · CONDITVS · EST · VIATOR · VALE |
EX · TESTAMENTO · IN · HOC · MONVMENTO · NEMINEM · INFERRI · NEQVE | CONDI · LICET · NISEI · EOS · LIB · QVIBVS · HOC · TESTAMENTO DEDI · TRIBVIQVE ·

In via Appia. Corp. I, 1027 Ritschl tab. LXXX B *ad lapidem. (Henz. 7244). — 'Titulus, in quo cum plebeis locutionibus, ut est* ad grumum, *plebeisque sensibus, qualis est praedicatio amoris in pauperes, miscentur sollemnium sententiarum sepulcralium rudimenta quaedam corrupta et confusa, ut* hospes resiste *et formulae notae* rogo te mi viator, noli mi nocere *(I. N. 3829) similе quid, prope accedit ad Eurysacis pistoris inficetas argutias. Buechelerus in Iahnii ann. 74 p. 73 tale fere carmen scriptori obversatum esse existimat:*

Hospes resiste et hoc ad grumum respice,
Ubi continentur ossa hominis frugi et boni,
Rogo te, viator, monumentum hoc ne laeseris.

Animadvertendum Serranum hoc loco scribi pro Sarrano'. Mommsenus l. l.

---

557 C · HOSTIVS · C · L · PAMPHILVS | MEDICVS · HOC · MONVMENTVM | EMIT SIBI · ET · NELPIAE · M · L · HYMNINI | ET · LIBERTEIS · ET · LIBERTABVS · OMNIBVS | POSTEREISQVE · EORVM

Haec est domus aeterna, hic est | fundus,
Heis sunt horti, hoc | est monumentum meum. | |

IN FRONTE · P · XIII · IN AGRVM · P · XXIIII

Romae. Corp. I, 1059. Lectio certa.

---

558 P·LARCIVS·P·L· SAVFEIA·Ↄ·L[1] L·LARCIVS·P·F· P·LARCIVS·P·F· LARCIA·P·Ↄ·L·
NEICIA THALEA RVFVS BROCCHVS HORAEA

Bonéis probata, invéisa sum á nulla probá.
Fui parens dominéis senibus; huic autem opsequens
Ita leibertate illei me, hic me decoraat[2] stola.
A pupulá annos veiginti optinui domum
Omnem. Supremus fecit iudicium dies.
Mors animam eripuit, non veitae ornatum apstulit.

L · EPRIVS · CHILO · VIAT · TR · PL · ePRIA · CPI . . . .

Traiecti ad Lirim rep. Corp. I, 1194 descr. Iucundus et Pontanus (Or. 3031). Vv. divisio incerta. — Propter aspirationem consonantium in vocabulis graecis et apices passim positos Caesaris temporibus posterior est. — 1) Ↄ L *optimum Iucundi exemplum, alia* A · L. 2) DECORAT *Iucundus, duplici* AA *Pontanus, qui de hac scribendi ratione ibidem agit.* 'DECORAAT *non praesens significat, cuius terminatio quamvis producta antiquitus tum pridem corripiebatur, sed perfectum (cf. Lachmannum Lucr. p. 290). A veterum quidem sermone iambographorum formae huiusmodi contractae abhorrent, Martianus tamen hoc in metro posuit* farcinât *ante vocalem (L. Mueller metr. p. 399)'. Buecheler. Anth. lat. spec. epigr. Gryphisw. 1870 p. 10.*

---

559 CN · TARACIVS CN F |
VIXIT · A XX · OSSA · EIVS · HIC · SITA · SVNT

Eheu heu Taracei! Ut acerbo es deditus fáto!
Non aevo | exsacto vitai es traditus morti.
Sed cum te decuit florere aetate | iuenta
Interieisti et liquisti in maeroribus matrem.

Capuae. Corp. I, 1202 Ritschl tab. LXXXc ad lapidem. (Or. 2277).

560 Tu qui secura spatiarus mente viator
Et nostri voltus derigis inferieis;
Si quaeris, quae sim; cinis en et tosta favilla,
Ante obitus tristeis Helvia Prima fui.
Coniuge sum Cadmo fructa Scrateio
Concordesque pari viximus ingenio.
Nunc data sum Diti, longum mansura per aevum,
Deducta et fatali igne et aqua Stygia.

Beneventi. Corp. I, 1220 Ritschl tab. LXXIX B *ad lapidem.* (*Henz. 7413*).

---

561 C · VTIVS C · F · LETO
OCCIDIT[1]
Honestam vitam vixsit | pius et splendidus, |
Ut quisque exoptet | se[2] honeste vivere
ARN · A · N · ↆXX[3]

In agro Frentano. Corp. I, 1273. Lectio certa. — Cum homo cognomine careat, ante Claudii aetatem titulus exaratus videtur esse, ↆ *forma pro* L *eum reip. liberae adsignat.* — [1]) *'Manifesto in iambos exeunt praescripta'. Buecheler Anthol. lat. spec. epigr. Gryphisw. 1870 p. 15.* [2]) sic *emendat Buechelerus.* [3]) *Iungendum: C. Utius C. f. Arn. a(nnos) n(atus) LXX.*

---

562 Protogenes Cloul | suavei heicei situst | mimus,[1]
Plouruma que | fecit populo soueis | gaudia nuges.

Preturi in agro Aquilano. Corp. I, 1297 Ritschl tab. XLIX c *ad lapidem.* (*Or. 2623*). — [1]) *Ita versum constituit Mommsenus:* Protogenes Clouli suavis situs est heic mimus.

---

563 *bucranium aves duae uvis vescentes bucranium*
protome protome
POSILLA SENENIA QVART · F[1] · QVARTA SENENIA C · L ·
Hospes resiste et par*v*om scriptum perlige,[2]
Matrem non licitum esse[3] *uni*ca gnata[4] fruei,
Quam nei esset, credo, nescio *quei i*nveidit deus.
Eam quoniam haud licitum *est v*eivam a matre ornarier,
Post mortem hoc fecit a*t*que[5] extremo tempore
Decoravit eam monumento, quam deilexserat.

Ad viam Salariam in agro Trebulae Mutuescae. Corp. I, 1306 Ritschl tab. LXXIX A *ad lapidem.* (*Henz. 6237*). *Aetatis est fere Sullanae.* — [1]) *Quart(ae) f(ilia), quamquam contra consuetudinem, tamen scriptorem maluisse ponere quam aut* C · L *aut* SP · F *utpote minus honestum utrum-*

que, adnotavit Mommsenus. [2]) *Cf. Seneca epist. 89, 6; Ribbeck com. p. 232.* [3]) licitum esse *perfecti significatione usurpari ante Ciceronem, praesentis post eum adnotavit Hauptius Corp. l. l.* [4]) CNATA *tabula, contra eos qui lap. descr.* [5]) AEQ . . *in lap. quod recte emendavit Mommsenus cf. Buecheler spec. Anthol. epigr. lat. Gryphisw. 1870 p. 9.*

---

564 C · TVRPIDI P · F · HOR ·

C · TVRPIDIVS C · F · SEVERVS F · V · A · XVI ·
Parentibus praesidium, amiceis gaudium
Pollicita pueri virtus indigne occidit,
Quoius fatum acerbum populus indigne tulit
Magnoque fletu funus prosecutus est.

Urbe Salvia. Corp. I, 1422 ad exempla antiqua. (Or. 4830).

---

565 M · STATIVS | M · L · CHILO | HIC

Heus! tu viator las|se, qui me praetereis, |
Cum diu ambula|reis, tamen hoc ve|niundum est tibi.
IN F · P · X · IN · AG | P · X

Cremonae. Corp. I, 1431 descr. Bianchius.

---

566 L · SVLPICIVS · Q · F · Q · N · | COL · HIC · SITVS · EST |

Ille probatus
Iudicieis | multeis cognatis atque | propinqueis.

Carthagine nova. Corp. I, 1480 descr. Huebnerus.

---

567 EGNATVLEIA · Ↄ · L · VRBANA | HIC · SITA · EST

Ó iucundum lumen superum, ó vitae iucunda voluptas,
Florenti si non succederet invidia.
Invidus aurato surrexit mihi Lucifer astro,
Cum miseram me urgeret invidia.
Bis duodenos annos iam processerat aetas,
Cum me ex luce expulit officium.
Sed te nunc Pietas veneror que precorque,
Ut bene pro meriteis hilares Hilaram,
Quae me serv*ili*[1] nomine preivat
Et dulci suo participat cinerem.
Sed tu adulescens quem Phrygia edidit tellus,
Desiste lamenteis me exciere:
Namque tua officia grata mihi in luce fuerunt
Et nunc demum ad cinerem.
IV · K · SEX · P · Q · C · V · C[2]

Romae. Bull. Inst. arch. 1863 p. 9 descr. Henzenus. — [1]) *In lapide Henzenus legit* SERVIIT, *quod equidem non intellego: vult dicere* quae me manumisit. [2]) *P. Q(uirinio) C. V(algio) c(onsulibus) i. e. anno urbis 742.*

---

568 M · AVRELIVS · COTTAE | MAXIMI[1] · L · ZOSIMVS | ACCENSVS · PATRONI

Libertinus eram, fateor, | sed facta legetur |
Patrono Cotta nobilis umbra mea[2]; |
Qui mihi saepe libens census donavit | equestris,
Qui iussit natos | tollere, quos aleret, |
Quique suas commisit opes | mihi semper et idem
Dotavit | natas ut pater ipse meas, |
Cottanumque meum[3] produxit | honore tribuni
Quem fortis | castris Caesaris emeruit. |
Quid non Cotta dedit, qui nunc | et carmina tristis
Haec dedit[4] | in tumulo conspicienda meo.

AVRELIA · SATVRNINA · ZOSIMI ·

In via Appia prope Romam. Ann. Inst. arch. 1865 p. 6 descr. Kekulé. — [1]) *Fuit M. Valerii Messallae Corvini et Aureliae, ex Cottarum stirpe, filius (Plin. h. n. 10, 22, 27 Ovid. Epist. ex Pont. 4, 16, 41 sq.), postea a matris fratre adoptatus paullo post a. 9 p. C., indeque ab eo tempore* M. Aurelius Cotta Maximus *vocatus (cf. Schol. ad Pers. sat. 2, 72 Ovid. Epist. ex Ponto 3, 2, 103 sq. cet.). Fratre Valerio Messalino haud multo, ut videtur (cf. Henzenum l. l. p. 8 sq.), post annum 21 (Tac. Ann. 3, 34) mortuo Cotta Maximi nomine abiecto Messalinique adsumpto* M. Aurelius Cotta Messalinus *vocatus est. Quare titulus hic, cum in eo Cotta Maximus appelletur, inter annos fere 10 et 25 incisus est, probabiliter post a. 20, quo Zosimus Cottae consulis accensus videtur fuisse. Cf. Henzenum Ann. l. l. Anno 32 Cotta iam* nobilis quidem, sed egens ob luxum *a Tacito Ann. 6, 7 vocatur (cf. Tac. Ann. 13, 34, Plin. h. n. 10, 22, 27).* [2]) *Intellege: umbra mea nobilis facta est a patrono Cotta.* [3]) *Filium scilicet.* [4]) *Cf. Ovidii epist. ex Ponto 4, 16, 41 sq.*

---

569 D · M[2] · GEMINIAE · AGATHE · MATRI[1] · DVLCISSIMAE

Mater nomen eram, mater non lege futura;
Quinque etenim solos annos vixisse fatebor
Et menses septem diebus cum vinti duobus.[3]
Dum vixi, lusi; sum cunctis semper amata.
Nam pueri voltum, non femine, crede, gerebam
— Quam soli norant Agathen qui me genuerunt[4] —
Rufa coma, tonso capite postrema[5] remisso.[6] —

Convivae cuncti, nunc mi bona pocula ferte
Diciteque, ut semper meo corpori terra levis sit!
Nec parvae doleat requiem mei perqua(m) Faventius,
Nutritor plus quam genitor, [q]ui[7] solam amavit.
Est mihi nam mater; pater et praecesserat olim
Nec doluit casum; soror est et matris amoenae
Tristis et ipsa meae mortis. Quos cuncti parentes
Solando vitae dulci retinete, precantes
Ne dolor augescat seu maeror tristis abundet. —
Qui legitis, t[o]tum[8] nomen si nosse velitis,
Noscetis Geminiam Agathen, quam mortis acerbus
Eripuit Letus[9] teneramque ad Tartara duxit.

HOC ES*t*[10] SIC EST ALIV*t*[11] FIERI NON POTEST · HOC AD NOS[12].

Romae. Ed. Bormannus Progr. Gymn. Berolinensis 1871 p. 5 descr. Rossius. — [1]) *Geminia Agathe signo, quod dicunt, Mater appellabatur.* [2]) D(is) M(anibus) *a dextra et a sinistra tituli incisum est.* [3]) 'Vinti *pro* viginti, *ut hodie apud Italos* venti.' *Bormannus l. l.* [4]) *I. e. mater et vitricus soli norant me puellam esse.* [5]) POSTTREMA *in lap.* [6]) Postrema *pro adverbio usurpatur ut* prima *apud Gratium cyneg. 25. Dicere voluit scriptor tituli, crinem puellae tonsum fuisse omnino, intonsum in posteriore tantum capitis parte.* Capite remisso *perperam dixit pro* crine remisso. *Explicavit Hauptius l. l.* [7]) OVI *in lap.* [8]) TDTVM *in lap.* [9]) '*I. e.* leti genius *ut infra* Fatus *n. 607c-g'. Bormannus l. l.* [10]) ESI *in lap.* [11]) ALIVE *in lap.* [12]) '*Cf. Spon Misc. p. 308 n. 16:* Recede et crede; hoc est, sic est, aliut fieri non licet'. *Bormannus l. l.*

---

570 D · M | Q · CAETRONIVS Q · F · PVB · | PASSER | MIL · COH · IIII PR · ANNIS XVIII | MISSVS DVOBVS GEMINIS | COS[1] · | SIBI ET | MASVRIAE M · F · MARCELLAE · |

Vixi, quod volui, semper bene, | pauper, honeste,
Fraudavi | nullum, quod iuvat ossa mea.[2] |

IN · F · P · XI S · IN · AGRO · P · XIII S

Romae. Grut. 535, 2 descr. Smetius (Or. 4837). — [1]) *A. p. C. 29.* [2]) *Idem distichon Burni in titulo sepulcrali militis legionis XI, Ateste oriundi, itemque ante a. 42 p. C. scripto invenitur, praeterquam quod ibi initio legitur:* Vixsi qu(o)ad potui *et v.* 2 nunc iuvat ossa mea. *Corp. III, 2835.*

---

571 VIBIA · PHRYNE · VIXIT · TER SENOS · ANNOS ·

Cara meís vixsí, subito fatále rapína
Flórentem vítá ·*f*· sustulit átra dies.
Hoc tumulo nunc sum, cinerés simul namq. sacráti

Per matrem cáram sunt positique mei.
Quós pius saepe colit frúter coniunxq. puellae
Atque obitum nostrum fletibus usque fluunt.
Dí Mánés me únam retinéte, ut vivere possint,
Quós semper coluí víva libente animó,
Ut sint, qui cineres nostrós bene floribus scrtís
Saepe ornent. Dícat: sit mihi terra levis.

Romae in mus. Vat. Iahn spec. epigr. p. 107 descr. Kellermannus.

---

572 MEMMIA · Ↄ · L · ANNA

Ac veluti formosa rosast cum tempore prodit,
Arescit certo tempore deinde suo:
Sic tu coepisti primo formossa, Anna[1], viderí,
Tempore sed subito desinis esse mea.
Hoc Stabilis tuus éheu! quo possum munere parvo
Prosequor atque opto: sit tibi terra levis.

Romae in mus. Vat. Iahn spec. epigr. p. 108 descr. Kellermannus. — [1]) *Nomen versui contra metrum insertum est.*

---

573 D · M | C · CLODIVS · FELIX ·

Hic ego Murinus[1] praeco Felix[2] cui tales amicí
Complerunt animos ut post me nomem (*sic*) haberem,
Lucius et Claudia[2] quod sunt me dignati munere perpetuo.
Vos precor hoc, superi, ut vitam post me servetis amicis
Et possint nostris Bacchum miscere favillis,
Floribus ut spargant saepius umbra levem.

Romae. Bull. Inst. arch. 1859 p. 207 descr. Henzenus. — [1]) *Carmen ex Murini alicuius sepulcro desumptum et huic lapidi inscriptum videtur; nomen igitur Murini ad hunc titulum omnino non pertinet.* [2]) *Nomina* Felix *et versu tertio* Lucius ct Claudia *versibus inserta sunt, ut metrum omnino turbent; versus eiectis demum nominibus illis, licet etiam sic satis male, procedunt.*

---

574 Ursus, togatus vitrea qui primus pila
Lusi decenter cum meis lusoribus,
Laudante populo maximis clamoribus,
Thermis Traiiani, thermis Agrippae et Titi,
Multum ct Neronis, si tamen mihi creditis,
Ego sum. Ovantes convenite pilicrepi
Statuamque amici floribus violis rosis
Folioque multo adque unguento marcido

Onerate amantes et merum profundite,
Nigrum Falernum aut Setinum aut Caecubum,
Vivo ac volenti de apotheca dominica,
Ursamque canite voce concordi senem
Hilarem, iocosum, pilicrepum, scholasticum,
Qui vicit omnes antecessores suos
Sensu decore adque arte suptilissima.
Nunc vera versu verba dicamus senes:
Sum victus, ipse fateor, a ter consule
Vero patrono,[1] nec semel sed saepius,
Cuius libenter dicor exodiarius.[2]

Romae. Orelli 2591. Accentibus distinctus est. — [1]) *Verum hunc socerum esse Pii, avum imperatoris Marci, consulem III anno 126 demonstrarunt Borghesius Bull. Neap. n. s. 2 p. 44 et Henzenus Bull. inst. arch. 1866, 175.* [2]) Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quia ridiculus foret. *Schol. Iuv. 3, 175.*

---

575 ÓLLA Ī SECVNDAE

Fâtâlés[1] moneó, né quis mé lúgeat; Orbí
Namque Secunda fui[1]: nunc tegor é cinere[3].
Híc ego secúris[4] iaceó super omnibus; úna
Nátális, quia nós septimus ussit amor[5].

NÁTÁLIS MONVMENTÍ III IDV́S MAIÁS

Marino. Bull. Inst. arch. 1865 p. 252 descr. Henzenus. — [1]) *Pro* mortales *dictum esse putat Henzenus.* [2]) *Orbii Natalis (? v. 5) coniux fui.* [3]) *I. e. ossa e cinere collecta mea hoc lapide teguntur.* [4]) *Sunt* mortui *cf. 232 not. 246 not. Henzen 7386:* inter securas sine crimine vitae sit precor. [5]) *Vult fortasse dicere:* una mecum Natalis conditus est, quia per septem annos matrimonio iuncti fuimus, *ut Natalis cognomen sit Orbii proque* septimus amoris annus *dicatur* septimus amor. *Possis etiam de puellula cogitare, Orbi cuiusdam filia, quae septimo natali combusta sit: sed nec hoc nec illud sufficit.*

---

576 P · CLODIVS · P · F · STE · PIVS · LEG · XX

Dum vixi, vixi quomodo | condecet ingenuom.
Qu|od comedi et ebibi, tantum meu est.

Beneventi. I. Neap. 1446.

---

577 Zoticus hic nomen nudum vanumq. reliqui.
In cineres corpus et in aethera vita solata est.

Beneventi. I. Neap. 1804 ad exempla antiqua.

578 Fluxa aut syrmata Bacchici coturni
Hic Phoebus fuit ac superbus Euhan.
Plaude istis populare volgus umbris,
Si sum dignus adhuc favore vestro,
Si post praemia rixulasq(ue) *nos*tras
Ut tiro ac rudis in quiete *vivam*.

Puteolis. I. Neap. 2913 descr. Mommsenus (Henz. 6187).

---

579 Quicum, dum haberet clausam in castello[2] an*imu*lam
Mortalem, ad superos licitum *est, f*initam ad diem
Pie pudensque vixit omni tempore.[1]
Auruncus erat, Fusius erat nomine,[3]
Magister ludi litterari *P*hilocalus,[4]
Summa quom castitate in discipulos suos.
Idemque testamenta scripsit cum fide,[5]
Nec quoiquam *ius* ne*g*avit,[6] laesit neminem.
Ita decucurrit vitam fidus sine metu;
Eius ossa nunc hic sita sunt . posit A . . ris[7] viro.

Neapoli in museo, sed ad Capuam spectat. Hermes I p. 149 seqq. descr. Nissenus. Infra insculpti senex in sella sedens discipulique puer et puella. Litterae evanidae sunt. — Reipublicae liberas extremis temporibus titulum adsignavit Nissenus, cui opinioni iure diffisus Mommsenus secundo potius saeculo eum conscriptum esse iudicavit, Hadriani fere temporibus, quibus formae verborum antiquiores hic illic obviae optime conveniunt oratioque contorta. Cf. l. l. et Buechelerum Anthol. lat. spec. epigr. Gryphisw. 1870 p. 20. — [1]) *Versus priores quomodo expediendi sint obscurum est, Mommsenus proposuit: quicum mihi (scil. uxori quae titulum posuit cf. v. 10) agere vitam ad superos licitum est, dum haberet animam, is finitam ad diem pie vixit. Alia, mihi tamen minus probata, protulit Buechelerus l. l. p. 20, recte autem fortasse in addendis socordiae arguit quadratarium, scribendumque proposuit* qui dum, cum haberet *cet.* [2]) *Ita corpus vocatur, locutione ab aquae ductus castellis tracta.* [3]) *'Centonem arguere videtur iteratum* erat. *Putes in archetypo versu nomen fuisse amplius ad hunc modum* erat Aurelianus nomine'. *Buechelerus l. l.* [4]) *Ita emendavit Mommsenus, Nissenus legit* Chilocalus, *quod omnino nomen non est.* [5]) *Cf. infra n. 2473. 2474.* [6]) ENS · NECAVIT *legit Fiorellius,* ENSN . . . . VIT *Nissenus. Emendavit Mommsenus, Nissenus* lite nocuit *scripserat.* [7]) *Ita recte sine dubio verba divisit Nissenus, neque audiendus est Buechelerus qui iungit* posita . . . ris viro, *quia* posit *contractum ex* posivit *brevietur vitiose.*

580 *vide inter nn.* 595 *et* 596.

---

581 DÍS | MANIBVS | CLAVDIA*e* | TI · AVGVSTI · L*ib* | TORÈVMAE | ANNÓR · XVIIII

Hac cgo bis denos nondum | matura per annos |
Condor humo multís nota Torcuma iocís.
Exiguo vítae spatio feliciter | acto
Effugí crímen longa senecta tuum. |

Prope Patavium. Corp. V, 2531 descr. Mommsenus (Orelli 4852).

---

582 Hoc hoc sepulchrum respice, qui carmen et musas amas,
Et nostra communi lege lachrimanda titulo nomina:
Nam nobis pueris simul ars varia par aetas erat,
Ego consonanti fistula Sidonius *sacris*[1] perstrepens
. . . .

altera pars:

Hoc carmen, haec ara, hic cinis pucri sepulchrnm cst Xantiae,
Qui morte acerba raptus est, iam doctns in compendia
Tot litterarum et nominum notare currenti stilo,
Quot lingua currens diceret. Iam nemo superaret legens,
Iam voce hcrili coepcrat ad omne dictatum volans
Aurem vocari ad proximam: heu morte propera concidit,
Areana qui solus sui sciturus domini fuit.

Coloniae Agripp. (Köln). Brambach C. I. Rhen. 323 ad exempl. antiq. Versuum divisio et orthographia incerta. — [1]) *Traditur* SIDONIVSACRIS, *quod male emendatur in* SIDONIVS A*e*R*a*; *tu scribe aut* SIDONIVS · *s*ACRIS *vel* SIDONIV(*s*) · SACRIS, *ut* Sidonius *nomen sit mortui, aut* SIDONIA · SACRIS, Sidonia *verbo ad fistula tracto, quod proposuit Mommsenus, fistulam Sidoniam dictam esse existimans pro Tyria i. e. serrana. Metrum non obstat, compluries enim, qui hoc carmen fecit, peccavit.*

---

583 D · M | TELESPHORIS · ET | MARITVS · EIVS · PARENTES | FILIAE · DVLCISSIMAE · |

Queri necesse cst de | puellula dulci. |
Ne tu fuisses, si futura | tam grata
Brevi reverti, | unde nobis edita, |
Nativom esset, et paren|tibus luctu. |
Semissem anni vixit | et dies octo. |
Rosa simul florivit | et statim periit.

Moguntiaci (Mainz). Brambach C. I. Rhen. 1053 qui descr.

584 Quam dulcis fuit ista, quam benigna,
Quae cum viveret in sinu iacebat
Somni conscia semper et cubilis.
O factum male, Myia, quod peristi!
Latrares modo, si quis adcubaret
Rivalis dominae licentiosa.
O factum male, Myia, quod peristi!
Altum iam tenet insciam sepulcrum
Nec sevire potes nec insilire
Nec blandis mihi morsibus renides.

Augustae (Auch) in Aquitania. Hermes I, 68. Litteris saeculi II. — Canis est titulus sepulcralis. Cf. Catull. carm. 3.

---

585 C · LICINIVS · C · F · TORAX
Hospes consiste et Thoracis perlege nomen. |
Inmatura iacent ossa relata mea. |
Saeva parentibus eripuit fortuna *meis* | me,
Nec iuenem passast ulteriora frui. |
Nihl simile aspicias; timeant ventura | parentes,
Nec nimium matres | concupiant parere.

Carthagine nova, litteris minutis sed satis antiquis. Corp. II, 3475 descr. Huebnerus.

---

586 CAESIA · *l* · F · CELSA | AN · LXV · H · S · E
Quod voto petiere suis plerumque parentes,
Cuncta tibi dignae, Caesia, con*tig*erant[1]:
Lanifici praeclara fides pietatis alumna
Priscae praecipue fama pudicitiae.
TE ROGO PRAETERIENS DICAS | S · T · T · L · | Q · Q · V · L · P · XII[2]

Tucci (Torre Campo prope Martos). Corp. II, 1699 descr. Hispanus quidam. — 1) CONIICERINT *traditur.* 2) *Q(uo)q(uo) v(ersus) l(ocus) p(edum) XII.*

---

587 NOME · VIXIT | ANNO · ET · MENSIBVS · VIII | DIEBVS · XII · H · S · E · S · T · T · L
Nome fuit nomen, haesit nascenti Cusuccia,
Utraq(ue) hoc titulo nomina significo.
Vixi parum, dulcisq(ue) fui dum vivo parenti.
Hoc titulo tegor. Debita persolui.
Quisq(ue) legis titulum, sentis quam vixerim parvom.
Hoc peto nunc dicas: sit tibi terra levis.

Hispali (Sevilla). Corp. II, 1235 ad exempla antiqua.

588 D ∘ M ∘ | VARIO ∘ AVITO | VARI · MARINI | FIL · ANN · ∘ XXX | VALERIA · FVSCLLA | MATER ∘ FIL ∘ | CARISSIMO · ET | PIENTISSIMO | ET OPSEQVEN|TISSIMO | · P ·

Scribi in titulo versuculos volo quinque decenter. |
Valerius Avitus hoc scripsi Conimbriga natus. |
Mors subito eripuit.
Vixi ter denos | annos sine crimine vitae.
Vivite vic|turi, moneo; mors omnibus instat.

Conimbrigae (Coimbra). Corp. II, 391 descr. Accursius aliique. In latere dextro, sinistro et infra titulum exsculpta erant volumina aperta, pugillares, theca calamaria, tabella punctis triginta distincta (abacus?).

---

589 ET · ANTIGONA VIVIT · ET · CONVIVATVR D · M · S · VITALIS · AVG · N̄ TABELLARIVS VIVET ET CONVIVAT

Dum sum Vitalis et vivo, ego feci sepulcrhum, (*sic*)
Adque meos versus, dum transseo, perlego et ipse: (*sic*)
Diplomacircavi[1] totam regione pedestrem
Et canibus prendi lepores et denique vulpes,
Postea potiones calicis perduxi[2] libenter.
Multa iuventutis feci quia sum moriturus:
Quisque sapis iuvenis vivo tibi pone sepulcrhum. (*sic*)

Carthagine. Hermes 1, 343 descr. Nissenus. Litteris saec. II vel III. — [1]) *In lapide:* DIPIOMA · CIRCAVI, *em. Mommsenus et interpretatus est, Vitalem diplomate munitum iter fecisse per omnem provinciam. Diploma litterae sunt principis magistratusve, quibus alicui vehiculorum publicorum usus conceditur (Suet. Aug. 50 Senec. Clem. 1, 10 Dig. 45, 1, 37 cet.). Cum tabellario nostro cf. inprimis Plin. ep. ad Trai. 14:* festinationem tabellarii diplomate adiuvi. *Regio pedestris opponitur mari.* [2]) *I. e. ebibi cf. Arnob. 5, 26.*

---

590 L · IVLIVS · FELIX · CVPITIANVS · MELLITVS HOC · MAESOLAE|VM · MIHI · ET · VIRIAE · ROGATAE · VXORI · VTRISQVE · NOBIS | VIVIS · POSTERITATIQVE · NOSTRAE · ET · IN · MEMORIAM | CVPITI · PATRIS · ET · VENVSTAE · MATRIS · OPTIMORVM · PARENTIVM · INSTITVI · ET · DEDIC ·

In altero lapide duabus paginis:

I. Detrahe serta comes et amorum oblita tuorum
  Tristis inops curta veste Thalia veni.
Non manus Idalia lasciviat improba virga
  Nec fluat ante tuos lucida palla pedes.
Iulius hoc feci Mellitus qui vocor olim

Cupito patri matri Venustae meae;
Me posui coniugemq. meam mihi iuncta Rogatam
Ut sit in aeternum condita fama loci.
II. Viximus ad satiem, pietatem implevimus ambo,
Praestitimus subolem femineam duplicem.
Vos quoque qui legitis versus et facta probatis,
Discite sic vestros merito sancire parentes.
Ut te Glafriane[1] excolerem titulosq. relinquam
Vivos, ut hoc facerem fata dedere mihi.
Iulius hoc peto nunc a te, dominator Averni,
Cum | moriar
[Manibus ut][2] iaceant ossa quieta mihi.

Thuggae (Dougga) in prov. Africa. Guérin voy. arch. II, 134. 135 qui descr. — [1]) *Nomen videtur esse, sed ad quem pertineat, obscurum omnino.* [2]) 'MANIBVS VT *delendum videtur'. Mommsenus.*

---

591 D · M · S

Quod potu|i, miserandu|s homo, me iun|xi sepulcro,
K|ara, tuo, done|c mihi mea vita m|anebit;
Credo ti|bi gratum, si ha|ec quoque Tart|ara norunt. |
AMPLIATVS · ACT*arius* | FECI
D · M · S
Donata, | pia, insta, v|ale, serva | tuos omn|es.
Coniugis | absentis re|ditum perf|erre nequisti; |
Ampliatus poter|it tibi tristia *sacra* | *referre* (?)

Lambaesi. Renier n. 282. 283 qui descr. et restituit.

---

592 Hic ego qui taceo versibus mea vita demonstro.
Lucem clara (*sic*) frui|tus et tempora summa,
PRAECILIVS, Cirtensi lare, argentari|am exibui artem.
Fydes in me mira fuit semper et veritas omnis.
Om|nisbus (*sic*) communis ego: cui non misertus ubique?
Risus luxuria semper fruitus cun | caris amicis,
Talem post obitum dominae Valeriae non inveni pudicae.
Vitam cum potui | gratam, habui cun coniuge sanctam.
Natales honeste meos centum celebravi felices. |
At venit postrema dies, ut spiritus inania mempra reliquat (*sic*).
Titulos quos legis vivus mee | morti paravi,
Vt voluit Fortuna; nunquam me deseruit ipsa.
Sequimini tales: hic vos exspecto, venitae (*sic*).

Cirtae. Renier n. 2074.

593 D M S | T · CLODIVS · LOVELLA | AED · II · VIR · Q · FL · PP · SAC · | LIBERI · PATRIS · V · A · XLVIIII | HIC · SITVS · EST |

Colum(en) moru(m) ac pie(tatis). |
Laud(ibus) ac titulis or|natus v(ixit) hon(este);
Omnibu|s hic carus fuerat; | felic(iter) a(nnos)
L minus uno | gessit, studioset |
Vsus on(oribus) ordinis est | adque viru(m), v(ir)
Egr(egius), fl(amen) | patriae p(erpetuus), admod(um)[1] |
Largus munidator | ed[2] sator ing(eniosus) suorum |
Lenaei Pat(ris) cultor(um) | fel(ix) sac(erdos)
Addidit hic | decus ac nomen suae | Claudiae genti.
Inspic|ies lec(tor) primordia | versiculorum.[3]

Madaurae. Renier n. 2928 descr. complures, versus disposuit Mommsenus. — [1]) *Fortasse* ADQVE *scribendum erat.* [2]) ED *delendum.* [3]) *Cf. Fabretti p. 272:* qui legis revertere per capita versorum et invenies pium nomen *et ibid. p. 634 Mur. 1903, 5.*

---

594 Gaudia que dederat rapuit Fortuna repente
*Inque acre*s luctus convertit vota parentum;
Nam puer hoc parvus vitaeq(ue) e limine raptus
Ginga situs tumulo est, indigni vulnera patris.
A! dolor et gemitus inlusaq(ue) vota tuorum!
Non tamen ad Manes sed caeli ad sidera pergis.

Sitifi. Renier n. 3421 qui descr.

---

595 L · APROFENNIVS | PRO . . . .[1] POSVIT · SIBI *et* | IVLIAE · C · F · MAXIMAE | VXORI · ET'| L · APROFENNIO · C*irc*ITORI[2] · E | L · APROFENNIO · LVCVL-LONI | ANNOR · XXXIII · DEFVNCT

Quod si longa magis nexissent[3] | stamina Parcae,
Aequius iste lapis | patris super ossibus esset.

Salonis. Corp. III, 2183 ad exempl. antiquum. — [1]) *Lacuna non indicatur.* [2]) CINITORI *traditur; emendavit Mommsenus ex n. 1958 eius voluminis, qui eiusdem videtur hominis.* [3]) *Mommsenus mavult* nevissent.

---

580 M · ATTIVS · M · L · FAVSTVS | V · F · SIBI · E*t* · ATTIAE[1] · M · L · SECVNDAE · CONIVGI · SANC | ET · M · ATTIO · M · F · CRISPO | ET · M · ATTIO · M · F · SECVNDO ·

Coniugis amissae lacrumas satis esse putavi
Me fudisse meae vimque[2] tulisse deum;
Et tuleram graviter, sed nunc et *solus et* orbus[3]
Amissis natis maxima damna fleo,

Et testor superos pat*ri* q*uae*[4] ponere uati
Debuerant, natis ponere dona patrem.
ATTIA · M · L · AMPLIATA | ANNOR · XXIII · H · S · *e*[5]
Florente aetate depressere veneficae,
Meusesq(ue) quiuq(ue) et anuum cum aegrotaverit,
Abreptam aetate[6] iu inferi Ditis specus.
Huuc titulum posuit Faustus libertae suae.

Salonis. Corp. III, 2197 ad auctorem non optimum. — Traditur: [1]) ET · T · ATTIA⁻ [2]) VIMQVR [3]) SO//L//ORSVS [4]) PATREMQVE [5]) H · S · E [6]) *'Requiritur:* abrepta morte in inferi Ditis specus *vel tale quid'. Mommsenus l. l.*

---

596 FVFICIA AGRE ·

Crudeles Parcae | nimium! matercula | dicit,
Quoius in hoc | tumulo filia parva | iacet.
Debueram | prius ipsa mori; sed | uumi*na*[1] vestra
Qui | coluere, caduut, *qui*[2] neg|lexere, maneut.
Iu|fernae voces, commen*do* virtute satactam
Circu hoc tumul*um quae* cinis occu*buit.*

Salonis. Corp. III, 2341 litteris pessimis et ad cursivam scripturam declinantibus; descr. Mommsenus. — [1]) NVMIIIA *in lap.* [2]) *Lacuna nulla in lapide.*

---

597 D · M ·

Nou gravis | hic texit tumu|lus te, Puuica, | virgo |
Musarum amor | et Charitum | eras *una*[1] volup|tas
AN · XII

Viruni (Möderndorf). Corp. III, 4910 descr. Mommsenus (Or. 4857). — [1]) *In lapide est* ERASINA; *aut hoc aut versu primo* PVNICA *corrigendum est scribendumque cum Orellio* VNICA.

---

598 D · M ·

Terra te|net corpus, no|meu lapis atque | animam aer.
QV|AMMERVS SER ·

Sirmii (Mitrovitz). Corp. III, 3247 descr. Arnethius.

---

599 *equus marinus cui insidet genius* D *carrus in quo sedent homines II* M *equus marinus cui insidet genius*
protome viri *venatio* *protome viri*

. . . . . . XXXVII, Salvio aun(orum) XXXIII frum(entario) leg(ionis) II adi(utricis) | Iul(ius) Asclepiades caris suis huuc

titul(um) | posui miserabile munus non satis | ut meruistis. Quattuor amissis te quin|tum, Salvi, flere necesse est adsiduae, | dum mea fata resistent. Te nunc amis|so domus inclinata recumbit. Depon(am) | luctús, cum te sequar, cáre, per umbr(as). | Dulce(m) meum Salvium liceat mihi dicer(e) | semper. Optaver(am) tumul(um) tu mihi ut facer(es). | Tot bona tum carui: mer*it*(o) te, care, requiro.

genius. protome puellae. protome viri. genius.

Sirmii (Mitrovitz). Corp. III, 3241 descr. Mommsenus, qui adnotat, apparere hominem versus si non fecisse, tamen facere voluisse.

[600 Ille ego Pannoniis quondam notissimus oris
Inter mille viros fortis primusq. Batavos,
Hadriano potui qui iudice vasta profundi
Aequora Danuvii cunctis transnare sub armis[1]
Emissumq. arcu, dum pendet in aere, telum
Ac redit ex alia fixi fregique sagitta,
Quem neque Romanus potuit nec barbarus unquam
Non iaculo miles non arcu vincere Parthus:
Hic situs, hic memori saxo mea facta sacravi
Viderit anne aliquis post me mea facta sequatur.
Exemplo mihi sum primus qui talia gessi.

In sylloge inscriptionum antiquissima Hungarico-Dacica saeculi XV (apud Ferrarinum) reperitur diciturque reperta esse 'sub ripam Danuvii'. Inde Corpori inscriptionem latinarum III, 3676 inseruit Mommsenus. Postea tamen idem carmen in codice Valentiano n. 393 saeculi IX invenit Alexander Riese, ut iam dubitari non possit, quin non ex lapide titulum exceperit, qui syllogen illam Pannonicam confecerit, sed ex libro aliquo manuscripto, coniecturaque eum in Pannonia repertum esse posuerit. Ego quoque, antequam id edocti essemus, carmen hoc loco iam receperam.]

---

601 HIC · IACET · IN TVMV|LO · AVR · SABINA | PIISSIMA CONIVX | ANNOR (*sic*) XXV

Quem | lapis iste tegit | rapta *est de* luce | serena,
Q*uae* magis | debuerat fessos sepelire parentes |
O dolor! O pietas! O funera tristia coniugis!

MARCVS AVR · | ATTIANVS · DEC · ALE · I · TRH|ACVM (*sic*) · ET · AVR · SABINILLA | FILIA · EORVNDEM · VIVI | SISI · FACIVNDVM · CVRARVNT

Szabard Battyán prope Albam Regiam rep. Corp. III, 3351 descr. Mommsenus.

602 MEMORIÆ | HOC IACET IN LAPIDE · AVRE · MARCELLINA · PIEN|TISSIMA CONIVX · QVEM LAPIS IPSE (*sic*) TEGIT RAP|TA DE LVCE SERENA · HVIC ÆTAS PRIM · CVM · | FLOREBAT · IN ANNIS · INVIDA · FATORVM · GENESIS | MIHI · SVSTVLIT ILLAM · SVPERANE GENETRICE | SVA QVÆ SE CVPIEBAT · OBILLA[1] ANTE MORTI DARI | QVM SIBI FLEBIL CASVS ACCIDERIT IILIA|QVE PERMNSIT INNI/◡/\\VSE QVICVMQVE | LEGIS · NOSTROSI/VT ΓSDΊ DOLORES SIC AVT | ELYSIASıSF K/TORDESCEIVC\\ D/I//'VAS | IVL VICTORINVS BF/OS F C

in latere: E PÆR AVR · | EPTALA · | PIENTISS

Tétény rep. inter Matricam et Aquincum. Corp. III, 3397 descr. Mommsenus. Versus tam confusi sunt ut eos distinguere noluerim. — [1]) *Immo* ab illa ante morti dari. *Quae sequuntur legit Mommsenus:* quam sibi flebil(is) casus accideret; *f*iliaque(?) permansit in *annos* XXV. Set (?) quicunque legis nostros *miserere* [*vel tale quid, ego*] dolores, sic aput Elysias . . . . *vivas*. Iul(ius) Victorinus b(ene)f(iciarius) co(n)s(ularis) f(aciundum) c(uravit) et pater Aur(elius) Eptala pientiss(imae).

---

603 D · M ·

Hic pietatis honos[1] | haec sunt pia dona | mariti
Cui multum | dilecta fui ego Mar|cellina pro merita. | Cernis que mihi | solus coniunx[2] | Aelius, coque[3] post | obitum memor | amoris dicat.

Sarmizegetusae (Varhely). Corp. III, 1537 descr. Mezerzius aliique. — [1]) *Verg. Aen. I, 253.* [2]) *'Univiria ergo fuit'. Mommsenus l. l.* [3]) *I. e. quoque = etiam.*

---

604 *In sinistra lapidis parte:*

Si dolor in*f*ractum potuit convellere *p*ectus
Herculium, cur me flere tamen pigeat?
Nam velut Aeacid*ae* laudavit corpus Achill*i*
Clarus Homerus, item non tua laus similis?
Te sortita Paphon pulchro minus ore notabat
Diva, set in toto cor*d*e plicata inerat.
Sobria quippe tuo pollebat pectore virtus
Non aetate minor, nec minor inde *i*oco.
Nec mihi per validos rapto te morte dolores
Quamvis aequanimo dat puer ut lacrimem;
. . . . su*l*camur volnere victi

Lapis infra fractus est.

In dextra lapidis parte:

Et reparatus item vivis in Elysiis.
Sic placitum est divis aeterna vivere for*ma*
Qui bene de supero lumine sit meritus.
Quae tibi castifico promisit munera cursu
Olim iussa deo simplicitas facilis.[1]
Nunc seu te Bromio signatae mystides at se
Florigero in prato congreg*em* *uti* Satyrum,
Sive canistriferae poscunt sibi Naïdes aequ*e*,
Qui ducibus taedis agmina festa trahas,
Sis quo*d*cunque, puer, quo te tua protulit aetas,
Dummodo . . . .

Lapis infra fractus est.

Philippis. Corp. III, 686 descr. Heuzey. Restituerunt Hauptius et Mommsenus; lectionis mendas graviores tantum adnoto: v. 1. INRACIVM; FECTVS *v. 3.* VEIVL AEACIDE; AEIIIII *pro* ACHILLI *v. 6.* CORVE *v. 8.* NC *pro* NEC; LOCO *pro* IOCO *v. 11.* SVCIAMVP *v. 13.* ALTERNA VIVERE FORNI *v. 18.* CONGRECIIN SATYRVM *v. 19 fin.* ALQV *v. 21.* QVOICVNQVE. —
[1]) *Interpretatus est Hauptius: quae munera (ut in campis Elysiis viveres) castifico cursu (propter vitam quam caste degebas) olim promisit iussa deo (deorum iussu) simplicitas facilis (simplicitas non austera animi tui).*

---

605 Sede *s*ub hac recuba*t* clarus praetorique praefectus
Maiorin*us*, virtute caelebratus magna per orbem.
Haec illi nuc requies fati, haec sedis aetern*a*
Filippi extructa studiis Gratique nepotis.

Busr-el-Hariri in Syria. Corp. III, 124 descr. Waddingtonus. Litteris aetatis infimae, medii paene aevi.

---

606 Vidi pyramidas sine te, dulcissime frater,
Et tibi, quod potui, lacrimas hic m*a*esta profudi,
Et nostri memorem luctus hanc sculpo querelam.
Sit nomen Decimi Centianui[1] pyramide alta
Pontificis comitisque tuis, Traiane, triumphis,
Lustra sex intra cens*e*b*as* consul is esse*t*[2].

In pyramide ad Gize. Corp. III, 21 sec. exemplum unicum saec. XIIII. —
[1]) *I. e.* Decimii Gentiani. [2]) CENSORIS CONSVLIS ESSE *traditur.*

607*a* C · HELVIVS · SPERATVS | V · A · III · MENS · VII · DIE · I
Nolite dolere éventum meum! |
Properavit aetas, hoc dedit | fatum mihi.

in sinistra tabulae parte: SVNT · EIVS · OLLAE · QVINQVE
Romae. Cardinali Diplomi p. 257 n. 502 descr. de Rossi cf. Bormannus Progr. Gymn. Berol. 1871 p. 13.

607 *b* EPHEBVS · AVCTI · F · BIMVS | ET · MENSVM · III · DIES · XIIII | VIXIT

Nolite dolere parentes éventum | meum!
Properavit aetas, | hoc dedit fatum mihi.

Romae. Orelli 1782 descr. Henzenus cf. Bormannum Progr. Gymn. Berol. 1871 p. 13.

607 *c* A · RVSTICELIVS · PARATVS | VIXIT · AN · XXX

Nolite dolere parentes eventum | meum!
Properavit aetas, hoc dedit Fatus mihi.

Romae. Bormannus Progr. Gymn. Berol. 1871 p. 14 descr. C. L. Viscontius.

607 *d* SABIDIA · Ɔ · L · FVSCA · V · A · XIIX

Tu qui tendis iter properatim, siste parumper,
Si grave non | animost, fataque acerba lege.
Ter senos aetas mea cum | processit in annos
Et me specie florentem mei videre sodales. |
Fratrem flentem ex parte altera.
Dolere mater noli! | faciundum hoc fuit;
Properavit aetas, voluit hoc Fatus meus. |
Praevenere diem meae crudelia fata
Et raptam inferna | mei posuere ratem.
Hoc lecto elogio iu(v)enes miserete iacentis |
Et dic discedens: sit tibi terra levis.

L · FAENIVS · MALCIO · P | FAENIA · L · Ɔ · L · HILARA · M · P ·
SABIDIVS · FORTVN · F

Romae. Murat. 2062, 5 descr. Ficoronius. Cf. Bormann Progr. Gymn. Berol. 1871 p. 13.

607 *e* D · M | AMPLIATAE · V · A · IIII | M · VI · D · XXIIII · PEDANIA | PRIMIGENIA · FECIT | VERNAE · KARISSIMAE |

Noli d*olere* mamma! | faciendum fuit; |
Properavit aetas, Fatus | quod voluit meus.

Romae. Progr. Gymn. Berol. 1871 p. 13 descr. Bormannus.

607 *f* Bene adquiescas frater Aucte Tulli,
Sei quicquam sapiunt inferi.
Te lapis optestor leviter super ossa residas,
Ni nostro doleat condita ab officio.[1]

Dolere nóli frater! faciundum fuit;
Properávit aetas, voluit hoc Fátus meus.
VIXIT · ANNOS · XII

Romae. Bormannus Progr. Gymn. Berol. 1871 p. 14 descr. Brunnius. — [1]) *Distichon aliunde notum esse recte adnotat Bormannus cf. Grut. 984, 6. Fabr. p. 284 n. 185. Mur. 1551, 4; 1584, 3. Marini Atti p. 494. Prior versus saepius etiam reperitur aut solus aut accedente pentametro hoc similibusve:* sentiat ut pietas praemia quae meruit *cet.*

607*g* CLODIA · M · L · SECVNDA
O quanta pietas fuerat in hac adulescentia
Fides, amor, sensus, pudor et sanctitas!
Noli dolere, amica, eventum meum!
Properavit aetas, hoc dedit Fatus mihi.

Romae. Gruter p. 968, 12 cf. Bormannum Progr. Gymn. Berol. 1871 p. 13.

607*h* L · SENTI · L · L | COCCETI | V · A · I · M · VI
Nolite dolere parentes, | hoc faciundum fuit.

Romae. Murat. 1213, 9 descr. Henzenus cf. Bormannus Progr. Gymn. Berol. 1871 p. 13.

607*i* C · IVLIVS · C · L | FAVSTVS
CAESERNIA | TERTVLLA
Dolere noli matrem, faciundum fuit.

Romae. Murat. 1261, 6 descr. Henzenus. Cf. Bormann Progr. Gymn. Berol. 1871 p. 13.

608*a* NINNIA · CRONIS · VIX · AN · III · M · X · D · XXV
Quod decuit natam patri praestare sepulto,
Hoc contra natae praestitit ipse pater.[1]

Romae. Gruter 697, 9 ex Lipsii auctar. Smet. — [1]) *Confer alteram urbanam quam supra rettuli n. 431:*

Debuit haec gnatae pietas praestare parenti:
Nunc pater hic gnatae fungitur officio.

608*b* CRVDELIS INPIA MA|TER · CARIS SVIS DVLCIS|SIMIS · VET · PVBLILIO POTITO | CV · QVI VIXIT · AN · N · XIII · DI | LV · ET AERIAEA · ELIAE[1] THEODO|RE · HF · QVE VIXIT · AN · N · XXVII | DI · XLI · INFELICISSIMA MATER | QVE VIDIT FVNVS SVVM · | CRVDELISSIMVM · QVE SI DEVM | PROPITIVM | HABVISSE · HOC | DEBVERA AB EOS PATI

Romae. O. Iahn Spec. epigr. p. 85 descr. Kellermannus. — Summam barbariem titulus ostendit nec tamen post saec. III medium exaratum esse

puto, fortasse aliquanto prius; lege ita: Crudelis inpia mater caris suis dulcissimis vet(erano) Publilio Potito cu(m) qui (immo: quo) vixit an(nis) n(umero) XIII di(ebus) LV et Aeliae Theodor(a)e h(onestae) f(eminae), qu(a)e vixit an(nis) n(umero) XXVII di(ebus) XLI infelicissima mater qu(a)e vidit funus suum (immo: eorum) crudelissimum qu(a)e si deum propitium habuisse(t), hoc debuera(t) ab eos (immo: iis) pati. — [1]) *Lege* AELIAE; *quadratarius pro* AELIAE *insculpserat* AERIAE, *ideo denuo, paulo melius, nomen posuit.*

608c A · SEPPIVS · A · F · SECVN · | CRITIA · P · F · POLLA | SEPPIAE · *a. f.* POSILLAE

Quod decu*it* facere filia*m* | parentibus,
*Maes*ti parentes | suae fecerunt filiae.

Aeclani. I. Neap. 1336 descr. Guarinius.

608d L · CALVIDIO · L · F · CLEMENTI · ANN · XX | II · VIR · DESIGNATO | L · CALVIDIO · L · L · FELICI · AVGVSTALI | LOCVS · DATVS · VTRISQVE · EX | DECVRION · DECRET · IN · FRONT · PED · | CXXX · IN · AGR · PED · XXV · QVOD FILIVS | PATRI FACERE DEBVIT PATER FECIT FILIO

Nolae. I. Neap. 1996 descr. Mommsenus. (Orell. 3813).

608e D · M | VARIAE · MONTAN|AE

Quod par pare|nti fuit facere | filiam,
Mors inmatura | fecit, ut faceret infelix | parens.
VIXIT · ANN · XXII | VARIA · ODYNE · ET · MONTA|NVS · POPVLI · ATINATIVM | MA*rto*R · SER · ARCARIVS · FI*liae* · *p*IENTISSIMAE

Extra Antinum. I. Neap. 5608. Plenam dant antiquiores, partem vid. Brunnius.

608f C · ERENNIVS | MONTANVS | ET · ERENNIA | FELICVLA | ERENNIAE | CAPRIOLAE | FILIAE · FECERVNT | QVOD · FILIA · ILLIS | FACERE · DEB ·

Saepini. Annales inst. arch. 1854 p. 21 n. 2 descr. Caraba.

608g TERMINIAE | Q · F · SABINAE | BRITTIA · SABINA | MATER · P · VIX · A · XXVI

Quod par parenti facere | fuerat filiam,
Mors immatu|ra fecit, ut faceret mater filiae.

IN · F · P · XV IN · A · P · XV

Hadriae. I. Neap. 6139 ad exempl. antiqua. Supra exsculpta cista, acus, speculum, soleae.

608*h* DIS | MANIBVS | SVCCESSI · FIL | CAESIA · GEMELLA | MATER · PIISSIMO | FILIO · DE · SVO | VIX · ANN · IX | M · IIII · DIEB · XV | FATIS · PERACTIS · MATER | POST · OBITVM · FILII | VIX · ANN · III · M · XI D · VIII
Quod fas parenti | facere debuit filius |
Mors immatura fecit | ut faceret parens.
PATER · SVCCESSVS | SVPREMVM · VTRISQVE | PRAESTITIT · OFFICIVM ·
Florentiae. Marini Iscr. Albane p. 191 qui descr.

608*i* D · M · SABIDIO · MAXIMIANO | COIVGI · BENEMERENTI · VIR|GINIO . MEO · QVI · VIXIT · AN|NOS · XXXX · ET · M · V · ET · D · VIIII | DIGNISSIMO . COIVX · DA|FINE · FECIT · EGO · TIBI | QVOD · TV · MI · FACERE | DIBVISTI · MI · QVI · FACI|AT · NESCIO ·
Gallicano. Bull. inst. arch. 1862 p. 82.

608*k* L · CORNELIO | SECVNDO | QVI VIXIT ANN · X | M · V D · XX | L · CORNELIVS | GLYCON | PATER INFEL · | FILIO DVLCISSIM · | QVOD SI TE TVA FATA | VOLVISSENT TV NOBIS | PONERE DEBVERAS
Brixiae. Corp. V sched. descr. Mommsenus. (Grut. 679, 3).

608*l* D M
Quod fas pa|renti decu|it facere *fil(ium)* |
Mors inmatu|ra fecit ut *fac(eret)* | pater.
SEXTO · AP[1] · AN · VI · SEX · APVL · | PROBVS · PATER | V · F ·
Polae. Corp. V, 117 descr. Mommsenus. — [1]) *Sexto A[p(ulio)]. Nota puerum cognomen nondum habere.*

608*m* QVOD · FAS · ERAT · FILIVM | FACERE · PARENTIBVS | MORTE . INMATVRA | Q · SERG · ET · SEX · R[1] | FILIO · FECERE | PARENTES · INFELICISSIMI ·
In vico Istriae Due Castelli. Corp. V, 312 ad exempla antiqua. — [1]) *Nomen patris vel, si fuerunt, nomina parentum corrupta sunt.*

608*n* C · TADIO C · F · SEVEro | ABDVCTO A LATRONIBus | ANN · XXXV ET | PROCVLO F · ANN · VI | . . BRICIA L · L · PRIMIGEN · | coNIVGI ET FILIO POSIT ·
*Fili*us hunc titulum | *debeb*at ponere matri.[1]
Salonis. Corp. III, 2544 descr. Mommsenus. — [1]) *Confer titulum alterum Salonitanum supra n. 580.*

608*o* . VI OL . . . .
QVOD DECVIT. . . . .
MATRI . . . .
ID · MISER · FN . . . .
IN FE . . . .
Dyrrachii. Corp. III, 625 descr. Heuzey.

608p THETIS · EADEM | BVRGAENA | ITALICI · CORISCI | AVG · L · CON · CAR · ANN | XXVI · ET · PERINTHIO | FIL · ANN · XII · H · S · S[1]

Si Fortuna suos potuisset fle|ctere Manes
Hunc titulum | patri ponere debueram. |
ITALICVS · SIBI · ET | SVIS · V · F

Rodosti in Thracia. Corp. III, 729. — [1]) *Interpretare: Thetis quae et Burgaena vocatur, Italici, qui Corisci, Augusti liberti, servus est, coniux carissima annorum XXVI et Perinthio filius annorum XII hic siti sunt.*

608q EGNATIA · FLORENTINA | H · S · E · S · T · T · L

Quod parenti facere debuit | filia,
Id immature filiae | fecit pater.

Cordubae. Corp. II, 2274.

608r Hóc tumuló positum est Ingenui fil(ia) Flora,
Annó quae vixsit mensibus atq(ue) VIIII;
Et quas exsequias debebat nata parentí,
Has pater adversis cásibus ipse dedit.
Terra, precor, fecunda, levis super ossa residas,
Aéstuet infántis ne gravitate cinis.

Caesareae. Renier n. 3976.

CAPVT III.

COLVMNA ROSTRATA.

609 *secest*ANO*sque* . . . . *op*
*sidione*D · EXEMET[1] · LECIONE*sque cartacinienses omnis*
*ma*XIMOSQVE · MACISTR*a*TOS L*uci palam post dies*
*n*OVEM · CASTREIS · EXFOCIONT[2] · MACE*Lamque opidom vi*
*p*VCNANDOD · CEPET[3] · ENQVE · EODEM MAC*istratud bene*
*r*EM · NAVEBOS · MARİD · CONSOL · PRİMOS · C*eset copiasque*
*c*LASESQVE · NAVALES · PRİMOS · ORNAVET · PA*raretque*
CVMQVE · EIS · NAVEBỎS · CLASEIS · POENICAS · OMN*is, item ma-*
*x*VMAS · COPIAS · CARTACINIENSİS · PRAESENTE*d hanibaled*
DICTATORED · OL*or*OM · INALTOD · MARİD · PVC*Nandod vicet*[4]
*v*IQVE NAVE*is cepe*T · CVM · SOCIEIS · SEPTER*esmom unam quin-*
*queresm*OSQVE · TRIRESMOSQVE · NAVEIS · X*xx merset xiii*[5]
*auro*M · CAPTOM · NVMEI · ↀↀↀDCC
*arcen*TOM · CAPTOM · PRAEDA · NVMEI · ↂ ↂ . . . .
omne · CAPTOM · AES[6] · ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ . . . .
. . . ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ ↂ . . . . *pri-*
*mos qu*OQVE · NAVALED · PRAEDAD · POPLOM *donavet pri-*
mosque CARTACINI*ensIS ince*NVOS · D*uxit in*
triumpod EIS . . . . . CAPT . . . .
. . . .

Romae in foro. Corp. I, 195 Ritschl tab. XCV ex lapide. — Cf. de columna C. Duilio M. f. cos. a. u. c. 494 a populo posita Plin. h. n. 34, 5, 20 Quintil. Inst. I, 7, 12 Silius VI, 663 Servius ad Georg. III, 29. Nec tamen ea quam prae se ferat, sed Imperatoris Claudii, ut videtur, aetate titulum compositum esse, demonstravit Mommsenus l. l., nam elogium cum in universum male scriptum esse tum eo sermone, qui longe recedat a brevitate et simplicitate vere antiqua, item s *et* m *extremas nunquam omissas,* c *pro* g *positam, quod iam abhorreat a saeculo quinto,* in *vel* en *praepositionem, pro qua* endo *expectemus, formam denique litterarum, quae sit imperatoriae aetatis, ipsumque Parii marmoris genus, in quo incisa est inscriptio, eam a grammatico quodam docto aetatis imperatoriae compositam esse, evincere. De singulis cf. Mommseni commentarium l. l.* — [1]) *Polyb. I, 24 Zonar. VIII, 11.* [2]) *Zon. l. l.* [3]) *Pol. l. l.* [4]) *Fast. Capit.:* C. Duilius M. f. M. n. cos. primus navalem de Siculeis et classe Poenica egit an. CDXCIII k. intercalar. *Tac. Ann. II,*

49: C. Duilius primus rem Romanam prospere mari gessit triumphumque navalem de Poenis meruit. *Res ipsa nota est.* Praesented Hannibaled *ad Livianum (XL, 52)* inspectante ipso Antiocho *dici videri sed perverse, cum Hannibal pugnae non adfuerit sed interfuerit, adnotat Mommsenus.* [5]) *'Hoc quoque ad titulum L. Aemilii Regilli (Liv. l. l.) dictum videtur:* (naves longae) cum omnibus sociis captae LXII'. *Mommsenus l. l. De re cf. Pol. I, 23 Zon. 8, 11 Oros. 4, 7 Eutrop. II, 20.* [6]) *I. e. auri capti nummi tot, argenti et capti et ex praeda per quaestorem vendita soluti nummi tot, quas faciunt aeris nummos tot. Nummi aurei et argentei videntur esse Siculi, aere indicatur aut as libralis sestertium aequans aut as qui decima pars est denarii.*

ELOGIA.

Elogia clarorum virorum a posteris posita[1].

610 *a.* L · AEM*il*IVS · L · F · PAVLLVS | CO*s* *II*[2] CENS[3] · AVGVR | TR*i*VMPHAVIT · TER[4]

b. P · CORNELIVS · PAVLLI · F · SCIPIO | AFRICANVS · COS · II[5] · CENS[6] | AVGVR · TRIVMPHAVIT · II[7]

c. *q* · FABIVS · Q · F · MAXSVMVS[8] | AED · CVR

d. Q · FABIVS *q* F MAXSV*mus* *aed* CVR · REST[9]

e. Q · FABIVS · Q · F · MAXSVMVS · AED CVR RE*st*

Incriptiones sunt arcus Fabiani (cf. Schol. in Cic. Verr. act. I, 7, 19 Pseudo-Asconius p. 133, Gronovianus prior p. 393, secundus p. 399), repertae Romae in foro ad templum Faustinae. Corp. I, 606 (d. e) 607 (abc) descr. Smetius. — [1]) *Solebant posterioribus reipublicae liberae temporibus qui opus sacrum vel publicum faciebant suorum imagines additis elogiis simul dedicare, de quo more cf. Mommsenum Corp. I p. 277 sq. Ita Q. Fabius Maximus, qui fornicem restituit, collocavit in eo statuas maiorum naturalium suorum Paulli (a), qui regem Persen vicit, Scipionisque (b), qui Carthaginem delevit, et suam ipsius (c). Praeterea nomen suum utrimque in arcu inscripsit, ut posteris traderet, se eam restituisse.* [2]) *Cos. u. c. 572. 586.* [3]) *U. c. 590.* [4]) *'Paullus quoniam ter imperator appellatus est (Mommsen R. Münzwesen p. 633), pro duobus triumphis tres ei tribuuntur cum in hoc elogio tum apud Velleium 1, 9. Pertinet hoc ad augentes, ut Livius ait (22, 31), titulum imaginis posteros'. Mommsenus.* [5]) *U. c. 607. 620.* [6]) *U. c. 612.* [7]) *U. c. 608. 622.* [8]) *Nepotem esse Q. Fabii Maximi Allobrogici*

(cos. 633, L. Aemilii Paulli nepotis ex filio, Africani minoris fratris filii), qui postea consul fuit a. 709, collatis Ciceronis verbis in Vatin. 11, 28 demonstravit Mommsenus. [9]) *Restituisse videtur arcum circa a. u. c. 698 cf. Cic. in Vat. l. l. Mommsenum l. l.*

---

611 *a.* AP · CLAVDIVS[1] | Q · VRB | COS[2] | CVM · P | · SERVILIO · PR*isco*

[1]) *Cf. de eo Drumannum II p. 167 n. 1. Paternum praenomen fortasse deesse, quod hic homo a. u. 250 demum in civitatem receptus credebatur itaque patrem habuisse non civem Romanum, adnotat Mommsenus.* [2]) *A. u. 259.*

611 *b.* *p claudius ap. f. p. n. pulcher* | *colono*S · ADSCRIPSIT · CALES · COS[1] · CVM | *l. porcio iii* VIR · COLONIAM · DEDVXIT GRAVISCAM[2]

611 *c.* *c. claudius ap. f. c. n. pulcher* | Q · III VIR · A · A · A · F · F · AED · CVR · IVDEX · Q · VENEFICIS · PR | REPETVNDIS[3] · CVRATOR · VIS · STERNVNDIS · COS[4] | CVM · M · PERPENA

In eadem tabula marm. scripti erant ambo. — [1]) *A. u. 570. Cf. de eo Drumannum II p. 180 n. 22.* [2]) *Liv. 40, 29 a. u. c. 573.* [3]) *Legendum: q(uaestor), (trium)vir a(uro) a(rgento) a(ere) f(lando) f(eriundo), aed(ilis) cur(ulis), iudex q(uaestionis) veneficiis, pr(aetor) repetundis. De viro cf. Drumannum II, 182 n. 29=II, 184 n. 46. Aed. cur. fuit a. 655 cf Plin. h. n. 8, 7, 19; praetor a. 659 Cic. Verr. 2, 49, 122.* [4]) *A. u. 662.*

611 *d.* M · LIVIVS · M · F · C · N · DRVSVS · PONTIFEX | · TR · MIL · X̄ · VIR · STLIT · IVDIC | TR · PL[1] · X VIR · A · D · A · LEGE · SVA[2] | ET · EODEM · ANNO · V̄ · VIR · A · D · A · LEGE · SAVFEIA[3] | IN · MAGISTRATV · OCCISVS · EST

[1]) *A. u. c. 663. 'Ante tribunatum quaestor in Asia fuit et aedilis (Victor 66), qui duo magistratus cum in elogio post decemviratum scribi deberent, exciderunt quadratarii librariive culpa'. Mommsenus.* [2]) *X vir a(gris) d(andis) a(dsignandis) lege sua, anno scilicet 663 lata. App. b. c. 1, 35 Liv. epit. 71 Victor 66.* [3]) *V vir a(gris) d(andis) a(dsignandis) lege Saufeia. De quinqueviris cf. Mommsenum ad hunc titulum. Saufeius ille, qui tulit legem, ignotus est; fuisse videtur collega Livii in tribunatu.*

611 *e.* C · IVLIVS · L · F · CAESAR | STRABO[1] | AED · CVR[2] · Q · TR · MIL · BIS · X · VIR | AGR · DAND · ADTR · IVD[3] · PONTIF

[1]) *Cf. de eo Drumannum III p. 126.* [2]) *A. u. 664.* [3]) *Decemvir agr(is) dand(is) adtr(ibuendis) iud(icandis). Ad quam agrorum adsignationem hoc munus pertineat, ignoramus.*

611 *f.* *c. iulius c. f. c. n.* CAESAR | *avus augusti* | . . . . *xvir stlit. iud*IC · Q · PR | . . . . *pro* COS · IN · ASIÁ

611 *g.* C · OCTAVIVS · C · F · C · N · C · PRon | PATER · AVGVSTI | TR · MIL · BIS · Q · AED · PL · CVM | C · TORANIO · IVDEX · QVAESTIONVM | PR[1] · PRO . COS · IMPERATOR · APPELLÁTVS | EX · PROVINCIA · MACEDONIA[2]

In eadem tabula marm. scripti erant ambo. — [1]) A. u. 693 Cic. ad Q. fr. 1, 1, 8; Vell. II, 59; Suet. Aug. 2. [2]) Cf. Drumannum 4, 230.

Romae. Corp. I p. 278. 279, VIII (a) IX, X (b. c) VII (d) IV (e) V, VI (f. g) ad exempla antiqua. Pertinuisse titulos ad sacrarium aliquod domus Augustae, in quo imagines stirpis imperatoriae coniunctarumque familiarum propositae fuerint, putat Mommsenus.

---

612 M · AIMILIVS · Q · F · L · N | BARBVLA · DICTATOR[1]

Romae. Corp. I p. 280 n. XI descr. Smetius. — [1]) Dictatorem esse a. u. c. 433 creatum quem Livius 9, 7 dicat M. Aemilium Papum, sive in cognomine annales variarint, sive utroque cognomine vere usus sit, fratrem minorem Q. Aemilii Barbulae cos. 437. 443 et item Paporum familiae principem conicit Mommsenus Corp. I p. 564.

---

613 C · CAECILIVS · Q · F | METELLVS[1] · IMP

Romae. Corp. I p. 280 n. XII descr. Smetius. — [1]) 'Cos. 641 triumphavit ex Thracia a. 643'. Mommsenus.

---

614 Q · CAECILIVS | METELLVS[1] | COS

Tusculi. Corp. I p. 280 n. XIII Ritschl tab. LXIX F ad lap. — [1]) 'Consules huius nominis fuerunt a. 548. 611. 631. 645. 656. 674. 685. 694. 697. 702; cuiusnam ex his fuerit, non apparet'. Mommsenus.

---

615 *p. cornelius p. f.* | SCIPIO · AFRICANVS | COS · BIS[1] · CENSOR[2] | AEDILIS · CVRVLIS[3] | TRIB · MIL[4]

Voconiani in Sabinis. Corp. I p. 280 n. XIV. — [1]) A. u. 549. 560. [2]) A. u. 555. [3]) A. u. 541. [4]) A. u. 538 (Liv. 22, 53).

Elogia alia statuis, hermis, protomis subscripta.

616 FERT · ERRESIVS[1] | REX · AEQVEICOLVS | IS PREIMVS | IVS · FETIALE PARAVIT | INDE · P · R · | DISCIPLEINAM · EXCEPIT

In columna parva ex lap. Albano Romae in monte Palat. rep. Corp. I p. 564 n. XXXV descr. Mommsenus ectypum. — [1]) Errorem fabrilem iudicat Mommsenus scribendumque FERTOR · RESIVS *cf. Auct. de praen. § 1 Auct. de vir. ill. c. 5 et Schweglerum hist. Rom. 1, 555. 603.*

617 *a.* LAVINIA · LATINI · FILIA

b. SILVIVS · AENEAS | AENEAE · ET · LAVI|NIAE · FILIVS

Lavinii (Pratica). a. misit Bormannus, b Corp. I p. 283 n. XXI descr. Vulpius. Titulos ad aetatem fere Diocletiani pertinere posse iudicavit Bormannus, qui vidit. Rettulit inter elogia fori Augusti titulum b Mommsenus, Silvios quoque ab Augusto in foro positos fuisse ex Ovidii verbis Fast. V, 563 conlato Tac. Ann. IV, 9 concludens. Nunc tamen, Laviniae titulo reperto, haec elogia a Romanis, a quibus forma quoque ipsa abhorrent, diversa Lavinioque urbi propria esse constare videtur.

---

618 P · VALESIVS · VOLESI · F | POPLICOLA

Hermae inscriptum. Corp. I p. 280 n. XV.

---

619 P · COR · SCIPIO · AFR

Sub protome. Corp. I p. 281 n. XVI descr. Viscontius.

---

620 QVINTVS HORTENSIVS

In herma. Corp. I p. 281 n. XVIII descr. Viscontius.

---

621 M · CICERO AN · LXIIII

Sub protome Ciceronis Matritensi. Corp. I p. 281 n. XIX descr. Huebnerus.

Elogia clarorum virorum (praecipue triumphatorum) primum ab Augusto in foro suo dedicata, deinde per municipia repetita. (*Cf. Mommsenus Corp. I p. 281 sq.*).

622 AENEA*s ven*ERIS | ET ANCHISA*e filius troia*NOS | QVI · CAPTA · TR*oia et incensa s*VPER|*er*ANT IN *Italiam adduxit* | . . . M · SV . . . . | . . . . . *a*LB*a* . . . . | *oppidum lavinium* CON*didit et* | *ibi regnavit an*NOS · TRÍS · *Inde* | *cum proelio fact*O · NON · CON*paruisset, dictus* EST · INDIGENS[1] | *et in deorum n*VMERO · RELATVS

Pompeiis in foro. Corp. I p. 283 n. XX descr. Mommsenus. (Henzen 5345). — [1]) INDIGES *scribendum videtur cf. Mommsenum l. l.*

---

623 RÓMVLVS · MÁRTIS | *f*ÍLIVS · VRBEM · RÓM*am* | *condi*DIT · ET · REGNAVIT · ANNÓS | DVODEQVADRAGINTÁ[1] · ISQVE | PRIMVS · DVX · DVCE · HOSTIVM | ACRONE · REGE · CAENINENSIVM | INTERFECTO · SPOLIA · OPI*ma* | IOVI · FERETRIO · CONSECRA*vit* | RECEPT*u*SQVE · IN DEORV*m* | NVMERVM · QVIRINV*s* | APPELLATV*s est*

Pompeiis in foro. Corp. I p. 283 descr. Mommsenus. — [1]) *Auctores plerique XXXVII annos tradunt, sed ita etiam Diodorus i. e. Fabius Pictor.*

---

624 M · VALERIVS | VOLVSI · F | MAXIMVS | DICTATOR · AVGVR PRIMVS (*sic*) · QVAM[1] | VLLVM · MAGISTRATVM · GERERET | DICTATOR · DICTVS · EST · TRIVMPHAVIT | DE SABINIS · ET · MEDVLLINIS · PLEBEM | DE SACRO · MONTE · DEDVXIT · GRATIAM | CVM PATRIBVS · RECONCILIAVIT · FAE¦NORE · GRAVI POPVLVM · SENATVS · HOC | EIVS · REI · AVCTORE · LIBERAVIT · SELLAE | CVRVLIS · LOCVS · IPSI · POSTERISQVE | AD MVRCIAI · SPECTANDI · CAVSSA · DATVS | EST · PRINCEPS · IN SENATVM · SEMEL | LECTVS · EST

Arretii. Corp. I p. 284 n. XXIII Ritschl tab. XCVI A (Orell. 535). — De singulis cf. Mommseni commentarium. — [1]) *Lege:* priusquam.

---

625 *l. albinius . . f* | *cum hostes galli obs*IDERENT · CAPITOLIVM ¦ *virgines ve*STALES · CAERE · DEDVXIT | *ibi sacra at*QVE · RITVS · SOLLEMNES · NE | *intermitte*RENTVR · CVRAI · SIBI · HABVIT | *urbe recup*ERATA · SACRA · ET · VIRGINES | *romam re*EXIT

Romae. Corp. I p. 285 n. XXIV descr. Henzenus et Rossius (Orell. 537). — De re cf. Liv. V, 40. VII, 20. (ex eo: Val. Max. 1, 1, 10. Flor. 1, 13, 12. Plut. Cam. 21).

---

626 *m. furius l. f. camillus* . . . .[1] | VEIOS · POST · VRBEM | CAPTAM · COMMIGRA|RI PASSVS · NON · EST[2] | ETRVSCIS AD · SVTRIVM | DEVICTIS · AEQVIS · ET | VOLSCIS · SVBACTIS | TERTIVM · TRIVMPHA|VIT[3] · QVART[4] · SEV*ere in* | VELITERN*os animad*¦*vertit* . . . . . .

Romae. Corp. I p. 285 n. XXV descr. Detlefsenus (Orell. 536). — [1]) *Quot versus exciderint, non adparet.* [2]) *In dictatura secunda a. u. 364.* [3]) *In dictatura tertia a. u. 365 cf. Liv. 6, 2—4 (inde Plut. Camill. 33, 34). Aliter Diodorus 14, 117 cf. Mommsenum l. l.* [4]) *Quart(um) scil. tribunus militum a. u. 368. De re cf. Mommsenum l. l.*

---

627 *l. papirius sp. f. cursor* . . . .[1] | BELLO · SAMNITIVM | CVM · AVSPICII · REPE¦TENDI · CAVSSA · ROMAM | REDISSET · ATQVE · INTE|RIM · Q · FABIVS · AMB*ustus* | MAXIMVS · MAG*ister* | EQVITVM · IN · IV*ssu* | *eiu*S · PROELIO · Con¦*flixisset*[2] . . . .

Romae. Corp. I p. 287 n. XXVII descr. Mommsenus ectypum. (Orell. 540). — [1]) *Quot versus exciderint, non adparet.* [2]) *Cf. Liv. 8, 30. De cognomine Fabii Ambusti cf. Mommsenum l. l.*

628 APPIVS · CLAVDIVS | C · F · CAECVS | CENSOR[1] · COS · BIS[2] · DICT[3] · INTERREX · III[4] | PR · II[5] · AED · CVR · II · Q · TR · MIL · III · COM|PLVRA · OPPIDA · DE · SAMNITIBVS · CEPIT | SABINORVM · ET · TVSCORVM · EXERCI|TVM · FVDIT[6] · PACEM · FIERI · CVM · PYRRHO[7] | REGE · PROHIBVIT · IN CENSVRA · VIAM | APPIAM · STRAVIT · ET AQVAM · IN | VRBEM · ADDVXIT[8] · AEDEM · BELLONAe | FECIT[9]

Arretii. Corp. I p. 287 n. XXVIII descr. Henzenus (Orell. 539). — [1]) *A. u. 442.* [2]) *A. u. 447. 458.* [3]) *Inter a. u. 465—469 cf. Mommsenum Corp. I p. 565.* [4]) *Duo interregna eius a scriptoribus quoque commemorantur Liv. 10, 11 (a. u. 456). Cic. Brut. 14, 55.* [5]) *'Praetor iterum videtur fuisse a. u. 459 Liv. 10, 22. 24. 25.' Mommsenus.* [6]) *Cf. Liv. X, 17 sq. Vict. vir. ill. c. 34.* [8]) *A. u. 442 et sequentibus.* [9]) *Vovit eam cos. II a. u. 458. Liv. X, 19 cet.* [7]) *In lap. videtur esse* TYRRHO, *ita enim descr. Gorius et adicit 'sic'.*

---

629 *q. fabius* | Q · F · MAXIMVS | DICTATOR · BIS[1] · COS · V[2] · CEN|SOR[3] · INTERREX · II[4] · AED · CVR | Q · II · TR · MIL · II · PONTIFEX[5] · AVGVR[6] | PRIMO · CONSVLATV · LIGVRES · SVBE|GIT · EX · IIS · TRIVMPHAVIT · TERTIO · ET | QVARTO · HANNIBALEM · COMPLVRI|BVS · VICTORIS · FEROCEM · SVBSEQVEN|DO · COERCVIT · DICTATOR · MAGISTRO | EQVITVM · MINVCIO[7] · QVOIVS · POPV|LVS · IMPERIVM · CVM · DICTATORIS | IMPERIO · AEQVAVERAT · ET · EXERCITVI | PROFLIGATO · SVBVENIT · ET · EO · NOMI|NE · AB · EXERCITV · MINVCIANO · PA|TER · APPELLATVS · EST[8] · CONSVL · QVIN|TVM · TARENTVM · CEPIT · TRIVMPHA|VIT · DVX · AETATIS · SVAE · CAVTISSI|MVS · ET · RE[9] · MILITARIS · PERITISSIMVS | HABITVS · EST · PRINCEPS · IN · SENATVM | DVOBVS · LVSTRIS · LECTVS EST[10]

Arretii. Corp. I p. 288 n. XXIX descr. Henzenus (Or. 541). — [1]) *Dictator primum inter a. u. 533/535; iterum a. u. 537.* [2]) *A. u. 521. 526. 539. 540. 545.* [3]) *A. u. 524.* [4]) *De interregnis nil constat, sed cf. Mommsenum l. l.* [5]) *A. u. 538—551 Liv. 23, 21; 30, 26.* [6]) *A. u. 490 —551 Liv. l. l.* [7]) *'Excidisse videtur praenomen* M.' *Mommsenus.* [8]) *Ordo rerum gestarum confusus est.* [9]) *Scribendum* rei. [10]) *A. u. 545. 550 Liv. 27, 11; 29, 37.*

---

630 L · AEMILIVS | L · F · PAVLLVS | COS · II[1] · CENS[2] · INTERREX · PR[3] · AED | CVR[4] · Q · TR · MIL · TERTIO · AVG | LIGVRIBVS · DOMITIS · PRIORE | CONSVLATV · TRIVMPHAVIT | ITERVM · COS · VT · CVM · REGE | *persE* · BELLVM · GERERET · A *Po|pulo fa*CTVS · EST · COPIAS REG*is* | *in dieb*VS · QVIBVS *MACe|doniam obtinuit xv DELevit* | *regemque cum filiiS* · *CEPit*[5]

Arretii. Corp. I p. 289 n. XXX Ritschl tab. XCVIb (Orell. 542). — [1]) *A. u. 572. 586.* [2]) *A. u. 590.* [3]) *Pr(aetor) a. u. 563.* [4]) *A. u. 562.* [5]) *Supplevit Mommsenus ad Diodor. Exc. Vat. p. 94. Liv. 45, 41. App. Maced. 19.*

---

631 *ti.* *s*EMPRONIVS P F | GRACCVS . . . .
Arretii. Corp. I p. 289 n. XXXI Ritschl tab. LIVb.

---

632 *c. marius c. f.* | *COS · VII*[1] · *PR*[2] · *TR · PL*[3] · *Q · A*VGVR[4] · TR · MIL[5] · EXTRA | *SORTEM · BELLVM · CVM · I*VGVRTHA[6] · REGE · NVMID[7] | *COS · GESSIT · EVM · CEPIT · ET* · TRIVMPHANS · IN | *SECVNDO · CONSVLATV* · ANTE · CVRRVM · SVVM | *DVCI · IVSSIT · TERTIVM · CO*NSVL · APSENS[8] · CREATVS | *EST · IIII · COS · TEVT*ONORVM · EXERCITVM | *DELEVIT · V · COS · C*IMBROS · FVGAVIT · EX · IEIS[9] · ET | *TEVTONIS · ITERVM · TRIVM*pHAVIT · REM · P · TVRBATAM | *SEDITIONIBVS · TR · PL · ET · PRAETOR · QVI · ARMATI* | *CAPITOLIVM · OCCVPAVERVNT · VI · COS · VINDICAVIT* | *POST · LXX · ANNVM · PATRIA · PER · ARMA · CIVILIA · EXPVLSVS* | *ARMIS · RESTITVTVS · VII · COS · FACTVS · EST · DE · MANVBIIS* | *CIMBRIC · ET · TEVTON · AEDEM · HONORI · ET · VIRTVTI* | *VICTOR · FECIT · VESTE · TRIMPHALI · CALCEIS · PATRICIIS* | *in senatum venit*

Elogium Marii praeter nomen integrum repertum est Arretii, fragmentum Romae; dedi fragmentum Romanum et supplevi litteris maioribus inclinatis ad Arretinum; consentiunt exempla paene accurate, ubi differunt, id aut lapicidae aut librario videtur deberi. Corp. I p. 290 n. XXXII. XXXIII. (Orell. 543). Romanum descripsit Mommsenus, Arretinum Signorilius et Poggius versibus non divisis. — [1]) *A. u. 647. 650—654. 668.* [2]) *A. u. 639.* [3]) *A. u. 635.* [4]) AVG *Arret.* [5]) *Cf. Sall. Iug. 63.* TR · MILITVM *Arret.* [6]) IVGVRTA *Arret.* [7]) NVMIDIAE *Arret.* [8]) COS · ABSENS *Arret.* [9]) FVDIT . EX · ILLIS *Arret.*

---

633 L · LICINIVS · L . F · | LVCVLLVS · | COS[1] · PR[2] · AED · CVR[3] · Q[4] · | TR · MILITVM · AVG · | TRIVMPHAVIT · DE · REGE · PONTI · MITHRIDATE | ET · DE REGE ARMENIA*e* TIGRANE MAGNIS · | VTRIVSQVE REGIS COPIIS CONPLVRIBVS PRO|ELIS · TERRA · MARIQVE · SVPERATIS · CONLE|GAM · SVVM · PVLSVM · A · REGE · MITHRIDAT*e* | CVM · SE · IS · CALCHADONA · CONTVLISSET | OPSIDIONE · LIBERAVIT

Arretii. Corp. I p. 292 n. XXXIV Ritschl tab. XCVIc. (Orell. 545). — [1]) *A. u. 680.* [2]) *A. u. 677.* [3]) *A. u. 675.* [4]) *C. a. u. 666. Cf. de eo Drumannum 4 p. 120 sq.*

Elogia clarorum virorum imperatoriae aetatis publice posita in foro Augusti, postea in foro Traiani.

634 . . . . | POTES . . . . *ob quas res cum decrevisset* | SENATVS · SVPPLICATIONES · DIS · IMMORTALIB · L(?) · *dieRuM AuCtore* | IMP · CAES · NERVA · TRAIANO · AVG · GERM · DACIC · SENATVS · ORNAMENT | TRIVMPHAL · DECR · STATVAMQ · IN · FORO · AVG · PONENDAM · CENSVIT[1]

Romae. Doni p. 173 n. 49 cuius amanuensis descr. (Orell. 3187). Cf. Mommsenum Mon. Anc. p. 118. — [1]) *Dacici nomen adsumpsit Traianus fine a. 102 vel a. 103 (Eckhel VI, 415 cf. Mommsenus Hermes p. 131), Optimi a. 114 (Eckhel VI p. 430); quod cum in hoc titulo nondum gerat imperator, is intra annos 102/103—114 exaratus est. Quibus annis cum bella tantum Dacica et Arabicum gesta sint, illis autem gerendis ipse Traianus praefuerit, supplicationes tituli huius ad bellum Arabicum pertinere constat. Gessit hoc bellum annis 106 vel 107 A. Cornelius Palma, legatus Syriae; eius igitur hanc basem fuisse Borghesius Oeuvr. V p. 31 sq. concludit.*

---

635 . . . . *cum* | IMP · CAESAR . NERVA · TRAIANVS · *aug. germanicus* | DACICVS · GENTEM · DACOR · ET · REgEM · DECEBALVM | BELLO · SVPERAVIT[1] · SVB · EODEM · DVCE · LEG · PROPR · AB | EODEM · DONATO · HASTIS · PVRIS · VIII · VEXILLIS · VIII | CORONIS · MVRALIB · II · VALLARIB · II · CLASSICIS · II | AVRATIS · II[2] · LEG · PROPR · PROVINCIAE · BELGICAE · LEG · LEG · I | MINERVIAE · CANDIDATO · CAESARIS · IN · PRAETVRA | ET · IN · TRIBVNATV · PLEB · QVAESTORI · PROVINCIAE | ACHAIAE · IIII · VIRO · VIARVM · CVRANDARVM | HVIC · SENATVS · AVCTORE · IMP · TRAIANO · AVG | GERMANICO · DACICO · TRIVMPHALIA · ORNAMENT | DECREVIT · STATVAMQ · PECVN · PVBLIC · PONEND · CENSVIT

Romae. Henzen 5448 qui descr. — Ad Licinium Suram spectare hunc titulum demonstravit Borghesius Oeuvres V p. 33 sq., uni enim illi convenit quod dicitur sub eodem duce leg(atus) propr(aetore) *nec legione nec provincia adiecta cf. Iulianum de Caesaribus; Dionem 68, 9, eique triumphalia ornamenta statuamque decretam esse scimus ex titulo Barcinonensi Corp. II n. 4508 cf. 4282. 4536. 4548. —* [1]) *Bellis duobus Dacicis priore a. 101—102, altero 105—107 cf. Mommsenum Hermes p. 130 sq.* [2]) *Bis donis donatus est scilicet in triumphis utriusque belli; nam ob expeditiones singulas IIII hastis IIII vexillis IIII coronis plura non dantur.*

In foro Traiani.

636 M · CLAVDIO · *ti.* F · *Quir.*[1] | FRONTONI · COS[2] | LEG · AVG · PR · PR ·
PRÓVINCIÁRVM · DÁCIÁRVM · *iii prov. daciae maluensis prov. daciae porolis-*
sensis prov.[3] | DACIAE · APVLESIS · SIMVL · LEG · AV*g*[4] · PR · PR · PRO|-
VINCIAE · MOESIAE · SVPER · COMITI · DÍVI · VERÍ | AVG[5] · DÓNÁTÓ ·
DONIS · MILITÁRIB · BELLO · AR|MENIACÓ · ET · PARTHICÓ[6] · AB ·
IMPERÁTORE · ANTÓNÍNÓ · AVG · ET · ÁDÍVO · VERO · AVG · CORONÁ |
MVRALI · ITEM · VALLARI · ITEM · CLASSICA · ITEM | AVREÁ · ITEM ·
HASTIS · PVRÍS · IIII · ITEM · VEXILLIS | IIII · CVRATÓRI · OPERVM ·
LOCÓRVMQ · PVBLICÓR | MISSÓ · AD · IVVENTVTEM · PER · ÍTALIAM ·
LEGEN|DAM[7] · LÉG · AVGG · PR · PR · EXERCITVS · LEGIÓNARIÍ | ET ·
AVXILIÓR · PER · ORIENTEM · IN · ARMENIAM | ET · OSRHOENAM · ET ·
ANTHEMVSIAM[8] · DVCTO|RVM · LEG · AVGG · LEGIONÍ · PRÍMAE ·
MINERVÍ|AE · IN · EXSPEDÍTIONEM · PARTHICAM[9] · DÉDVCEN|DAE · LEG ·
DÍVÍ · ANTONÍNÍ · AVG · LEG · XI · CL · PRAE|TÓRI · AEDILI · CVRVLI ·
AB · ÁCTIS · SENATVS · QVAES|TÓRI · VRBANO · X · VIRO · STLÍTIBVS ·
IVDICANDIS
HVIC · SENATVS · AVCTORe · IMPERATORE · M[10] · AV|RELIÓ · ANTÓNÍNO |
AVG · ARMENIACO · MEDICO | PARTHICO · MAXIMO[11] · QVOD · POST ·
ALIQVOT · SE|CVNDA · PROELIA · ADVERSVM · GERMANOS | ET ·
ÍAZYGES · AD · POSTREMVM · PRÓ · R · P · FORTITER | PVGNÁNS ·
CECIDERIT[12] · ARMATAM · STATVAM · ET[13] | IN · FORO · DÍVI · TRAIANÍ ·
PECVNIA · PVBLICA · CENs[14]

Romae. Henzen 5478. Servavit unus Ligorius et interpolavit, modestius tamen quam adsolet; restituitur fere ex eiusdem hominis titulo Sarmizegetusae in Dacia reperto, quem descriptum a Mommseno (Corp. III, 1457) hic subieci:

636a M · CL · TI · FILIO · QVIRIN | FRONTONI · COS · LEG · AVG · | PR · PR ·
TRIVM · DAC · ET · MOES · SVP · | COMITI · DIVI · VERI · AVG · DONAT · |
DONIS MILIT · BELLO · ARMEN · ET · PARTH · AB · | ÍMP · ANTONIN ·
AVG · ET · A DIVO · VERO · AVGVST · | CORON · MVRAL · ITEM · VALLAR ·
ITEM · CLASSIC · | ITEM · AVREA · ITEM · HAST · PVRIS IIII ÍTEM ·
VEXILL · | CVRATOR · OPER · LOCORVMQ · PVBLIC · LEG · LEG · I · MIN · |
LEG · LEG · XI · CL · PRAETORI · AEDILI · CVRVLI · AB ACTIS | SENATVS ·
QVAESTORI · VRBANO · DECEM · VIRO | STLITIBVS · IVDICANDIS | COL ·
VLP · TRAIAN · AVG · DAC · | SARMIZ[15] · PATRONO | FORTISSIM ·
DVCI AMPLISSIM | PRAESIDI

[1]) M · CLAVDIO · F · Q *traditur.* [2]) *Suffectus anno incerto, cum tamen in triumpho Marci et Veri de Parthis a. 166 (cf. Eckhel VII p. 51) dona*

militaria ea accipiat, quae dari solent legatis consularibus, et a. 164 certe etiamtum legatus praetorius fuerit in Asia atque inde videatur revertisse in Italiam a. 165, consulatu functus videtur esse a. 165 vel 166 ante susceptam curaturam operum publicorum, eodem fortasse tempore quo delectus habebat in Italia. 3) *Haec in lapide videntur fuisse detrita, Ligorius exhibet:* ET · SVPER · SIMVL · LEG · AVG · PR · PR · PRÓVINCIA . . . | DÁCIAR · LEG · AVGG · PR · PR · MOESIAE · SVPER *quae absurda sunt atque sine dubio ipsius ingenio debentur. Restituit Mommsenus.* 4) AVGG *traditur, sed post mortem Veri demum legatus factus esse videtur.* 5) *Comes fuit Veri in expeditione Germanica (bello Marcomannico) a. 168 exeunte ineunteque a. 169. Primis a. 169 mensibus Verus obiit.* 6) *Bellum contra Parthos gestum est annis 163—166, cuius tres partes distinguuntur Armeniacum a. 163, Parthicum a. 164. 165, Medicum a. 166; Fronto Armeniaco tantum Parthicique initio interfuit.* 7) *Cf. Renierus Mélanges d'épigr. p. 73 sq.; hoc unicum est exemplum, in Italia legiones conscriptas esse saeculo secundo.* 8) *Significantur regiones quibus bellum Armeniacum initiumque Parthici gestum est.* 9) *Totum bellum ita vocatur.* 10) AVCTOREM · IMPERATOREM *traditur.* 11) *M. Aurelius nondum Germanicus appellatur, titulus igitur ante a. 172 positus est. Eckhel VII p. 73.* 12) *Cum initio a. 170 filium Frontonis inter Salios receptum esse verisimile sit (Orell. 2207) idque vivis tantum et patre et matre fieri potuerit, Borghesius aut eo ipso anno aut non ita multo post Frontonem obiisse coniecit. Cecidisse igitur videtur inter a. 170—172.* 13) *Corruptum est, fortasse delendum.* 14) Ponendam *excidisse videtur.* 15) *Col(onia) Ulp(ia) Traian(a) Aug(usta) Dac(ica) Sarmiz(egetusa).*

---

637 . . . . *comiti imp.* | ANTONINI · AVG · ET · *divi*[1] · VERI · BELLO · GERMANIC | ITEM · COMITI · IMP · ANTONINI · AVG · GERMANICI · SAR|MATICI · LEG · LEG · I · MINER · CVRATORI · CIVIT · ARAVS | PROV · GALLIAE · NARB · PRAETORI · TRIB · PLEB · CANDIDATO | IMP · DIVI · HADRIANI · AB · ACT · SENAT[2] · QVAESTOR · PROV | NARB · TRIB · MIL · LEG · VI · VICT · CVM · QVA · EX · GERM · IN | BRITAN · TRANSIIT · IIII · VIR · VIAR · CVRANDAR | HVIC · SENATVS · AVCTORE · M · AVR · ANTONINO · AVG | ARMENIAC · MEDIC · PARTHIC · MAXIMO · GERM · SARMAT[3] | STATVAM · PONI . HABITV · CIVILI · IN · FORO · DIVI · TRAIANI | PECVNIA · PVBLICA . CENSVIT

Romae in foro Traiani rep. Gruter 457, 2 (Orelli 3186), ubi secundum Boissardum male iuncta datur cum titulo altero plane diverso. — 1) M *traditur i. e.* IVI, D *excidit* 2) *Ab act(is) senat(us). Inde ab Antoninorum aetate semper aediles curules designati ab actis senatus sunt; antea et*

Hadriani etiam aetate imperatores ex arbitrio homines ordinis senatorii elegisse videntur, qui curam illam agerent cf. Tac. Ann. V, 4; infra n. 1163 (ab actis Imp. Traiani Aug. *ante tribunatum plebis post quaesturam); n. 1154* (curator actorum senatus *inter triumviratum monetalem et quaesturam).* [3]) *Unicum quod sciam exemplum quo haec nomina coniuncta inveniuntur; deposuit enim Marcus nomina Armeniaci Medici Parthici Maximi post mortem Veri (Eckhel VII, 58). Titulus positus est a. 175 vel 176, nam cum statua decerneretur Commodus nondum Augustus erat, id quod evenit fortasse iam a. 176 exeunte, certe a. 177, Marcus autem Sarmatici nomen iam adsumpserat, quod ab anno demum 175 invenitur.*

---

638 BASSAEO · M · F · S . . . | RVFO[1] · PR · PR[2] · | *im*PERATORVM · M · AVRELI · ANTONINI · ET | *l.* AVRELI · VERI · ET · L · AVRELI · COMMODI · AVGG | CONSVLARIBVS · ORNAMENTIS · HONORATO | *e*T · OB · VICTORIAM · GERMANICAM · ET · SARMATIC | *a*NTONINI · ET · COMMODI · AVGG · CORONA | *m*VRALI · VALLARI · AVREA · HASTIS · PVRIS · IIII | *to*TIDEMQVE · VEXILLIS OBSIDIONALIBVS | *ab iisdem* DONATO[3] · PRAEF · AEGYPTI[4] · PRAEF | . . . .[5] PROC · A · RATIONIBVS · PROC · BELG*icae* | *et du*ARVM · GERMANIARVM · PROC · REGNI | *nori*CI · PROC · ASTVRIAE · ET · GALLECIAE · TRIB | *coh. ii* PR · TRIB · COH · X · VRB · TRIB · COH · V · VIGVL · PP · BIS[6] | *huic sen*ATVS AVCTORIBVS · IMPP · ANTONINO · ET | *commo*DO · AVGG · STATVAM · AVRATAM · IN · FORO | *divi traia*NI · ET · ALIAM · CIVILI · AMICTV · IN · TEMPLO | *divi pii* TERTIAM LORICATAM · IN TEM|*plo. martis. ultoris. po*NENDAS · CENSVIT

Romae in vinea extra portam Collatinam. Kellermann vig. n. 42 ad exemplum antiquum (Orell. 3574 cf. Henzen p. 372) suppl. Borghesius et Labusius. — [1]) *Cf. de eo Dio epit. 71, 5 (a. 172) et Excerpta Vaticana ed. Dindorf V p. 206; I. Neapolit. 4916. Friedlaender Sittengesch. I p. 163 Hirschfeld Philol. 1869 p. 31. Et praenomen et tribus incerta sunt.* [2]) *Pr(aefecto) pr(aetorii) cum Macrino Vindice.* [3]) *In triumpho a. 176.* [4]) *Inter annos 161—166 Corp. I. Graec. III p. 312.* [5]) *Aut* vig(ilum) *aut* ann(onae) *supplendum.* [6]) *P(rimi)p(ilus) bis.*

---

639 *t. vitrasio . . f. pollioni*[1] *cos. ii*[2] | *amico aug*VSTORVM[3] COMIT*i imp. anto*|*nini et divi veri* AVGG[4] EXPEDI*tionis* | *germ*ANICAE ITEM COMITI *imp.* | *antonini et com*MODI AVGG · EXPEDIT*ionis* | *germanicae sar*MATICAE[5] BIS DONIS M*ilit* | *donato cor*ONIS MVRALIBV*s ii valla*|*ribus ii aur. ii* HAS*tis puris viii vexillis viii*[6] *procos. asiae*[7] . . . . *leg. aug. pr. pr. moesiae inferioris* . . . .[8] | *pontifici* SODALI ANTONINI*ano*[9] . . . . | . . . . RVM[10] ·

PRAETORI QV*aestori* | *iii viro monetali* · A · A · A · F · F · MARITO *Anniae* |
. . . . . *fausti*NAE IMP CAESARIS M *antonini aug.* | *et div*AE FAVSTINAE
PIAE PA*truelis*[1] [1] *imp.* | *caesaris commodi* AVG *patrui magni filiae.* | *huic senatu*S
AVCTORIBVS IMP*eratoribus* | *antonino et* COMMODO AVGG · *Germanicis sarma-*
*ti*CIS STATVAS DVAS V*nam ha*|*bitu milita*RI IN FORO DIVI TRA*iani al*|*teram*
*habi*TV CIVILI IN PRONA*o aedis* | *divi pii pon*ENDAS CENS*uit.*

Romae. Henzen 5477 qui descr. Supplementa sunt Borghesii, Henzeni, mea. — [1]) *Pertinere ad Pollionem v. 11. 12 conlato titulo Gallico (Gréoux rep. Borghesi Oeuvr. III p. 245) demonstrant:* *annia . . . . . f.* | FIL · FAVSTIN*a* | T VITRASI POLLI|ONIS COS II PRAE*t* | *com*IT IMP PONTIF | *proc*OS ASIAE | VXOR | NYMPHIS | GRISELICIS [2]) *Cos. I anno incerto sub Pio, cos. II a. 176.* [3]) Pr(aefecto) p(raetorii) Augustorum *supplent Borghesius Henzenusque, vix recte. Neque enim sic scribebatur:* pr. pr. Augustorum *sed aut simpliciter* pr. pr. *aut* pr. pr. Imperatorum *illorum, neque a titulo Faustinae modo relato hic magistratus abesse poterat. Praeterea iam saeculo secundo hominem consularem praefectum praetorio factum esse, non credendum, certe sub Marco praefectos praetorii semper equites fuisse ex Capitolini verbis concludendum vit. Pertinacis c. 2:* doluitque palam Marcus, quod, cum senator (Pertinax) esset, praefectus praetorii fieri a se non posset *cf. vit. Commodi c. 4 Marquardt II, 3 p. 287. Praefectum praetorii Pollionem fuisse Borghesius coniecit ex epistula Marci imperatoris ad senatum apud Iustin. Mart. Apolog. II p. 214 (ed. Otto, Ienae 1847) ubi nominatur* Βιτράσιος Πολλίων πραίφεκτος. *Cum tamen haec epistula post Imperatoris Iustiniani demum tempora ficta sit (cf. Tillemont hist. des emp. II p. 560 ed. Venet. a. 1732. Reimar. ad Dionem 71, 9 § 49), titulus quoque praefecti parum habet auctoritatis. Scripsi ego* amico *quod etsi ipsum incertum tamen non sine exemplo est cf. Mommsenum Hermes IV p. 129.* [4]) *Augusti nomen divo aetate meliore non adicitur, sed M. Aurelii aetate iam frequenter id occurrit; e. c. cf. n. 945.* [5]) *Ita scribendum puto ad exemplum tituli n. 637:* comiti Imp. Antonini Aug. et divi Veri bello Germanico item comiti imp. Antonini Aug. Germanici Sarmatici. *Indicatur bellum annorum 167—176. Commodus recte commemoratur, triumphavit enim cum patre die 23 Decemb. 176 de Germanis et Sarmatis. Ad bellum Marcomannicum secundum spectare non potest cf. notam sequentem. Versus 4 reliquis paullo brevior erat.* [6]) *In triumpho scilicet a. 176; bis donari potuit cum duabus expeditionibus et Germanicae et Sarmaticae adfuisset Ne arbitreris primum Pollionem dona accepisse a. 176, deinde a. 180 in Commodi de Germanis et Sarmatis triumpho; nam cum is actus est, Marcus iam inter divos relatus erat, vivebat autem cum hic*

titulus positus est. [7]) *Cf. tit. Faustinae et Aristidem Sacr. Serm. IV, 1 p. 323. Proconsulatum obtinuit a. 156.* [8]) *Versus nonnulli exciderunt quibus legationes provinciarum legionisque exhibebantur. Legatum Moesiae inferioris eum fuisse novimus ex titulo Henzen n. 5290. Praeterea Henzenus ex titulo Faustinae supra relato eum proconsulem prov. Narbonensis fuisse coniecit, perperam; nam post proconsulatum Asiae, qui in illa inscriptione iam commemoratur, alterumque consulatum proconsulatum prov. Narbonensis obtinere nullo modo potuit. — Iam sequuntur honores urbani, quibus sacerdotia praemittuntur, haudquaquam ordine chronologico. Sodalis enim Antoninianus mortuo demum Pio factus esse potest, legatus autem Moesiae eo vivo fuit.* [9]) *Inter sodales Antoninianos postremis demum vitae annis adlectus videtur esse, cum hoc sacerdotium in Faustinae titulo nondum commemoretur.* [10]) Praef(ecto) alimentoRVM *Borghesius Henzenusque, potest etiam fuisse:* cur(atori) operum publicorum. [11]) *Filia L. Annii Libonis cos. 128, patrui imperatoris M. Antonini. Borghesi Oeuvr. III, 244 sq. V, 204.*

---

640 .... | .....*pi*AE FIDELIS .... LEG | ...... PIAE · FIDELIS | *huic sen*ATVS · AVCTORE | *imp. caes. l.* SEPTIMIO SEVERO | *pertina*CE · AVG · STATVAM · | *auratam eque*ST · IN FORO DIVI | *traiani ponend*AM CENSVIT

Romae in foro Ulpio. Kellermann vig. p. 37.

---

641 PHOSPHORII[1] | LVCIO · AVR · AVIANIO SYMMACHO VC[2] | PRAEFECTO VRBI[3] CONSVLI[4] PRO PRAEFECTIS PRAETORIO IN VRBE ROMA FINITIMISQVE | PROVINCIIS PRAEFECTO ANNONAE VR|BIS ROMAE PONTIFICI MAIORI QVINDE|CEMVIRO · S · F[5] · MVLTIS LEGATIONIBVS | PRO AMPLISSIMI ORDINIS DESIDERIIS | APVD DIVOS PRINCIPES FVNCTO QVI | PRIMVS IN SENATV SENTENTIAM ROGA|RI SOLITVS AVCTORITATE PRVDENTIA ATQ · | ELOQVENTIA PRO DIGNITATE TANTI ORDI|NIS MAGNITVDINEM LOCI EIVS IMPLEVE|RIT AVRO INLVSTREM STATVAM QVAM | A DOMINIS AVGVSTISQ · NOSTRIS[6] SENATVS | AMPLISSIMVS DECRETIS FREQVENTIB · IN|PETRABIT (*sic*) IDEM TRIVMFATORES PRINCIPES | NOSTRI CONSTITVI ADPOSITA ORATIONE IVS|SERVNT QVAE MERITORVM EIVS ORDINEM | AC SERIEM CONTINERET QVORVM PERENNE | IVDICIVM TANTO MVNERI HOC QVOQVE AD|DIDIT VT ALTERAM STATVAM PARI SPLEN|DORE ETIAM APVD CONSTANTINOPOLIM | CONLOCARET | *dedi*CATA · III · KAL · MAIAS | *d. n.* GRATIANO · IIII · ET MEROBAVDE *conss.*[7]

Romae. Orelli 1186 descr. Ang. Maius. — ¹) Cognomen est Symmachi; saepe ita posteriore aetate cognomen aliquod reliquo titulo praeponitur cf. n. 670. ²) V(iro) c(larissimo). Pater est Symmachi eius, cuius opera partim nobis servata sunt (cf. titulum eius infra n. 1235); huius quoque epigrammata nonnulla habemus (Anthol. Rom. ed. Burmannus II, 145—149; Meyer 269—273) cf. Symmach. epist. 1, 4. ³) A. 364. ⁴) Suff. circa a. 376 putat Maius. ⁵) S(acris) f(aciundis). ⁶) Valens, Gratianus, Valentinianus II. ⁷) A. 377.

---

642 *CL* · CLAVDIANI V · C[1] | *CLA*VDIO CLAVDIANO V C TRI|*BV*NO ET NOTARIO INTER CETERAS | *VIG*ENTES ARTES PRAEGLORIOSISSIMO | *P*OETARVM LICET AD MEMORIAM SEM|*P*ITERNAM CARMINA AB · EODEM | SCRIPTA SVFFICIANT · ADTAMEN | TESTIMONII GRATIA OB IVDICII SVI | *f*IDEM[2] · DD NN ARCADIVS ET HONORIVS[3] | *fe*LICISSIMI[4] AC DOCTISSIMI | IMPERATORES SENATV PETENTE | STATVAM IN FORO DIVI TRAIANI | ERIGI COLLOCARIQVE IVSSERVNT

ЄΙΝ ЄΝΙ ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ ΝΟΟΝ | ΚΑΙ ΜΟΥϹΑΝ ΟΜΗΡΟΥ | ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ ΡШΜΗ ΚΑΙ | ΒΑϹΙΛΗϹ ЄΘЄϹΑΝ

Romae, nunc Neap. in museo. I. Neap. 6794 descr. Mommsenus et suppl. ex Smetiano exemplo. — ¹) V(iri) c(larissimi). ²) EIDEM *in lap. ³) A. 395/408. ⁴)* EILICISSIMI *in lap.*

---

643 FL · PEREGRINO SATVRNINO | A PRIMIS ADVLESCENTIAE SVAE ANNIS | PACE BELLOQVE IN REPVBLICA DESV|DANTI POST IVGES EXCVBIAS MILITIAE | TRIBVNO MILITVM COMITI ORDINIS | PRIMI MODERANTI INLVSTREM SACRII | PATRIMONII COMITIVAM SECVNDO VRBI | PRAEFECTO[1] CVI OB TESTIMONIVM MORVM | INTEGRITATIS ADQVE IVSTITIAE | SINGVLARIS INLVSTRIS VRBANAE | PRAEFECTVRAE GEMINAM DIGNITATEM | SACRO IVDICIO AETERNI PRINCIPES[2] | DETVLERVNT MERITORVMQVE INSIGNIVM | CONTEMPLATIONE AD POSTERITATIS | MEMORIAM DECORANDAM STATVAM SVB | AVRO FVLGENTEM IN FORO DIVI TRAIANI | ERIGI CONLOCARIQVE IVSSERVNT

Romae. Kellermann vig. p. 69 n. 264 qui descr. (Or. 3161). — ¹) A. 401. ²) Arcadius et Honorius.

---

644 PETRONI MAXIMI[1] ◦ | D · D · D · N · N · N · INVICTISSIMI · PRINCIPES · HONORIVS | THEODOSIVS · ET · CONSTANTIVS[2] · CENSORES | REMVNERATORESQVE · VIRTVTVM | PETRONIO · MAXIMO · V · C · PRAEF · VRB · OB PETITION | SENATVS · AMPLISSIMI · POPVLIQ · ROMANI · STATVAM | MERITORVM · PERENNE · MONVMENTVM · IN · FORO | VLPIO · CON-

STITVI · IVSSERVNT · CVM · A · PROAVIS | ATABISQ · NOBILITAS · PARIBVS · TITVLORVM · INSIGNIBVS | ORNATVR · QVI · PRIMAEVVS · IN · CONSISTORIO | SACRO · TRIBVNVS · ET · NOTARIVS · MERVIT · NONO · DECIM | AETATIS · ANNO · SACRARVM · REMVNERATIONVM | PER · TRIENNIVM · COMES · POST · PRAEF · VRBIS · AET · SEX | MENSIB · HASQVE · OMNES · DIGNITATES · INTRA · VICE SIMVM · QVINTVM · ADSECVTVS · AETATIS · ANNVM | PVBLICVM · IN · SE · TESTIMONIVM · ET · AETERNORVM | PRINCIPVM · IVDICIVM · PROVOCAVIT

Romae. Grut. 449, 7 ab amicis Smetius. (Orell. 1140). — [1]) *Idem postea a. 455 Valentiniano occiso per paucos menses imperavit.* [2]) *D(omini) n(ostri) (tres) cet. a. 421 cf. Eckhel VIII p. 175.*

---

645 NICOMACHO · FLAVIANO[1] CONS · SICIL[2] · VICAR AFRIC[3] · QVAEST · AVLAE | DIVI THEODOSI[4] · PRAEF · PRAET · ITAL · ILLYR ET AFRIC ITERVM[5] | VIRTVTIS AVCTORITATISQ SENATORIAE ET IVDICIARIAE ERGO | REDDITA IN HONOREM FILII NICOMACHI FLAVIANI[6] CONS CAMP[7] | PROCONS · ASIAE[8] · PRAEF VRBI SAEPIVS[9] NVNC PRAEF · PRAET · | ITALIAE · ILLYRICI ET · AFRICAE[10] · |

Imperatores Caess. Fl. Theodosius et Fl. Placidus Valentinianus | semper Augg. senatui suo salutem.

Clarorum adq(ue) inlustrium in rep(ublica) virorum adversum casus condicionis | humanae interpolatum aliqnatenus adserere honorem, et memoriam | defuncti in lucem ....[11] revocare emendatio quaedam eius sortis | videtur, quae praciudic*ium* . . m . mumq . . . . ent . .[12] virtutum existimatur. | Bono nobiscum, p(atres) c(onscripti), *faustoq(ue)*[13] omine intellegitis profecto, quidquid in resti|tutionem *honoris ac nom*inis inlustris et sanctissimae aput omnes recor|dationis Flaviani senio*ris* adimus, divi avi nostri[14] venerationem esse, | si eum quem vivere nobis, servariq(ue) vobis, quae verba eius aput vos fuisse | pleriq(ue) meministis[15], optavit, sic in monumenta virtutum suarum titulosq(ue) revo|cemus, ut quidquid in istum caeca insimulatione conmissum est procul ab eius | principis voto fuisse iudicetis. Cuius in eum effnsa benivolentia, et usq(ue) ad an|nalium[16], quos consecrari sibi a quaestore et praefecto suo voluit, provecta, | excitavit livorem inproborum. Nunc si aput vos abunde causas piaetatis | adstrnximus, accipite aliud, quod de vestris in illum sensib(us) et provinciar(um) | omnium indiciis muniamur. Quib(us) per illum locupletioris adhuc reip(ublicae) | bona vel adservata vel etiam aucta tantum et aput nos reverentiae contu-

le|runt, ut quod hodie facimus in pectorib(us) et sensib(us) vestris absq(ue) interpella|tione ulla mediae oblivionis fuisse noverimus. Ex quo quidem ipso non minu*s* | memoriae illius, quam nobis, p(atres) c(onscripti), supra omnia praestitistis, ut non immerito patientiae vestrae gratias agamus, ne quid erga restitutionem honoris eius[17] | admoniti potius quam sponte fecisse videamur. Cum alioqui ipse etiam de institu|tione illius probatus saepe nobis parentibusq(ue) nostris Flaviani fili*us*[18], | honor semiplenus etiam sub praefecturae praetorianae apice, quem provide*ntia* | et industria sua cottidie auget, delatus existimetur, nisi integer tandem et abs*q(ue) ullo* | *r*eligiosi muneris debito totius domus eius familiaeq(ue) sit. Gaudete ergo nobis*cum*, | p(atres) c(onscripti), optimo imperii nostri opere, ut nobiscum recognoscitis, et redditam vobis e*t* | patriae senatoris eius memoriam et dignitatem probate, cuius consort*io* | clariores fuistis, et in posteris eius eadem aput nos reverentia vigetis. |

APPIVS NICOMACHVS DEXTER[19] V C EX PRAEF VRB[20] AVO OPTIMo | STATVENDAM CVRAVI

a latere dextro: *dedicata* .... SEPTB · | *basso et antioc*HO VV CC · CONSS[21] ·

Romae in foro Ulpio in basi magna. Henzen 5593 descr. et suppl. de Rossi, qui (Ann. Inst. arch. 1849 p. 286) alteram sine dubio sub hac inscriptionem insculptam olim sed postea erasam fuisse adnotat. Fuit ista titulus primarius statuae in foro Ulpio Nicomacho senatus consulto (inter annos fortasse 384—390 cf. Rossium l. l. p. 351) positae. — [1]) *Cf. de eo et de reliquis Nicomachis Rossium l. l. et O. Iahnium Ber. d. sächs. Ges. d. W. 1851 p. 336. Huius alteram inscriptionem habemus sequentem. (Romae rep. Orell. 1188 corr. Rossius Ann. Inst. arch. 1849 p. 291 qui vidit):*

645 *a.* VIRIO NICOMACHO FLAVIANO VC | QVAEST · PRAET · PONTIF · MAIORI · | CONSVLARI ◦ SICILIAE · | VICARIO ◦ AFRICAE | QVAESTORI · INTRA PALATIVM | PRAEF · PRAET · ITERVM · COS · ORD | HISTORICO DISERTISSIMO | Q · FAB · MEMMIVS SYMMACHVS[22] · VC | PROSOCERO · OPTIMO ·

[2]) *Cons(ulari) Sicil(iae).* [3]) *A. 377; l. l. p. 293 sq.* [4]) *Circa a. 381 vel 382; l. l. p. 296.* [5]) *Praefectus praetorii I fuit circa a. 382; praef. iterum circa a. 391 et 392; l. l. p. 296 sq. — Consulatus ordinarius hic praetermittitur cum in altero titulo modo relato commemoretur. Fuit consul a. 394, nominatus ab Eugenio tyranno, cuius partes sequebatur; ideo, nomine eius e fastis sublato, in publicis certis documentis*

consul non dicitur; l. l. p. 300 sq. 6) *Eius est subscriptio quae legitur in fine librorum Livianorum VI, VII, VIII:* NICOMACHVS FLAVIANVS V C III PRAEFECT VRBIS EMENDAVI APVD HENNAM. *Iahn l. l.* 7) *Cons(ulari) Camp(aniae).* 8) *A. 383; l. l. p. 312.* 9) *Praef(ectus) urbi I datus est ab Eugenio inter a. 392—394; II ab Honorio Augusto circa a. 399 (l. l. p. 318 sq.), III inter a. 402—410 (p. 334 sq.). Formula insolita usurpatur ob praefecturam primam parum legitimam; l. l. p. 317.* 10) *A. 431.* 11) Hominum *vel tale quid supplevit Rossius p. 286 cf. p. 348.* 12) Praeiudiciu[m su]mmumq(ue) [detrim]ent[um] *supplevit idem ibid., perperam sine dubio.* 13) *Supplevit idem ibid.* 14) *Theodosii Magni.* 15) *His verbis Theodosius, Eugenio victo, in senatu de Nicomacho usus est; cf. Zosimum IV, 5; l. l. p. 353.* 16) *Annales Nicomachi idem opus sunt, ob quod in altero titulo nominatur* historicus disertissimus. Annalium *dicitur casu secundo pro* annalium libros, *noto aevi inferioris usu; parum recte Rossius supplet* acceptionem. 17) '*Flavianus senior cum Arbogaste ad partes Eugenii transgressus a Theodosio victore honoribus ac bonis privatus est. De morte eius parum constat (l. l. p. 352). Filio Flaviano Theodosius ipse patrimonium reddidit; Honorius eum in aulam arcessivit (l. l. p. 317), sed honor ei* semiplenus *erat, antequam patris quoque honores restituti essent'. Henzenus.* 18) *Male omissa esse vocabula* ei *et* fuerit, *Rossius iudicat.* 19) *Ad eum spectat subscriptio in fine librorum Livianorum III, IV, V:* NICOMACHVS DEXTER V C EMENDAVI AD EXEMPLVM PARENTIS MEI CLEMENTIANI. *Filius fratris cuiusdam Nicomachi iunioris est; Appii Dextri nomina a matre adsumpsisse videtur, filia fortasse neptive Appii Claudii Tarronii Dextri Grut 34, 1. Borghesius apud Rossium l. l. p. 361. Pater num Clementianus vocatus sit, dubium est; Rossius quidem magistrum eum fuisse Dextri rhetoremque iudicat, quem discipulus pietatis causa parentem appellet; l. l. p. 326 sq.* 20) *V(iro) c(larissimo) ex praef(ecto) urb(i). Praef. urbi fuit inter a. 427 et 431; l. l. p. 330—347.* 21) *V(iris) c(larissimis) cons(ulibus). A. 431.* 22) *Cf. infra n. 1235.*

---

646 FL · MEROBAVDI $\overline{\text{VS}}$ COM · SC[1] | FL · MEROBAVDI · AEQVE FORTI ET DOCTO VIRO · TAM FACERE LAVDANDA | QVAM ALIORVM FACTA LAVDARE PRAECIPVO · CASTRENSI EXPERIENTIA CLARO · FACVNDIA VEL OTIOSORVM STVDIA SVPERGRESSO · CVI A CREPVNDIIS PAR VIRTVTIS · ET ELOQVENTIAE CVRA · INGENIVM | ITA FORTITVDINI VT DOCTRINAE NATVM · STILO ET GLADIO PARITER EXERCVIT · NEC IN VMBRA · | VEL LATEBRIS · MENTIS VIGOREM SCHOLARI TANTVM OTIO TORPERE PASSVS · INTER ARMA LITTERIS | MILITABAT · ET IN ALPIBVS

ACVEBAT ELOQVIVM · IDEO ILLI CESSIT IN PRAEMIVM NON VERBENA VILIS · | NEC OTIOSA HEDERA · HONOR CAPITIS HELICONIVS · SED IMAGO AERE FORMATA · QVO RARI EXEMP|LI VIROS · SEV IN CASTRIS PROBATOS · SEV OPTIMOS VATVM · ANTIQVITAS HONORABAT · QVOD HVIC QVO|QVE CVM AVGVSTISSIMIS ROMA PRINCIPIBVS · THEODOSIO ET PLACIDO VALENTINIANO[2] · RERVM DO|MINIS · IN FORO VLPIO DETVLERVNT · REMVNERANTES IN VIRO ANTIQVAE NOBILITATIS · NOVAE GLO|RIAE · VEL INDVSTRIAM MILITAREM · VEL CARMEN · CVIVS PRAECONIO GLORIA TRIVMFALI CREVIT IM|PERIO · | DEDICATA IIII KAL · AVG . CONSS DD NN THEODOSIO XV ET VALENTINIANO IIII[3]

Romae. Orelli 1183. — [1]) *V(iro) s(pectabili), com(iti) s(acri) c(onsistorii).* [2]) *A. 425—450.* [3]) *A. 435.*

---

647 ANICII · IVN · | ANICIO · PAVLINO · IVN[1] · C · V · | PRO · COS · ASIAE · ET · HELLESPONTI | CONSVLI · ORDINARIO[2] · PRAEF · VRBI | VICE · SACRA · IVDICANTI · OB | MERITVM · NOBILITATIS · ELOQVII | IVSTITIAE · ATQ · CENSVRAE · QVI|BVS · PRIVATIM · AC · PVBLICE | CLARVS · EST · PETITV · POPVLI · R · | TESTIMONIO · SENATVS · IVDICIO | D · D · N · N · TRIVMPHATORIS · AVG | CAESARVMQ · FLORENTIVM | STATVAM · SECVNDAM · AVRO | SVPERFVSAM · LOCARI · SVMPTV | PVBLICO · PLACVIT

Romae. Gruter 353, 4 descr. Smetius (Orell. 1082). Eidem altera haec basis posita est, item Romae rep. (Grut. 1090, 19 ex Pighianis):

647 *a.* HONORI · AMMIO · MANIO · CAESONIO · NICO|MACHO · ANICIO · PAVLINO[1] · V · C · CONS · ORDINARIO[2] | PRAEF · VRBI · IVD · SACRAR · COGNITION · CONSVL[3] | PROV · ASIAE · ET · HELLESPONTI · VICE · SACRA . IVDICANTI | LEGATO · KARtACENI · SVP · PROCONS · AFRICE · ANICIO | IVLIANO · PATRE · SVO[4] · CVIVS · PROVIDENTIA · ADQVE | EVTILITAS[5] *(sic)* · ET · INTEGRITAS · REIPVBLICAE · CORPORI | CORARIORVM · INSVLAS · AD · PRISTINVM · STATVM | SVVM · SECVNDVM · LEGES · PRINCIPVM · PRIO.VM | IMPP · VA L[6] · SEPTIMI · SEVERI · ET · M · AVR · ANTONINI | RESTAVRARI · ADQVE · ADORNARI · PER · VICINVM | EA · SVA · PROVIDIT · IN · MERA · MEMORIA · ADQVE | IN · OMNIA *(sic)* · IVSTITIA · SVA · CORPVS · CORARIORVM | PATRONO · DIGNO · STATVERVNT ·

Idem praeterea dedicavit basim a. 334 a senatu populoque Romano Imp. Constantino positam ob amplificatam toto orbe rempublicam factis consultisque *(Orell. 1081), commemoraturque I. Neap. 6790.* — [1]) *Filius fuit (Ammii) Anicii Iuliani, cos. 322, frater (Sex. Coccei) Anicii Fausti Paulini cos. 325, nepos (M. Iunii Caesonii Nicomachi) Anicii Fausti Paulini cos. iterum a. 298 cf. Borghesi Opp. V, 447—450.*

[2]) *A. 334.* [3]) *Consul(ari) prov(inciae) Asiae cet.* [4]) *Intellege: legato Carthagine sub procons(ule) Africae Anicio Iuliano patre suo.* [5]) *Utilitas.* [6]) *Imp(eratorum) . . L. Septimi Severi cet. In litteris* VA *quid lateat, non perspicio. Ea quoque, quae sequuntur, tam corrupta sunt, ut ea omnino attingere noluerim. — Titulum hunc et sequentem hoc loco proposui, quippe qui, etsi non in foro Traiano, publice tamen Romae collocati sint.*

---

648 *In plintho statuae:* FL · STILICHONI · V · C[1]

In ipsa basi: FL · STILICHONI · INLVSTRISSIMO · VIRO | MAGISTRO · EQVITVM · PEDITVMQVE | COMITI · DOMESTICORVM · TRIBVNO · PRAETORIANO | ET · AB · INEVNTE · AETATE · PER · GRADVS · CLARIS|SIMAE · MILITIAE · AD · COLVMEN · GLORIAE | SEMPITERNAE · ET · REGIAE · ADFINITATIS · EVECTO | PROGENERO[2] · DIVI · THEODOSI · COMITI · DIVI | THEODOSI · AVGVSTI · IN · OMNIBVS · BELLIS | ADQVE · VICTORIIS · ET · AB · EO · IN · ADFINITATEM | REGIAM · COOPTATO · ITEMQVE · SOCERO[3] · D̄ · N̄ | HONORI · AVGVSTI · AFRICA · CONSILIIS · EIVS | ET · PROVISIONE · LIBERATA[4] · EX · S · C

648a *fl. stilichoni inlustrissimo* | VIRO · BIS · CONSVLI · ORDINARIO[5] | MAGISTRO · VTRIVSQVE · MILITIAE | COMITI · DOMESTICORVM | ET · STABVLI · SACRI · ADQVE | AB · INEVNTE · AETATE · PER | GRADVS · CLARISSIMAE | MILITIAE · AD · COLVMEN · REGIAE | ADFINITATIS · EVECTO · SOCIO | BELLORVM · OMNIVM | ET · VICTORIARVM · ADFINI | ETIAM · DIVI · THEODOSI · AVGVSTI | ITEMQVE · SOCERO | DOMINI · NOSTRI · HONORI · AVGVSTI | POPVLVS · ROMANVS | PRO · SINGVLARI · EIVS | CIRCA · SE · AMORE | ADQVE · PROVIDENTIA | STATVAM · EX · AERE · ARGENTOQVE | IN ROSTRIS · AD · MEMORIAM | GLORIAE · SEMPITERNAE | CONLOCANDAM · DECREVIT

Infra litteris minoribus: EXEQVENTE · FL · PISIDIO · ROMVLO | V · C · PRAEF · VRB[6]

Romae in duabus basibus praegrandibus marm., quarum altera supra fracta est. Gruter 412, 3 et 4 descr. Smetius (*Orell. 1133. 1134*). — [1]) *V(ir) c(larissimus) dicitur, licet illustris sit, noto usu cf. Boecking Not. dign. Ind. p. 37 v.* clarissimi. [2]) *Stilicho in matrimonium duxerat Serenam, Theodosii fratris filiam Claudian. l. Ser. 104 sq. de cons. Stil. III, 176 sq. Zosim. IV, 57.* [3]) *A. 398 Honorius Stilichonis filiam natu maiorem Mariam, eaque mortua minorem Thermantiam a. 408 in matrimonium duxit cf. Orell. 4999.* [4]) *Victo scilicet Gildone tyranno a. 398. Inter hunc igitur annum et a. 400 quo Stilicho consul primum fuit, titulus positus est.* [5]) *Cos. I a. 400; II a. 405.* [6]) *A. 406 cf. Corsinium Ser. praef. urb. p. 317.*

TITVLI HONORARII.

649 ITALICEI
L · CORNELIVM · SCipioneM[1]
magistratus indicatio
videtur scripta fuisse.
HONORIS · CAVSSA

'Prope Thusam in maceriis veteris Halesae'. Corp. I, 533 descr. Gualtherus. — [1]) Adnotat Mommsenus: 'A. u. c. 561 L. Cornelius Scipio, qui postea Asiagenus dictus est, praetor Siciliam provinciam obtinuit (Liv. 34, 55; Cic. de orat. 2, 69, 280); ad quem si recte titulus refertur, omnium qui supersunt Latinorum statuae subscriptorum hic est antiquissimus, scilicet apud Graecos dedicatus Graeco more adeoque verbis secundum Graecam consuetudinem conceptis'.

---

650 L · MANLIVS · L · F | ACIDINVS[1] TRIV · VIR | AQVILEIAE · COLONIAE | DEDVCVNDAE[2]

Aquileia Patavium translata. Corp. I, 538. Ritschl tab. XLVIIID ad lapidem (Orell. 70). — [1]) In fastis vocatur L. Manlius L. f. L. n. Acidinus Fulvianus *(cos. a. u. 575). [2]) A. u. 573 cum P. Cornelio Scipione Nasica et C. Flaminio Liv. 40, 34 cf. 39, 55. — Casu primo duobus tantum exemplis omnium Italicorum vetustissimis eius, qui statua honoratur, nomen ponitur cf. titulum sequentem; postea semper casus tertius invenitur.*

---

651 M · CLAVDIVS · M · F · MARCELVS | CONSOL · ITERVM[1]

Lunae in fori ruinis rep., in columna, cui olim statuam superpositam fuisse etiam nunc visitur. Corp. I, 539 Ritschl XLIIIF. — [1]) A. u. 599 eoque ipso anno statuam positam esse verisimile est, nam a. 602 consul tertium fuit. Hoc modo Marcellum ob devictos Ligures Apuanosque a. 599, quorum in agro colonia Luna posita fuerit, a colonis honoratum esse docuit Mommsenus l. l.

---

652 C · CAESARI · AVGVSTI · F | PONTIFICI · COS | DESIGNATO[1] | PRINCIPI · IVVENTVTIS[2]

652a L · CAESARI · AVGVSTI · F | AVGVRI · COS | DESIGNATO[1] | PRINCIPI · IVVENTVTIS[2]

Romae in duabus basibus aequalibus. Grut. 234, 4 et 5 descr. Smetius. (Orell. 634. 638). — [1]) Gaius consul designatus est a. u. 748, Lucius

a. u. 751; gessit consulatum Gaius a. 1 p. C., inter annos igitur u. c. 751 et 753 bases positae sunt. [2]) *Eodem anno quo consules designati sunt principatus iuventutis eis decretus est. Mon. Anc. ed. Mommsenus p. 33.*

---

653 P · SCIPIONI · COS[1] | IMP · OB · RESTITV|TAM · SAGVNTVM | EX · S · C · BELLO · PV|NICO · SECVNDO[2]

Sagunti (Murviedro). Corp. II, 3836 descr. Huebnerus qui litteras saec. II exeuntis esse iudicat. — [1]) *Consul I a. u. 549. II a. u. 560.* [2]) *Licet aetate imperatoria incisus sit, tamen titulus in honoribus indicandis sequitur morem antiquum. Itaque ad exemplum antiquius fortasse exaratus est. Restitutum est Saguntum a. u. 547 Liv. 28, 39, 9—13, cum Scipio consulatum nondum gesserat.*

---

654 C · MARIO · C · F | COS · VII · PR · TRIB · PL | Q · AVG · TR · MIL[1]

Cereatis Marianis (Casamare). I. Neap. 4487 Ritschl tab. LXX B ad lapidem. — [1]) *Cf. eiusdem titulum supra n. 632. Non ante Augustam aetatem positus est, cum honorum cursus exhibeatur.*

---

655 L · POPLILIO · C · F | FLACCO | POPLICE · STATVTA[1]

Ferentini. Corp. I, 1164 Ritschl tab. LXXV c ad lap. — *Basis honoraria reipublicae liberae temporibus Romae publice statuta adhuc nulla inventa est, quamvis interdum id factum esse sciamus (cf. Plin. h. n. 34, 23 sq. 30). Imperatoria aetate saepe imperatores eorumque propinqui hoc modo Romae honorabantur (cf. indicem nostrum), privati ipso tantum imperatore auctore cf. supra n. 634—646. Contra et Romae privatim et in provinciis omnibusque imperii Romani oppidis vicis pagis cet. publice privatimque saepissime hic honor tribuebatur ita ut Plinius de sua aetate iam dicere potuerit (h. n. 34, 17):* et iam omnium municipiorum foris statuae ornamentum esse coepere prorogarique memoria hominum et honores legendi aevo basibus inscribi, ne in sepulcris tantum legerentur. Mox forum et in domibus privatis factum atque in atriis. Honos clientum instituit sic colere patronos. *Cf. indicem.* — [1]) Publice, publice statuta *similiaque praesertim in antiquissimis inveniuntur, postea plerumque:* civitas, respublica, colonia, municipium, pagus *cet. illorum vel* cives, municipes, coloni, pagani, vicani *illi sive* coloniae, municipii, pagi, vici *illius;* senatus populusque (S · P · Q), decuriones et populus, decuriones et plebs, ordo et populus, ordo et plebs, ordo et cives, decuriones et Augustales et municipes, ordo et populus et incolae, respublica decreto ordinis, publice decreto decurionum (P · D · D); (ex) decreto decurionum (D · D), ex voluntate

ordinis; populus, plebs, ex consensu populi *cet.*, *quibus accedit plerumque nomen oppidi. Verba* fecit, fecerunt (F), faciundum curaverunt *vel* censuerunt (F · C), posuit, posuerunt *cet.*, dedit dedicavit *cet. saepe adduntur, saepius praetermittuntur; inprimis frequenter invenitur* decreto decurionum *litteris singularibus* D D *in fine tituli subscriptum. Cf. indicem nostrum.*

---

656 L · SEPTIMIO | MANNO | C · V · | CONCILIVM | P · H · C
Tarracone. Corp. II, 4127 descr. Huebnerus. — Legendum: L. Septimio Manno c(larissimo) v(iro) concilium p(rovinciae) H(ispaniae) c(iterioris). — De statuis a provinciis positis cf. indicem.

---

657 C · ANNIO · L · F | QVIR · FLAVO | IVLIOBRIGENS | EXGENTE · CANTA|BRORVM | PROVINCIA · HISPA|NIA · CITERIOR | OB · CAVSAS · VTILITA|TESQVE · PVBLICAS | FIDELITER · ET · CON|STANTER · DEFENSAS
Tarracone. Corp. II, 4192 descr. Accursius aliique.

---

658 *LIVIAE* · DRVSI · F | AVGVSTI | *MATRI* · TI · CAESARIS[1] · ET | *DRVSI* · *GERMANICI* | *SVPERAEQVANI* · *PVBLICE*
Superaequi. I. Neap. 5470 descr. Mommsenus quod superest, integram dant antiquiores. (Orell. 613). — [1]) *Ita vocatus est Tiberius inde a V kal. Iul. a. 4, positus igitur est titulus inter a. 4 et 14.*

---

659 C · AEMLIO · C · F | GAL · FRAERN | PRAEF · FABR · II | TRIB · MIL · LEGIO|NIS · V · ALAVDAr | FLAMIN · P · H · C[1] · | HIC · CENSVM · | EGIT · IN PROVINC | GALLIA · AQVITANC | P · H · C
Tarracone. Corp. II, 4188 descr. Huebnerus. — [1]) *P(rovinciae) H(ispaniae) c(iterioris).*

---

660 P · SILIO | P · F · PRO · COS[1] | PATRON | D D[2]
Aenonae (Nona). Corp. III, 2973 descr. Cyriacus. — [1]) *Scilicet Dalmatiae a. u. c. 738 cf. Dio LIV, 20, antequam ea provincia a senatu ad Caesarem transferretur a. u. 743. Consul fuerat a. u. 734.* [2]) *D(ecurionum) d(ecreto).*

---

661 AVRELIO · SYM|PHORO · AVG · LIB | OFICIALI · VETERI · A MEMO|RIA · ET · A DIPLOMATIBVS | EXORNATO · ORNAMENT | DECVRIONALIBVS · | ORDO SPLENDIDISSIM · | CIVI · | OB · AMOREM · ET · | INSTANTIAM · ERGA · | PATRIAM · | CIVES · QVE[1] ·
Neapoli. I. Neap. 2626 descr. Mommsenus. — [1]) *Similia vide in indice nostro.*

662 M · CAECILIO | NOVATILLIAN | C · V · ORATORI · ET · PO|ETAE · INLVSTRI · AL|LECTO · INTER · CON|SVLARES · PRAESIDI | PROV · MOES · SVP · IVRID · HIS|PAN · CIT · IVRIDIC · APVL · ET · CA|LABR · PRAET · TRIB · PLEB | Q̄ · PROV · AFRIC | SPLENDIDISS · ORDO | BENEVENTANORVM | PRIVATIM · ET · PVBLIC | PATROCINIO · EIVS | SAEPE · DEFENSI · P · D · D[1]

Beneventi. I. Neap. 1420 descr. Mommsenus.

662a M · CAECILIO | NOVATILIANO | V · C · LEG · IVR | ABSTINENTIS|SIMO · IVSTIS|SIMO · DISER|TISSIMO · SPLEN|DIDISSIMVS | ORDO · TARRAC | PATRONO

Tarracone. Corp. II, 4113 ad exemplum antiquum. — [1]) *Legendum: M. Caecilio Novatilliano c(larissimo) v(iro), oratori et poetae inlustri, allecto inter consulares, praesidi prov(inciae) Moes(iae) sup(erioris), iurid(ico) Hispan(iae) cit(erioris), iuridic(o) Apul(iae) et Calabr(iae), praet(ori), trib(uno) pleb(is), q(uaestori) prov(inciae) Afric(ae), splendidiss(imus) ordo Beneventanorum privatim et public(e) patrocinio eius saepe defensi, p(ublice) d(ecurionum) d(ecreto). — Non ante medium saeculum tertium positos esse titulos inde apparet quod additur oratoris et poetae laus et quod inter consulares adlectus est (cf. Mommsenum de Caelii Saturnini titulo p. 23); ante Aurelianum tamen, quo imperante iuridici a. M. Aurelio in Italia instituti cesserant iam correctoribus (Borghesi Oeuvr. V p. 415 sq.).*

---

663 L · FABIO · L · F · GAL · CORDO | IIII VIRO | POPVLVS · M · C[1] · OB · XX · PARIA | GLADIATORVM · DATA · PRO | SALVTE · ET · VICTORIA · CAESARVM | LOCVS · ET · INSCRIPTIO · D · D | PER · TABELLAM · DATA[2]

Ierez de la Frontera. Corp. II, 1305 descr. Accursius. — [1]) *M(unicipii) C(aesarini?) cf. Huebnerum Corp. II p. 175.* [2]) *Cf. supra ad n. 294.*

664a P · SVFENATI · P · F · PAL | MYRONI | EQVITI · ROMANO · DECVRI|ALI · SCRIBARVM · AEDILIVM | CVRVLIVM · LVPERCO · LAVREN|TI · LAVINATI · FRETRIACO · NE|APOLI · ANTINOITON · ET · EV|NOSTIDON · DECVRIONI | IIII · VIRO · ALBANI · LON|GANI · BOVILLENSES | MVNICIPES · OB · MERI|TA · EIVS · L · D · D · D

664b *Ab altera parte idem titulus, cuius tamen in fine legitur:* ALBA|NI · LONGANI · BOVILLEN|SES · DECVRIONES · OB · ME|RITA · EIVS · L · D · D · D

664c *A tertia parte:* P · SVFENATI · P · F · | PAL · SEVERO · SEMPRO|NIANO · DECVRIALI | SCRIBARVM · AEDILIVM · CVRV|LIVM · FRETRIACO · NEA-POLI · EV|NOSTIDON · DECVRIONI · ET · | SACERDOTI · APOLLI|NIS · ALBANI · LONGA|NI · BOVILLENSES · DE|CVRIONES · OB · MERI|TA · SVFENATIS · HER|METIS · PATRIS · EIVS | L · D · D · D

In ingenti basi Romae rep. quae olim sine dubio Bovillis stetit. Fabretti p. 456 qui descr. (a Orell. 2252).

---

665 L · GABONI[1] · ARVNCVLEIO · VALERIANO · V · E · EQ · R · SACERD · E · PRINCIPAL · OMNIB · HONORIB · FVNCT · PATRI · E · AVO · SENATOR · CVRATORI · SVO · OB · MERITA · COLL · FABR · ET · CENT[2] · L · D · D · D[3]

Brixiae Corp. V, 4333 ad exempla antiqua (Or. 3761). Vv. divisio ignoratur. — Legendum: L. Gaboni Arunculeio Valeriano v(iro) e(gregio) eq(uiti) R(omano) sacerd(oti) et principal(i) omnib(us) honorib(us) funct(o), patri et avo senator(um), curatori suo ob merita coll(egium) fabr(um) et cent(onariorum). L(oco) d(ato) d(ecreto) d(ecurionum). — [1]) *Primus casus sine dubio* Gabo *est neque* Gabonius; *singularis illa nominis gentilicii forma conferenda videtur cum aliis similibus Italiae septentrionalis cf. infra n. 2693. 2694 cet.* [2]) *Ita passim et Romae et in municipiis ab omnis generis collegiis tam sacris quam profanis statuae titulique honorarii collocantur cf. indicem.* [3]) *Cf. indicem.*

---

666 L · GABONI · ARVNCVLEIO · P · ACILIO · FAB · SEVERO[1] · C · V · IVRID · REG · TRANSPAD · PROCOS · DESIG · PROV · CYPRI · AVVNCVLO · KARISSIMO · SVFFRAGIIS · EIVS · AD · FISCI · ADVOCATIONES · PROMOTVS · L · VALERIVS · MARCELLINVS · L · D NEPOS *d*[2] · D

Brixiae. Corp. V, 4392 ad exempla antiqua. Vv. divisio ignoratur. — Legendum: L. Gaboni Arunculeio P. Acilio Fab(ia) Severo c(larissimo) v(iro), iurid(ico) reg(ionis) Transpad(anae), proco(n)s(uli) desig(nato) prov(inciae) Cypri, avunculo karissimo, suffragiis eius ad fisci advocationes promotus L. Valerius Marcellinus nepos. L(oco) d(ato) [d](ecreto) d(ecurionum). — [1]) *Filius sine dubio praecedentis, nomina P. Acilius matri debere videtur.* [2]) L *traditur. — Tituli honorarii a privatis dedicati passim inveniuntur saepeque aegre a sepulcralibus distinguuntur.*

---

667 C · VALLIO | MAXIMIANO | PROC · PROVINCIAR | MACEDONIAE · LVSI|TANIAE · MAVRETAN · | TINGITANAE · FORTISSIMO · DVCI · | RES · P · ITALICENS · OB | MERITA · ET · QVOT · PROVINCIAM · BAETIC · | CAESIS · HOSTIBVS | PACI · PRISTINAE | RESTITVERIT[1]

in latere dextro: DEDICATA ANNO | LICINI VICTORIS ET | FABI AELIANI IIVIROR[2] | PR KAL IANVAR

Italicae (Santiponce). Corp. II, 1120 descr. Huebnerus. — [1]) *Procuratorem fuisse Maximianum Marci et Veri adnotat Huebnerus, collatis Capitolini verbis vit. Marci 21:* cum Mauri Hispanias prope omnes vastarent res per legatos bene gestae sunt. *Vix recte; nam et* KAL

compendium a Commodi demum aetate invenitur, cum antea scriberetur K, *et egregii viri* (E · V *n. 668*) *exemplum aetatis Antoninianae certum adhuc innotuit nullum. Itaque Severi Caracallaeque imperio potius titulum tribuerim.* [2]) *De diversa anni indicandi ratione cf. indicem.*

---

668 G · VALLIO MAXVMIANO | PROC · AVGG · E · V[1] | ORDO · SINGIL · BARB | OB · MVNICIPIVM | DIVTINA · OBSIDIONE | ET · BELLO · MAVRORVM | LIBERATVM | PATRONO | CVRANTIBVS[2] | G · FAB · RVSTICO · ET | L · AEMIL · PONTIANO

Singiliae Barbae (*El Castillon prope Anticariam*). *Corp. II, 2015 descr. Huebnerus.* — [1]) *Proc(uratori) Aug(ustorum) e(gregio) v(iro).* [2]) *Cf. indicem nostrum.*

---

669 HONORI[1] | M · GAVI · M · F | POB · SQVILLAN | EQ PVB · IIII · VIR · I · D | IIII VIR A P V B | CVRATOR VICETINOR | APPARITORES ET | LIMOCINCTI | TRIBVNALIS EIVS

Veronae. Maffei Mus. Ver. 116, 2 cont. Mommsenus. (*Orell. 3219*). — *Legendum: Honori M. Gavi M. f. Pob(lilia) Squilliani eq(uo) pub(lico), IIII vir(i) i(ure) d(icundo), IIII vir(i) a(edilicia) p(otestatis), v(iri) b(oni), curatori (immo: curatoris) Vicetinor(um), apparitores et limocincti tribunalis eius.* — [1]) *Vix ante saeculum tertium invenitur cf. n. 647. 1223. 1232. Vetustissimum fortasse exemplum est a. 220 vel 221 infra n. 999, cuius tamen de lectione non satis constat; exempla reliqua Gallieni aetatem non superant.*

---

670 HONORATIANI[1] || CVSTODI · IVRIS · AC · LE|GVM · PARENTI · TOTIVS | HVMANITATIS · AMICO | CIVILITATIS · ET · IVSTITIAE | FL · HONORATIANO · V · C · PATRO|NO · EQVABILI[2] · TANTARVM | PROVISIONVM · CONSIDERA|TIONE · OFFICIVM · SEDIS | CONSVLARITATIS · PROVIN|CIAE · NVMIDIAE · CLIENTELE | VOTO · STATVAE · ORNAMENTA · LOCAVIT

Romae. Fabretti p. 99 n. 224 ex sched. Barberinis. — [1]) *In titulis honorariis aevi inferioris saepe supra inscriptionem aut in plintho basi imposita, in qua collocata olim erat statua, aut in ipsa basi, locis igitur inprimis conspicuis, inscriptum invenitur eius, ad quem pertinet basis, nomen vel totum, id tamen raro cf. n. 642. 644. 646. 648. 671 vel cognomen aliquod, notissimum scilicet omnium praecipuumque, casu secundo tertiove; quarti casus unum adhuc exemplum extat infra n. 2639. Cognomen autem illud superscriptum in ipso titulo aut denuo suo loco* (*postremo plerumque*) *refertur aut praetermittitur cf. Borghesium Opp.*

III p. 503 sq. et exempla huius libri collecta in indice nostro. Omnium qui hodie noti sunt vetustissimi videntur esse Euhodi et Helvini tituli (infra n. 686), scilicet initio saeculi tertii positi, Euhodi fortasse iam saec. II exeunte. Frequentiora tamen exempla post Diocletianum demum inprimisque saeculo quarto inveniuntur. 2) *Simili sensu Tac. Ann. 6, 31 Hist. 4, 5.*

---

671 FL · ARPACII · V C[1] · | FL · ARPACIO · FL · PP · HVIVSCE | CIVITATIS
EX AGENTE IN | REBVS VC · EX AIVT · INL · | VIRI MAG · OFFICIOR[2] ∇ |
SPECTAB · TRIB · ET NOT · | OB INSIGNIA EIVS ERGA | REMP · MERITA
ET PRAECIPVE | OB PAT · BENEF · STATVAM[3] AD | AETERNITATEM
MERI|TORVM EIVS MISS · CIVES | CONLOCAVERVNT

Missuae (Sidi-Daoud-en-Noubi). Guérin voy. arch. II p. 219 qui descr. — Lege: Fl(avii) Arpacii v(iri) c(larissimi) (scil. statua). Fl(avio) Arpacio, fl(amini) p(er)p(etuo) huiusce civitatis, ex agente in rebus, v(iro) c(larissimo), ex a(d)iut(ore) inl(ustris) viri mag(istri) officior(um), v(iro) spectab(ili), trib(uno) et not(ario), ob insignia eius erga rem-p(ublicam) merita et praecipue ob pat(ronatus?) benef(icium) statuam ad aeternitatem meritorum eius Miss(uenses) cives conlocaverunt. — 1) Vir clarissimus *dicitur etsi* spectabilis *fuit, de quo usu cf. Böckingium Not. dignit. Index p. 37 s. v. clarissimi.* 2) *Cf. Böcking Not. dignit. II p. 321.* 3) *Cum titulus ipsius statuae basi inscriberetur plerumque ea expressis verbis non commemorabatur; fit autem inprimis in loquacioribus aetatis inferioris titulis, quamvis ne meliore quidem aetate exempla deficiant. Varia statuarum genera, quae commemorantur, composui in indice, ubi videsis.*

---

672 MANNACHIO ‖ PRO · SINGVLARIBVS · ERGA | CIVITATEM · NOSTRAM |
MERITIS · INDVSTRIAE · | ET · ELOQVENTIAE · PRAECI|PVO ET IN OMNI
ADFECTV | PRAENSTANTISSIMO (*sic*) | FABRICATORI EX MAXI|MA PARTE
ETIAM CIVI|TATIS NOSTRAE MVLTA | ET VSVS · ET · ORNaTVI | ADDENTI ·
VMBONIO | MANNACHIO · V · C · PA|TRONO DIGNISSIMO | ORDO CIVI-
TATES (*sic*) AECLA|NENSIVM · STATVAM | PONENDAM · CENSVIT

Aeclani (Mirabellae). I. Neap. 1115 descr. Mommsenus.

672*a* *pompe*IANI | BARBARIVS · POMPEIAN | V · C · CONS · KAMP[1] · CIVITA|-
TEM · BELLAM · NVDA · ANTE | SOLI · DEFORMITATE · SORDEN|TEM ·
SILICIBVS · E · MONTIBVS | EXCISIS · NON · E · DIRVTIS | MONVMENTIS ·
ADVEC|TIS · CONSTERNENDAM | ORNANDAMQVE · CVRA|VIT | CVR . . .
. . . . . . PRO|CVLO · PATRONO · ET · CVR | ABELLANORVM

Cimitile prope Nolam rep. I. Neap. 1946. — [1]) *V(ir) c(larissimus) cons(ularis) Kamp(aniae). Anno 333 cf. cod. Theod. 1, 2, 6.*

---

673 ADELFI ‖ CLODIO · CELSINO · INSIGNI | ET · C · V · PRAESTANTI · BENIVO|LENTIA · AVCTORITATE · IVS|TITIA · CORR · REGIONVM | DVARVM[1] · MEMORABILI | ET · PRAETERITORVM · IVDI|CVM · EXEMPLA · VIRTVTI|BVS · OMNIBVS · SVPERGRES|SO · ORDO · SPLENDIDIS|SIMVS · BENEVENTANE (*sic*) | CIVITATIS · PATRONO | DIGNISSIMO

Beneventi. I. Neap. 1423 descr. Mommsenus. — [1]) *Corrector videtur fuisse Apuliae et Calabriae.*

---

674 SINGVLARIS INTEGRITATIS | ET BONITATIS EXSIMIAE[1] | M · AVR · CONSIO QVARTO | IVNIORI C · V · CORRECTORI | FLAMINIE ET PICENI[2] | PONTIFICI MAIORI | PROMAGISTRO ITERVM[3] | DVODECIM · VIRO | ANCONITANI ET | FANESTRES CLIENTES | PATRONO

Romae. Orelli 3969 corr. Henzenus. — [1]) *Inde ab exeunte demum saeculo tertio tales laudes ante nomen eius, qui honoratur, poni solent.* [2]) *Correctores Flaminiae et Piceni viri clarissimi inveniuntur inde ab a. 313 usque ad a. circiter 350, tum consulares appellati sunt cf. Mommsenum Scr. gromat. ed Lachmann II p. 210. Inter hos igitur annos titulus positus est.* [3]) *Scil. collegii pontificum, qui inde ab Aureliano pontifices maiores vel Vestae appellari solent.*

---

675 BONAE ORIGINIS SVBOLI ET | SINCERITATE PRAECIPVA PRAEDI|TO M · CAESOLIO SATVRNINO OM|NIBVS HONORIBVS FVNCTO LAVDA|BILI VIRO RESTAVRATORI THERMA|RVM HIEMALIVM CVM SEX CLVVIO | MARTINO FRATRE SVO PRO TANTIS | MERITIS ERGA SE ORDO ET CIVES SPLEN|DIDISSIMAE CIVITATIS OCRICOLANAE | STATVAM MARMOREAM PATRO|NO DIGNISSIMO AD PERENNE TES|TIMONIVM[1] ❧ PVBLICE | CENSVERVNT | FELICITER

in latere: DEDICATA · XVI · KAL | DECEMBRES | MARCELLI|NO · ET · PROBI|NO CONSS[2]

In mus. Vatic. Ad Ocriculum pertinet. Marini Atti II p. 582 qui descr. Ibidem altera basis extat huic plane par praeterquam quod Sex. Cluvio Martino dedicata est memoraturque in ea M. Caesolius Saturninus eo modo quo in hac Martinus. — [1]) *Similia videsis in indice.* [2]) *A. 341.*

---

676 B · F[1] | C · IVL❧[2] SENECIO❧|NEM❧V · E | PROC ❧ PROV · GA|LAT ❧ ITEM · VICE · PRAE|SIDIS · EIVSD ❧ PROV ❧ | ❧ ET · PONTI | ZENO ❧ AVGG · LIB | ❧ TABVLAR ❧ | PROV · EIVSD · PRAEPO|SITO · INCOMPARABILI

Ancyrae. Corp. III, 251 descr. complures. — [1]) *B(ona) f(ortuna)* = ἀγαθῇ τύχῃ. [2]) IVI *traditur. Legendum: C. Iul(ium) Senecionem v(irum) e(gregium) cet. Casus quartus ponitur more Graeco.*

---

677 M · AVRELO | CAESARI | D · D · P · P[1] ·

Thamugade in basi. Renier 1493 qui descr. — [1]) *D(ecurionum) d(ecreto) p(ecunia) p(ublica). De sumptibus in monumentum factis cf. quas composui in indice.*

---

678 TI · CLAVDIO · HERODI|ANO[1] · C · V · LEG · PROV · SI|CIL[2] · IVDICI · RARISSI|MO · PATRONO · COL | PANHORMIT · PRINCI|PALES VIRI EX AERE COL|LATO · D · D

Panormi. Torremuzza Insc. Sic. p. 43 n. XIII (Henz. 5604). — [1]) *Notum rerum scriptorem esse agnovit Borghesius.* [2]) *Legato scil. proconsulis Siciliae.*

---

679 PLEPS · VRBANA · QVINQVE · ET | TRIGINTA · TRIBVVM[1] | GERMANICO · CAESARI | TI · AVGVSTI · F | DIVI · AVGVSTI · N | AVGVRI · FLAMINI · AVGVSTALI | COS · ITERVM[2] · IMP · ITERVM[3] | AERE · CONLATO

Romae. Fabretti p. 395 n. 275 qui descr. (Orelli 3064). — [1]) *Raro ita is qui dedicat titulum anteponitur ibique, ni fallor, tantum ubi civitas collegiumve titulum posuit cf. n. 649. 688. 879. 922. 923. 935. 943. 952. 1104. 1170. 2090. 2173. 2294.* [2]) *Cos. a. 12. 18.* [3]) *De Germanici imperatoriis acclamationibus certi adhuc nihil statui potuit; semel certo ob devictos Germanos imperator appellatus est, de quibus VII k. Iun. anni 17 triumpharit (Tac. Ann. 2, 41), utrum autem primum an iterum non constat. Alteram acclamationem aut ex bello Pannonico aut quod probabilius, ex Asiatica expeditione sibi peperit. Post mortem a. 19 titulum incisum esse probavi infra n. 888.*

---

680 L · IVLIO · L · F | PAPIRIA | COMICI|ANO MR|TIALINO | EVCARPO | PATRONO | CVRIALES | |CVR · COM|MODAE|[1] | SVA · PEC · FEC | IDEMQVE | DEDICAVER

Thamugade in basi. Renier n. 1525 qui descr. — [1]) *Commodo occiso erasa erant, sed postea Severo imperante restituta cf. infra ad n. 957.*

---

681 IMP · CAES | T · AELIO | HADRIANO | ANTONINO | AVG · PIO · P · P[1] | M · CAELIVS | M · F · HORATIA | SATVRNINVS | OB HONOR QQ | INLATA R P SVM | HONORARIA EX HS V N POSVIT | IDEMQ DED D D[2]

Thamugade in foro. Renier 1492 qui descr. — [1]) *P(atri) p(atriae).* [2]) *Ob honor(em) q(uin)q(uennalitatis) inlata r(ei)p(ublicae) sum(ma) honoraria, ex (sestertium) V (millibus) n(ummum) posuit idemq(ue) ded(icavit), d(ecurionum) d(ecreto).*

682 LEPIDIAE · L · F | PROCVLAE | SACERDOTI · DIVAE | FAVSTINAE | AVG[1] ·
ET | DIVAE · MATIDIAE | AVG[2] · D · D · P[3] | PECVNIA · AB · EA | RE-
MISSA[4]

Arimini (Rimini). Tonini p. 338 ad cod. Rigazz. (Henzen 5465). — [1]) *Faustinae maioris, uxoris Antonini Pii.* [2]) *Matidiae maioris, Traiani ex Marciana neptis.* [3]) *D(ecurionum) d(ecreto) p(ublice).* [4]) *Similia videsis in indice nostro.*

---

683 CAMVRENAE | C · F · | CELERINAE | FLAM · FERON | MVNICIPI · SEP-
TEMP[1] | MVNICIPES · ET · INCOLAE | TVF[2] · VTRIVSQ · SEXVS | OB ·
MERITA · EIVS | H · A · I · R[3]

Moscani prope Tuficum. Henzen 6000. — [1]) *Flam(inicae) Feron(iae) municipi Septemp(edanorum).* [2]) *Tuf(icenses).* [3]) *H(onore) a(ccepto) i(mpensam) r(emisit) cf. indicem nostrum.*

---

684 C · DISSENIO | C · F · QVIR · FVSCO | HADRIANO | C · DISSENIVS · FVS-
CVS | PATER · HONORE | PVBLICE · OBLATAE | STATVAE · CONTENT ·
SVA | PEC · FEC
C · DISSENIO · QVIR | FVSCO · PRAEF · FABR | CVRATORI · ET · PATRONO |
ALBANI · LONGANI | BOVILLENSES · OBLATAE | STATVAE · H · C[1]
C · DISSENIO | C · F · QVIR · FVSCO | SABINIANO | C · DISSENIVS · FVS-
CVS | PATER · HONORE | PVBLICE · OBLATAE | STATVAE · CONTENT ·
SVA | PEC · FEC

Bovillis (alla Frattochie). Orelli 119. — [1]) *H(onore) c(ontentus). Ceterum idem sine dubio C. Dissenius infra commemoratur n. 1750.*

---

685 L · LICINIO | PRIMITIVO | ORNAMENTIS · DECVRION | HONORÁTO | CV-
RATORI · AVGVSTAL . PERP[1] | AVGVSTALES · CORPOR[2] | OB · PERPETVAM ·
ET · PLVRIFARIAM | MVNIFICENTIAM · EIVS · ET QVOD | RÉS · NEGOTIA ·
QVE · EORVM | INTEGRE · ADMINISTRET | CVIVS DEDIC DECVRIONIBVS |
SING · HS · XII · AVGVSTALIB · HS · VIII · INGENVIS | ET · VETERAN · CORP[3] ·
HS · VI · MVNICIPIB · HS · IIII · Ñ | ET · EPVLVM · DECVRIONIB · ET · AV-
GVSTALIB · DED | ITEM · PR · IDVS · FEBR · DIE · PERVIGILII · DEI · PATRII |
ALTERVM · TANTVM · DEDIT[4] | L · D · D · D
in latere sinistro: DEDICÁT · III K AVG | PVDENTE · ET · ORFITO | COS[5]
in latere dextro: CVRANTE | L · LAECANIO · PRIMITIVO

Rep. Miseni sed ad Puteolos pertinet I. Neap. 2530 descr. Mommsenus. — [1]) *Perp(etuo).* [2]) *Corpor(ati).* [3]) *Corp(oratis).* [4]) *Cf. quae de eiusmodi divisionibus epulis cet. composui in indice.* [5]) *A. 165.*

686 EVHODI[1] | M · AVREL · SABINIANO | AVGG · LIB · PATRONO[2] | CIVITA-
TIS · ANAGNINOR | ITEMQ · COLLEGI · CAPLATO|RVM DECVRIALI DECV-
RIAE | LICTORIAE POPVLARIS DENVNTIATORVM | ITEMQ · GERVLOR ·
SED ET DECEMVIRALIS | S · P · Q · A[3] · ERGA AMOREM PATRIAE | ET
CIVIVM QVOD THERMAS LONGA INCVRIA | NEGLECTAS SVA PECVNIA
RESTITVERIT | STATVAM EX LEG · SVIS[4] · PONEND · CENSVER | OB CV-
IVS DEDIC · DEDIT · DECVR · X · V · SEXV | X II POP X I ET EPVLVM SVFFIC

Anagniae. Henzen 7190 descr. Brunnius. Henzenus DENVNCIATORVM *dat. (v. 3), mero, opinor, calami lapsu. — Ad eandem thermarum restaurationem spectat hic titulus:*

MARCIAE AVREL | CEIONIAE DEME|TRIADE (*sic*) STOLATAE | FEMINAE
OB DEDICATIONEM | THERMARVM QVAS POST MVL|TVM TEMPORIS AD
PRISTINAM | FACIEM SVIS SVMPTIBVS RESTAV|RAVERVNT · S · P · Q ·
ANAGNIN | STATVAM PONENDAM CENSVERVNT | Ob CVIVS DEDICA-
TIONEM DEDIT DECVRI|ONIBVS X V · SEVIR · X II · POPVL · X SING · |
ET EPVLVM SVFFICIENS · OMNIB

Ibidem. — 1) *Cf. supra n. 670.* 2) *Num praeterea patroni civitatium liberti inveniantur, dubito.* 3) *S(enatus) p(opulus)q(ue) A(nagninus).* 4) *Ex leg(atis) suis cf. n. 689.*

---

687 L · D · D · D | T · FL · T · F · FAB · SILVANO · PATR · MVN | EBVR · IIVIR · II
QQ QVEST (*sic*) · ARK · CVR | REI FRVMENT[1] · HVIC · COLL · DEND|RO-
PHORR (*sic*) · OB EXSIMIAM ERGA | SE BENIVOLENTIAM ET SPEM PER|-
pETVAM STATVAM DIGNISSIMO | PATRONO POSVERVNT CVIVS STA|-
TVAE HONORE CONTENTVS OB|TVLIT COLL · SS · HS VIII M N[2] VT
QVOD ANNIS | NATALI EIVS DIE III IDVVM DECEMBR | CONFREQVEN-
TENT V*bi dedit* oB STATVAE De|DICATIONEM COL *Patron. sing.* HS XX N
E*t* | *q*Q II VIR AEDILIC · S*ing. iis* ////N ET CETE|RIS · CONDEC[3] · SING ·
HS ////*n sevir*ISS (*sic*)[4] AVGV*s*|TALIB · HS · XII N COLL DEND*r*OPHOR
ET | FAB[5] · SING · HS · MILLENOS ET EPVLVM | PLEBEIS · SING · HS ·
////N ET VISCERATIONEM

Eburi (Eboli). I. Neap. 189 descr. Mommsenus (Henzen 7145). — 1) *L(ocus) d(atus) d(ecurionum) d(ecreto). T. Fl(avio) T. f(ilio) Fab(ia) Silvano patr(ono) mun(icipii) Ebur(ensium), duumvir(o), iterum (scil.: II-viro) q(uin)q(uennali), qu(a)est(ori) ark(ae) (scil.: publicae municipii), cur(atori) rei frument(ariae).* 2) *Coll(egio) s(upra) s(cripto) sestertium VIII m(ilia) n(ummum).* 3) *Col(oniae) p[atron(is) sing(ulis)] sestertios XX n(ummos) e[t q(uin)]q(uennaliciis) duumvir(aliciis) aedilic(iis) s[ing(ulis) sestertios] . . n(ummos) et ceteris condec(urionibus).* 4) *Adnotat Henzenus: 'Alteram* S *errori scalpri Mommsenus tribuit et supplevit sevir*ISS; *ego vocem* singulis *vix omitti posse, et in omnibus fere illius*

regionis civitatibus solos Augustales fuisse puto'. Sed singulis Augustalibus *et ab huius et omnino ab inscriptionum dicendi ratione abhorret; seviri Augustales in meridionali Italiae parte rariores quidem sunt, nec tamen deficiunt;* SING *facile excidere potuit.* 5) *Fab(rum).*

---

688 SPLENDIDISSIMVS ET | FELICISSIMVS ORDO | COL · SVFETANAE | P ·
MAGNIO · AMANdO | P · P[1] · INTER QVIN*quennali*|CIOS · ADLECTO QVi
cum prae|TER · SVMM · HONO*rariam* | FLAMONI · PP[2] · ET QVINQVEN|NA-
LITATIS ANPLIVS (*sic*) HS L N[3] | OBTVLERIT EX CVIVS QVANTI|TA-
TIS VSVRIS QVODANNIS | XII K · NOV · DIE NATALI DEI | HERC · GENI
PATRIAE DIVISI|ONES DEC · DANTVR | Q · MAGNIVS MAXIMVS | FLAVIA-
NVS FIL · EIVS E · Q · R[4] | HONORE CONT · S · P · F[5] · ET | OB · DEDIC ·
SPORTVLAS | DEDIT L · D · D · D

Sufetae (Sbiba). Guérin voy. arch. I p. 372, qui descr. — 1) *P(rimi)-p(ilari).* 2) *Flamoni(i) p(er)p(etui).* 3) *Hasta supra* L *excidit, lege: quinquaginta millia n(ummum).* 4) *Eq(ues) R(omanus).* 5) *Honore cont(entus) s(ua) p(ecunia) f(ecit).*

---

689 FLAVIAE · KARAE | GENTIAE · FLAMIN | S · P · Q · A[1] | EX · LEGATIS ·
POPVLI | IN HONOREM · FL · KARI · PATRIS | EIVS · STATVAM | EI · PO-
NENDAM | CENSVERVNT

Anagniae. Orell. 120. — 1) *S(enatus) p(opulus)q(ue) A(nagninus).*

---

690 T · CORNASIDIO | T · F · FAB · SABINO · E · M · V[1] | PROC · AVG · DACIAE ·
APVLENSIS[2] · PROC | ALPIVM · ATRACTIANAR · ET · POENINAR | IVR ·
GLADI · SVBPRAEF · CLASS · PR · RAVEN | PRAEF · ALAE · VETER · GAL-
LOR · TRIB · LEG · $\overline{II}$ | AVG · PRAEF · COH · $\overline{I}$ · MONT · P · C[3] · AVGVRI |
LAVR · LAVIN · AED · $\overline{II}$ · VIR · Q · Q · Q · P · P | COLLEGIA | FABRVM ·
CENTON · DENDROPHOR | IN · HONOREM | T · CORNASIDI | VESENNI ·
CLEMENTIS | FILI · EIVS · EQVO · PVBL · LAVR | LAVIN · PATRONI · PLE-
BIS · ET · COL|LEGIORVM · QVI · AB IPSIS · OBLATVM | SIBI · HONOREM ·
STATVAE · IN | PATRIS · SVI · NOMEN · MEMO|RIAMQVE · TRANSMISIT

Faleriis. Morcelli St. 2 p. 52 (Orelli 3888). — Legendum: T. Cornasidio T. f. Fab. Sabino e(gregiae) m(emoriae) v(iro), proc(uratori) Aug(usti) Daciae Apulensis, proc(uratori) Alpium Atractianar(um) et Poeninar(um) iur(e) gladii, subpraef(ecto) class(is) pr(aetoriae) Raven(natis), praef(ecto) alae veter(anae) Gallor(um), trib(uno) leg(ionis) II Aug(ustae), praef(ecto) coh(ortis) I Mont(anorum) p(iae) c(onstantis), aug(uri) Laur(entium) Lavin(atium), aed(ili), duumvir(o) q(uin)q(uennali), q(uaestori) (pecuniae) p(ublicae) cet. — 1) *Ante Septimium Severum non invenitur.*

[2]) *Daciae Apulensis quoque mentio titulum certe Hadriano posteriorem esse demonstrat, nam eo imperante Dacia etiamtum in superiorem et inferiorem dividebatur.* [3]) *Perperam Henzenus p(atrono) c(oloniae) interpretatur, qui titulus minime hoc loco inseri potuit, quippe municipalis; debuit aut ante honores municipales aut post eos poni; auguratus Laurentium Lavinatium autem sacerdotium publicum est populi Romani.*

---

691 *in antica*[1]:

C · M I N I C I O · C · F I L
VE L · I T A L O · IIII · VIRO · I · D
PRAEF · COH · V · GALLOR · EQVIT
PRAEF · COH · I · BREVCOR · EQVIT · C · R[1]
PRAEF · COH · II · VARC · EQ[2] · TRIB · MILIT · LEG · VI · VICT
PRAEF · EQ · ALAE · I · SING · C · R[3] · DONIS · DONAT · A · DIVO
VESPASIANO · CORON · AVREA · HAST · PVR
PROC · PROV · HELLESPONT[4] · PROC · PROVINCIAE · ASIAE · QVAM
MANDATV · PRINCIPIS · VICE · DEFVNCTI · PRO · COS · RÉXIT · PROCVRAT
PROVINCIARVM · LVGVDVNIENSIS · ET · AQVITANICAE · ITEM · LACTORAE[5]
PRAEFECTO · ANNONAE · PRAEFECTO · AEGYPTI · FLAMINI · DIVI · CLAVDI
DECR · DEC

in latere: *P* · TVLLIVS · MA/ . . . . *mAMVLA* ·
IIII · *VIRI* · *I* · *D* · *III* · *K* · *IVN* | *S* · C[6] · SCRIB · ADF*uerunt* . . . .
. . . *PROCVLVS* · *C* · *APPVLEIVS* · *CELER* | *A* · IVNIVS · G . . . .
. . . . *SEX* · *COSSVTIVS* · *SECVNDVS* | QVOD · V · F · S[7] · IN · HÓ*norem*
*c. minici itali splendidi*SSIMVM · *VIRVM* · *QVIDQVID* · *CONSE*|QVI · GRATIAE ·
AV*t potentias per summas honor*ES · *EQVESTRIS* · *DIGNITATIS* · *POTVERIT* | *IT* ·
*O*MNE · AD · AV*gendam et ornandam patria*M · *SVAM* · *CONVERTISSE* · *NEC* ·
VLLO | *SE* · FELICIORE*M credere officio quam ut pro ea la*BORET · *Q* · *D* · *E* ·
R · *F* · *P* · *D* · *E* · *R* · *I* · *C*[8] | CVM · *C* · *MINICius italus* . . . . *hVNC* ·
PRAECIPVVM · *VIRTVTVM* | SVARVM · FI*nem duxerit et multis patrias fo*RTV-
NAM[9] · *LOCIS* · *a*MPLIFICAVERIT | ET SVPER CET*era omnibus sit notu*M
SACRATISSIMVM PRINCIPEM | TRAIANVM · *Augustum decrevisse rogatu ei*VS ·
VT · INCOLAE · QVIBVS · FERE · CENSE|MVR · MVNERI*bus nobiscum fungantur*[10] *e*T · VT · PLENIOREM · INDVLGENTIAM | MAXIMI · IMPER*atoris habeamus per eum cont*IGISSE · P · H · O · ADQ · E · R · P · V[11] · STATVAM | AEREAM ·
CVM *basi marmorea ei poni decretu*MQVE · NOSTRVM · BASI · INSCRIBI | QVO ·
TESTÁTIV*s sit pro meritis beneficii*SQVE · TANTI · VIRI · SOLVENDO · NOS |
ALITER *non esse nisi ut de eo publi*CE · GLORIEMVR · CENSVER |
TI · IVLIO *candido ii c. ant*IO · QVADRATO · II · COS

Aquileiae. Corp. V, 875 descr. Mommsenus quae supersunt et restituit;

inclinata ad exempla antiqua (Orell. 3681). — [1]) *Equit(atae) c(ivium) R(omanorum).* [2]) *Praef(ecto) coh(ortis) secundae Varc(ianorum) eq(uitatae). De Varcianis Pannoniae superioris gente cf. Ptolem. II, 14, 2 Plin. h. n. III, 25, 148.* [3]) *Praef(ecto) eq(uitum) alae I sing(ularium) c(ivium) R(omanorum).* [4]) *Solo hoc titulo commemoratur cf. Marquardt Handb. III, 1 p. 120.* [5]) *'Quod Lactora Traiani aetate ita nominatur, ut Aquitania non videatur comprehendi, pertinet sine dubio ad originem provinciae quae postea fuit Novempopulanae'. Mommsenus l. l.* [6]) *S(enatum) c(onsuluerunt).* [7]) *Quod v(erba) f(ecerunt) s(upra) [s](cripti). Alterum* S *excidisse videtur.* [8]) *Q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt).* [9]) *Ita supplevi ego.* [10]) *'Haec declarant Traiani tempore incolas nondum generali lege ad munera suscipienda adstrictos fuisse, ut speciali privilegio in ea re locus esset'. Mommsenus l. l. Cf. praeterea Agennium Urbicum scr. gromat. ed Lachm. p. 84:* sed haec quaedam coloniae aut beneficio conditorum percepernnt, ut Tudertini, aut postea apud principes egerunt, ut Fanestres, ut incolae, etiam si essent alienigenae, qui intra territorium colerent, omnibus honeribus (i. e. oneribus) fungi in colonia deberent. hoc Fanestres nuper inpetraverunt, Tudertini autem beneficio habent conditoris *et Hirschfeldium Goett. Gel. Anz. 1870 p. 1105 sq.* [11]) *'P(lacere) h(uic) o(rdini) adq(ue) e r(e) p(ublica) v(ideri)'. Mommsenus l. l.* [12]) *A. 105.*

---

692 SEX · AETRIO · *Sex. f.* | OVF · FEROCI | CENTVRIONI · LEG · $\overline{\text{II}}$ | TRAIANAE · FORTIS | HVIC · PRIMO · OMNIVM · EX CORNICVL | PRAEF · VIGVL | IMP · CAESAR · ANTONINVS · AVG · | PIVS · P · P[1] | ORDINEM · ALEXANDRIAE · DEDIT | QVOD · PER | GRADVS · MILITIAE · SVAE · TAM | INDVSTRIE · SE · ADMINISTRAVERIT | DEC · DEC · ET · CONSENSV · PLEBIS | OB · MERITA · EIVS | HIC · DEDICATIONE · STATVAE | MVNICIPIBVS | ET · INCOLIS · VTRIVSQ · SEXVS | EPVLVM · ET · HS · $\overline{\text{IIII}}$ · N · DEDIT

692a T. Hoenio Severo M. Peduceo Priscino cos.[2] | VI k(alendas) Dec(embres) decret(o) decur(ionum). |

Quod C. Caesius Silvester[3] p(rimi)p(ilaris) v(erba) f(ecit) Aetrium | Ferocem centur(ionem) leg(ionis) II Traian(ae) fortis per incremen|ta gradus militiae suae tam singulis quam rei p(ublicae) n(ostrae) | quotiens necesse fuit multum praestitisse, proxime quoque petitioni nostrae ab optimo | maximoque principe Antonino Aug(usto) Pio | vectigal viae silici stratae ita in|stitisse, ut mature impetraretur, et | impendis urbicis resp(ublica) beneficio eius | relevarctur, et optimus Imp(erator) n(oster) ex | corniculario praef(ecti) vigulum primo | ei omnium ordinem Ale-

xandriae | dederit, debere nos itaq(ue) ei statuam | pedestrem secus merita eius | decernere, q(uid) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) referente | L. Vario Firmo IIII vir(o) censente[4] C. | Cluvio Sabino ita cens(uerunt).

Tufici (Fabriano). Bullett. Inst. arch. 1845 p. 132. 137. Ad idem sine dubio monumentum spectant; decretum decurionum in dextro sinistrove latere incisum erat. — [1]) *P(atris) p(atriae)* [2]) *A. 141.* [3]) *Cf. titulos eius Bull. l. l. infra n. 2111.* [4]) *Scilicet primo loco. Cf. n. 693 v. 26 sq.*

---

693 *In parte antica angustiore:*

L · FABIO *l. f.* | PVP · SEV*e*R*o* | QVAESTOR | VRBANO | *de*CV*r et* PLEBS | *Tergesti*NOR

In latere intuenti anticam dextro:

. . . . kal. Novembr. | *Quod* . . . . . spanius Lentulus et | . . . . . s Nepos II vir(i) iur(e) dic(undo) v(erba) f(ecerunt) | *L. Fabium S*everum clarissimum vi|*rum m*ulta iam pridem in rem p(ublicam) nos|*tra*m beneficia contulisse, ut qui a pri|*ma* sua statim aetate id egerit, uti in ad|*iuva*nda patria sua et dignitate et eloquentia cres|*c*eret; nam ita multas et magnificas causas publi|*cas* apu*t* optimum principem Antoninum Aug(ustum) Pium[1] | *a*dseruisse egisse vicisse sine ullo quidem aerari nos|*t*ri inpendio, ut quamvis admodum adulescens senili|bus tamen et perfectis operibus ac factis patriam suam nos|que insuper sibi universos obstrinxerit; nunc vero tam gr|andi beneficio, tam salubri ingenio, ta*m* perpetua u*tili*tate rem | p(ublicam) n(ostram) adfecisse, ut omnia praecedentia facta sua, quamquam im|mensa et eximia *s*int, facile superari*t*; nam in hoc quoque mira|bilem esse c(larissimi) v(iri) virtutem, quod cotidie in bene faciendo et in pa|tria sua tuenda ipse se vincat; et id*circo*, *q*uamvis pro mensu|ra beneficiorum eius impares in referenda gratia simus, inte|rim tamen pro tempore vel facultate, ut adiuvet saepo factu|*r*us, rem*u*nerandam esse c(larissimi) v(iri) benevolentiam, non ut illum pro|niorem habeamus, aliut enim vir ita natus non potest facere, sed | ut nos iudicantibus gratos praebeamus et dignos tali decore ta|lique praesidio: q(uid) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt), primo censente Calpurnio Certo:

Cum Fabius Severu*s* v*ir* amplissimus adque clarissimus tanta pietate tanta|*q*ue adfectione rem p(ublicam) n(ostram) amplexus sit itaque pro minimis ma|*x*imisque commodis eius excubet

adque omnem praestantiam | *s*uam exerat, ut manifestum sit id enm agere, nt non modo nobis, sed pro|ximis quoque civitatibus declaratum velit esse se non ali quam | *p*atriae suae natum et civilia studia, quae in eo quamvis admodum | iuvene iam sint peracta adque perfecta, ac senatoriam dig|*nitat*em hac maxime ex causa concupivisse, uti patriam su|*am* cum ornatam tum ab omnib*us* iniuriis tutam defensamque | praestaret, interim aput iudices a Cae*sar*e datos, interim aput ip|*sum* *i*mperatorem causis publicis patro*ci*nando, quas cum iusti|tia divini principis tum *sua* eximia ac *pr*udentissima oration(e) | *semper* no*b*is cum victoria firmiores re*m*isit; ex proximo vero, || ut manifestatur cael*es*tibus litteris Antoni|ni Aug(usti) Pii, tam feliciter d*e*siderium pu*b*licum a|pud eum sit prosecutus impetrando, uti Car|ni Catalique attributi a divo Augusto rei pnbli|cae nostrae,[2] prout qui meruissent vita atque cen|su, per aedilitatis gradum in curiam nostram admit*te*|rentur ac per hoc civitatem Romanam apisceren|tur,[3] et aerarium nostrum ditavit et curiam comple*vit* | et universam rem p(ublicam) n(ostram) cum fomentis[4] ampliavit adm*it*|tendo ad honorum communionem et usurpation*em* | Romanae civitatis et optimum et locupletissimum | quemque, ut scilicet qui olim erant tantum in redit*u* | pecuniario, nunc et in illo ipso duplici quidem per | honorariae numerationem repperiantu*r* *et* sin*t*, | cum quibus munera decurionatus iam ut pauci*s* *one*|rosa honeste de pleno compartiamur. Ad cniu*s* *rei* | gratiam habendam, ut in saecula perm*ansuro* *eius*|modi beneficio, oportuerat quidem, si fieri pos*set* *et* | si verecundia clarissimi viri permitteret, universos n*os* | ire et gratias ei iuxta optimum principem agere. Sed | quoniam certum est nobis onerosum ei futurum *ta*|le nostrum officium, illut certe proxime fieri opor|tet o[5] statuam ei auratam equestrem primo quoque | tempore in celeberrima fori *n*ostri par*te* poni et *in* | basi eius hanc nostram consensionem adque hoc | decretum inscribi, uti ad posteros nostros tam vol*tus* | amplissimi viri quam facta per*m*aneant: petique a | *F*abio Vero egregio viro patris (*immo* patre) Severi, uti, quando q*ui*|dem et commentum hoc ipsius sit providentiae, qua | rem publicam n(ostram) in*f*atigabili cura gubernat et in hoc | plus publici benefici, quod talem et nobis et imperio civem pro|creavit adque formavit, cuius opera studioq(ue) et orna-

tiores | et tutiores in dies nos magis magisque sentiamus, uti patiatur | se in hanc rem ad filium suum legari mandarique sibi, | uti gratias publice clarissimo viro mandatu nos|tro agat et gaudium universorum singulorumque | ac voluntatem ut magister talium rerum in notitiam | eius perferat. Censuerunt.

Tergeste. Corp. V n. 532 descr. Mommsenus. (Orell. 4040. Henz. 7168). — 1) *Positus igitur est titulus inter a. 138/161.* 2) *Cf. Mommsenum l. l. p. 53.* 3) *Latinitatem igitur Carni et Catali assecuti sunt cf. Mommsenum l. l.* 4) *Confert Mommsenus Plin. ep. 2, 7, 3.* 5) o *delendum.*

---

694 C · HEDIO · C · F · CLVST · VERO | EQVO · PVBL · PRAEF · EQVIT · ALAE | INDIANAE[2] · P · F · TRIB · MILIT · LEG · II | TRAIAN · F · PRAEF · COH · II · LING · EQ | II VIR · II VIR · QVINQ · QVAESTORI | PATRONO · MVNICIPI · FLAMINI | ITEM · PITINO · MERGENTE | IIII VIR · QVINQ · IIII VIR · AEDILI | PATRONO · MVNICIPI · PONTIFICI[1] | QVOD · CVM · ANTEA · STATVA · EI · NOMINE | PVBLICO · OB MERITA · EIVS · DECRETA | ESSET · ET · IS · HONORE · CONTENTVS | SVMPTIBVS · PVBLICIS · PEPERCISSET | DECVRIONES · EX SVO · POSVERVNT | QVIBVS · OB DEDICATIONEM | VERVS · SINGVLIS HS LXX N | SPORTVLAS · DEDIT

In latere sinistro: IIviri et decuriones Forosemproniens(ium) Vero salutem. |

Et dignitatis tuae tot tantique tituli iudiciis | principalibus pulchri et in rempublicam n(ostram) | notabilis munificentia et adfectus, quos civi|bus nostris nunc ipse praestas, nunc ab eis per|cipis, et praecipue morum tuorum modestia | singularis reverentia insignis necessario | nos compulit, ut tandem parem tibi grati|am, in quantum potest, dum ignoras refera|mus. Nam statuam tibi pedestrem de nostro | ponendam iam pridem decrevimus, sed idcirco | decretum ad te non misimus, ne nunc quoque | sicut antea, cum publice tibi statua decreta | est, fecisti, honore tantummodo te conten|tum esse rescriberes, quae res tuam quidem | modestiam inlustraret, nobis vero velut | segnitiam exprobraret. Igitur statua | decreta, ne quid negare possis, iam comparata | advehitur: quod superest, voluntati nostrae | consule et qualem inscriptionem dandam | putas petentibus facito notum. Optamus te | bene valere.

Foro Sempronii (Fossombrone). Orell. 4039 vidit Henzenus. — 1) *Legendum: C. Hedio C. f. Clust(umina) Vero equo publ(ico), praef(ecto) equit(um) alae Indianae p(iae) f(idelis), trib(uno) milit(um) leg(ionis) II*

Traian(ae) f(ortis), praef(ecto) coh(ortis) II Ling(onum) eq(uitatae), duumvir(o), duumvir(o) quinq(uennali), quaestori, patrono municipi, flamini; item Pitino Mergente quattuorvir(o) quinq(uennali), quattuorvir(o) aedili, patrono municipi, pontifici cet. [2]) *Ita dicta videtur a Iulio Indo Trevero Tac. Ann. III, 42 cf. Rhein. Iahrb. XIX (1853) p. 57.*

---

695 Calibus in curia Torq(uatiana) Vitr(asiana) scrib(undo) *adf(uerunt)* | Ti. Cl(audius) Felix, Ti. Cl(audius) Ca*l*enus (?), Q. Ser*gius* | Priscus.

Quod recit(ata) epistula L. Vitr(asi) Silvestr*is* | L. Marcius Vitalio IIIIvir ad ordin*em v(erba) f(ecit)* | q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt): ordinem iam pr*idem* | intellexisse L. Vitrasi Silvestris *erga* | communem patriam et studium et *vo*|luntatem, cum is primo petitioni m*unici*|pum suorum in suscipienda gladiat*or(ii) mu*|neris cura tam sumptuose iniunc*tum* | sibi munus explicuerit, ut et nos *eum* | orn(amentis) dec(urionalibus) et municipes statuae honore | ornandum merito arbitrati sim*us*, | etiam cum is ultra modum facul*tat*|um suar(um) ultro et libenter obfera*t da*|turum se in perpetuum praesenti*bus* | id(ibus) Mais sui cuiusq(ue) anni die natal*i suo* | nobis liberisq(ue) n(ostris) vic(toriatos) n(ummos) III, scrib(is) liber*isq(ue) eo*|rum vic(toriatos) n(ummos) II, Aug(ustalibus) vic(toriatos) n(ummos) II, munic*ipib(us)* | vic(toriatos) n(ummos) I; placer(e) univer(sis) conscr*iptis* | L. Vitrasio Silvestri pro eius erg*a nos* | amore public(e) gratias agi, cum is merc*ed(em)*? | suam cum r(e) p(ublica) n(ostra) sit paene partitus, per*mit*|tiq(ue) e*i* inscription(em) basis suae sicu*t edi*|der(it) ampliare, quoq(ue) manifestio*r* | cunct(is) munic(ipibus) n(ostris) liberalit(as) eius ex*istat* | epist(ulam) IIII vir(i) sub edict(o) suo celeber(rimo) loc*o* | ponend(am) curent, u(bi) d(e) p(lano) r(ecte) l(egi) p(ossit). C(uncti) c(ensuerunt).

Calibus. Ann. Inst. arch. 1865 p. 18 descr. Henzenus ectypum et restituit cum Mommseno. Epistulae in fine decreti commemoratae paucae litterae supersunt (cf. ibid. p. 28), quas referre non visum est.

---

696 M · MECONIO · M · F · | M · N · M · PRON · COR | LEONI | AED · IIII VIR · LEG · COR · Q · P · P | PATRONO · MVNICIPII | IIII VIR · Q · Q[1] | DECVRIONES · AVGVSTALES · POPV|LVS · EX AERE · CONLATO | OB · MERITA · EIVS

In altera basi: M · MECONIO · M · F | COR · LEONI | AED · $\overline{IIII}$ VIR · LEG · COR | QVAEST · PEC · P ⸙ | PATRONO · MVNICIPI ⸙ | AVGVSTALES · PATRONO | OB · MERITA · EIVS | L · D · D · D

In latere dextro: Kapnt ex testamento.

Hoc amplius rei p(ublicae) Petelinorum dari volo | HS $\overline{X}$ n(ummum) item vineam Caedicianam cum | partem fundi Pompeiani ita uti optima maxi|maq(ue) sunt, finibus suis qua mea fuerunt. Volo au|tem ex usnris semissibus HS $\overline{X}$ n(ummum) comparari[2] Augus|talium loci n(ostri) ad instrumentum tricliniorum duor|um, quod eis me vibo tradidi, candelabra et lucernas | bilychnes arbitrio Augnstalium, quo facilius stratio|nibus pnblicis obire possint. Quod ipsum ad utilitatem | rei p(ublicae) n(ostrae) pertinere existimavi, facilius subituris onus Augus|talitatis, dum hoc commodum ante oculos habent. | Ceterum autem temporum usura(m) semisse(m) HS $\overline{X}$ n(ummum) ad instru|mentum Augustalium arbitrio ipsorum esse volo, quo | facilius munus meum perpetuum conservare possint; | neque in alios usus usuras, quas ita a re p(ublica) acceperint, trans|ferri volo quam si necesse fuerit in pastinationem.

Vineam quoq(ue) cum parte fundi Pompeiani sic ut su|pra dixi hoc amplius Augustalibus loci n(ostri) dari | volo. Quam vineam vobis, Augnstales, idcirco dari | volo (quae est Aminea[3]), ut, si cogitationi meae, qua pro|spexisse me utilitatibus vestris credo, consenseritis, | vinum usibus vestris, dumtaxat cum publice epulas ex|ercebitis, habere possitis. Hoc antem nomine relevati in|pendis facilius prosilituri hi, qui ad munus Augustalita|tis compellentur. — Locatio vineae, partis fundi Pompeiani vine|am colere poterint.[4] — Haec ita ut cavi fieri praestarique | volo.

Hoc amplius ab heredibus meis volo praestari | rei p(ublicae) Petelinorum et a re p(ublica) Petelinorum corpori Au|gustalium ex praedis ceteris meis palum ridicam | omnibus annis, sufficiens pedaturae vineae | quam Augnstalibus legavi.

In latere sinistro: A vobis autem, Augustales, peto hanc voluntatem | meam ratam habeatis et ut perpetua forma obser|vetis curae vestrae mandetis. Quo facilius autem | nota sit corpori vestro haec erga vos voluntas, | totum loci kaput quod ad vestrum honorem perti|net *faciatis ut lapidi incisum palam legi possit.*

Peteliae (Strongoli). I. Neap. 78. 79 descr. Gualterus (Orell. 3677. 3678). — [1]) *Legendum: M. Meconio M. f. M. n(epoti) M. pron(epoti)*

Cor(nelia) Leoni, aed(ili), quattuorvir(o) leg(e) Cor(nelia), q(uaestori) p(ecuniae) p(ublicae), patrono municipii, quattuorvir(o) q(uin)q(uennali). [2]) *'In usum nisi excidit, cogitatione supplendum est.' Mommsenus.* [3]) Aminea *dicitur, quia vites eius Amineae erant.* [4]) *'Caput de locatione consulto videtur omissum ut prima tantum et postrema verba referrentur.' Mommsenus.*

696*a* *In parte antica:* SEX · FADIO · *pap(iria)* | SECVNDO · MV*sae*[1] | OMNIBVS · HON*oribus* | IN COLONIA · N*arbo*|NENSE · *functo* | *flamini* | *pr*OV[2] · NARB · | FABRI · SVBAEDI*ani*[3] | NARBONENS*es*[4] | PATRONO OB MERITA | EIVS · | L ·

In parte laterali: Exemplum epistulae | Sex. Fadi Pap(iria) Secundi Musaé | in verba infra scribta (*sic*): | S. F(adius) Secundus collegio fabrum Narbonesium salutem. | Plurimis et adsiduis erga me meritis vestris *referre* gratiam | aequam difficile est. Quo munus *corpori* vestro gratissimum sciam | modo largitionis, inter liberos et clarissimum nepotem Iucundum | sestertia sedecim millia nummum V k. Maias primas die natali meo | impensae[5] vestrae inferam dictaque die usuras totius anni computatas | octono[6] pernumerabo. Quo vel gratius sit munusculum meum, | a pietate vestra peto, ut usuras huius summae ea die | honestissimo habitu inter praesentes et epulantes in perpetuum | dividatis; neque ea summa in ullum alium usum convertetur; | hac epistula cavetur .... | secundi .... tota vel omissa fuerit | .... ineat .. neisi in petenda pequnia | .... e . nt ad *f*iscum maximi principis.[7]
*Vol*un*t*atem meam, si modo probaveritis, et vestram | *ius*sionem uti *aereae t*abulae[8] inscalptam ante aedem[9] | proponatis et in basi *s*tatuae,[10] quam mihi posuistis | *eam* proscribatis impen*diis*[11] *meis rogo, quo certi*or futurae observationis in desiderio meo probatio sit. | Manu *Fadii*[12] Secundi su*b*no*t*atum[13] erat: | A(cta) e mandato. Scribsi kalendis Octobribus Orfito et | *Prisco* cos.[14] Epistulam pro perfecto instrumento retinebitis. | *Val*ere vos cupio, domini[15] optimi et carissimi mihi. |
*Liber*a*l*itatis[16] in perpetuum conservandae et | *proponen*dae gratia fabri subaedian(i) Narbonenses | *ex* tabula aerea con*la*tum[17] ante aedem[18] loco | *celeberr*imo ponendum censuerunt.

Narbone. Bullett. Inst. arch. 1853 p. 27 sq. (Henzen 7215 Herzog Gall. Narb. n. 18). Descripsit B. Stark imaginem tituli lateralis ad ectypum

chartaceum confectam et in bibliotheca Narbonensi adservatam. Restituit et commentatus est de titulo Mommsenus l. l. Anticam satis male descr. Artaud, supplevit Herzog l. l. Accentibus insignem fuisse titulum scimus. — [1]) *Libertum esse, quia deest patris nomen, putat Mommsenus.* [2]) NOVI *Artaud.* [3]) SVBAEDIL *Art.* [4]) NARBONENSI *Art.* [5]) *Pro arca dictam esse putat Mommsenus.* [6]) *Pro octo* HS *unum, itaque* $12\frac{1}{2}$ *$\frac{8}{8}$.* [7]) *Sensus est: si celebratio natalis omissa fuerit a fabris subaedianis, summam fisco dominico inferendam esse.* [8]) APRIALIABVLAE *Starkii exemplum.* [9]) AIDEM *St.* [10]) ATATVAE *St.* [11]) IMPENENS *St.* [12]) EADIE *St.* [13]) SVSNOIATVM *St.* [14]) *A. 149 Mommsenus, qui Crispinum et Maximum cos. annorum 110 et 172 propter exiguum lacunae spatium excludendos esse censet.* [15]) *Cf. Friedlaender, Sittengesch. I, 356 sqq.* [16]) . . . . ANTATIS *St.* [17]) CONIATVM. [18]) AIDEM.

CAPVT IV.

TITVLI OPERUM PVBLICORVM.

697 Ab colonia deducta anno XC[1], | N. Fufidio N. f. M. Pullio duovir(eis), | P. Rutilio Cn. Mallio cos.,[2] | operum lex II. | Lex parieti faciendo in area, quae est ante | aedem Serapi trans viam. Qui redemerit, | praedes dato praediaque subsignato | duumvirum arbitratu. | In area trans viam paries qui est propter | viam, in eo pariete medio ostiei lumen | aperito; latum p(edes) VI, altum p(edes) VII facito. Ex eo | pariete antas duas ad mare vorsum proicito | longas p(edes) II, crassas p(edem) I. Insuper [id][3] limen | robustum long(um) p(edes) VIII, latum p(edem) I:·[4], altum p(edis) S:·[5] | inponito. Insuper id et antas mutulos robustos | II crassos S:[6], altos p(edem) I proicito extra pariete | in utramq(ue) partem p(edes) IV. Insuper simas pictas | *ferro figito*.[7] Insuper mutulos trabiculas | abiegineas II, crassas quoque versus s(emissem), inponito[8] || ferroque figito. Inasserato asseribus abiegnieis | sectilibus, crasseis quoque versus::[9]; disponito ni plus S:·[10]. | Operculaque abiegnea inponito. Ex tigno pedario | facito. Antepagmenta abiegnea lata S:· crassa E[11] | cumatiumque inponito ferroque plano figito, | portulaque[12] tegito tegularum ordinibus seneis | quoque versus. Tegulas primores omnes in ante|pagmento ferro figito marginemque inponito. | Eisdem fores clatratas II cum postibus aesculnieis | facito statuito oculudito picatoque ita, utei ad aedem | Honorus facta sunt. Eisdem maceria extrema paries | qui est, eum parieem cum margine altum facito p(edes) X. | Eisdem ostium, introitu in area quod nunc est, et | fenestras, quae in pariete propter eam aream suntt, | pariete[13] opstruito; et parieti, qui nunc est propter | viam, marginem perpetuom inpon*i*to. Eosq(ue) parietes | marginesque omnes, quae lita non erunt, calce | hare-

nato[14] lita politaque et calce uda dealbata recte | facito. Quod opus structile fiet, in terra calcis | restinctai partem quartam indito. Nive maiorem | caementa[15] struito, quam quae caementa arda | pendat p(ondo) XV, nive angolaria altiorem :: E[16] facito. || Locumque purum pro eo opere reddito. | Eidem sacella aras signaque, quae in | campo sunt, quae demonstrata erunt, | ea omnia tollito deferto componito | statuitoque, ubei locus demonstratus | erit, duumvirum arbitratu. |

Hoc opus omne facito arbitratu duovir(um) | et duoviralium,[17] qui in consilio esse | solent Puteoleis, dum ni minus viginti | adsient, cum ea res consuletur. Quod | eorum viginti iurati probaverint, probum | esto; quod ieis inprobarint, inprobum esto. | Dies operis: k. Novembr(ibus) primeis. Dies pequn(iae): | pars dimidia dabitur, ubei praedia satis | subsignata erunt; altera pars dimidia solvetur | opere effecto probatoque.

C. Blossius Q. f. | HS ∞ Đ, idem praes.[18] Q. Fuficius Q. f. | Cn. Tetteius Q. f. C. Granius C. f. Ti. Crassicius.

Puteolis in tab. marm. Corp. I n. 577. Ritschl tab. LXVI ad lap. (Orell. 3697). Tribus paginis scripta est, quas duplicibus hastis indicavi. 'Titulum hunc quamquam constat antiquum esse, tamen cum litterarum forma tum paginarum divisio demonstrat incisum esse non septimo urbis saeculo, sed aetate imperatoria; idemque suadet scripturae ratio subinde ut in duumvirum I, 8; III, 6 *illi aetati minime conveniens. Omnino similes operum leges non raro restitutas esse consentaneum est.' Mommsenus l. l. Ibidem forma portulae de qua agitur a Boettichero delineata datur. Adnotat Mommsenus:* 1) *'Colonia Puteoli cum deducta sit a. u. c. 560 annus coloniae nonagesimus vere incidit in a. u. c. 649.* 2) *U. c. 649.* 3) ID *videtur accessisse ex interpolatione.* 4) *Pedem unum quadrantem.* 5) *Pedis dodrantem.* 6) *Bessem.* 7) FERRO · OFFIGITO *in lap. ex prava geminatione.* 8) INPONº *in lap.* 9) *Trientem.* 10) *Hoc videtur lex dicere trabiculas asseribus inasserandas esse ita, ut ne plus dodrantem altera ab altera distet.* 11) *Semunciam.* 12) *Portula Iahnius Bullet. 1841 p. 11 accipit pro portulam, quod probavit Boetticherus. M accusativi subinde omittitur in hoc titulo secundum antiquam consuetudinem.* 13) PARIETEM *lapis.* 14) *Cf. Cato de r. r. 18, 7; est* calce *et* hareuato *omissa copula; opponitur calx uda.* 15) Caementa *hic tegula est.* 16) *Trientem semunciam.* 17) DVOVIRATIVM *in lap.* 18) *Explicat Festus ep. p. 151 Müll.:* Manceps dicitur qui quid a populo emit conducitve — — qui 'idem praes' dicitur, quia tam debet praestare quod promisit quam is qui pro eo praes factus est.

C. Blossius hoc opus cum faciendum redemisset sestertiis mille quingentis, praedes dedit; qui cum ex iure praediatorio soli populo tenerentur (manceps enim si minus praestabat quae receperat, quanti ea res erat, non ab ipso sed a praedibus exigebatur), ipse quoque manceps praedis loco se obligare solebat.'

---

698 Q · VIBVLEIVS · L · F | L · STATIVS · SAL · F | DVO · VIR | BALNEAS · REFICIVND | AQVAM · PER · PVBLICVM | DVCENDAM · D · D · S · | COERAVERE

Praeneste in ruinis thermarum. Corp. I, 1181 Ritschl tab. LIII B.

---

699 C · QVINCTIVS · C · F · VALG · PATRON · MVNIC | M · MAGI · MIN · F · SVRVS · A · PATLACIVS · Q · F | IIII · VIR · D · S · S PORTAS · TVRREIS MOIROS | TVRREISQVE AEQVAS · QVM MOIRO | FACIVNDVM COIRAVERVNT

Aeclani inter rudera portas orientem versus rep., alterius exempli eiusdem inscr. fragmentum Mirabellae vidit Mommsenus. Corp. I, 1230. Ritschl tab. LXX c. (Orell. Henz. 566. 6582). — Adnotat Mommsenus: 'Eiusdem C. Quinctii Valgi sunt tituli Pompeiani n. 1246. 1247. Minatium Magium Hirpinum Aeclanensem atavum suum commemorat Velleius 2, 16.'

---

700 Q · LVTATIVS · Q · F · Q · N · CATVLVS · COS[1] | SVBSTRVCTIONEM · ET · TABVLARIVM | DE · S · S[2] · FACIVNDVM · COERAVIT | *ei*DEMQVE · PRO*bavit*

*q lu*TATIVS · Q · F · Q · N · *Catulus cos* | *de s*EN · SENT · FACIVNDV*m coeravit* | EIDEMQVE · *p*ROB*avit*

Romae in Capitolio. Corp. I, 592 descr. Signorilius et Poggius, 591 Ritschl tab. LXIX c (Orell. 31 = 3267). — Pertinere inscriptiones ad restitutionem aedis Iovis optimi maximi Capitolinae, prid. non. Quinct. a. u. c. 671 combustae, coeptam a Sulla dictatore, absolutam a Catulo a. 676/694, demonstravit Mommsenus l. l. — [1]) *A. u. 676.* [2]) *De s(enatus) s(ententia). Tacetur populi iussus cf. Cicer. Verr. 4, 31, 69 et Mommsenum l. l.*

---

701 L · NVMISTRONIVS · L · F · DECIAN | M · LVCIVS · M · F | M · RVNTIVS · L · F · MESS | AED · PORTAS · TVRREIS | MVRVM · EX · S · C | FACIVND · COERARVNT | EISDEMQ · PROBARVNT

Fundis in arcu portae. Corp. I, 1187 descr. Iucundus aliique.

702 C · VALERIVS · C · F · TRIARIVS | M · RVNTIVS · L · F · MESSIAnus | ITER · C · AFIEDIVS · C · F · SEXTIanus | AED · EX · S · C · F · LOCAVERVNT | M · RVNTIVS · L · F · MESSIANVS | C · APIEDIVS · C · F · SEXSTIANVS | PROBAVERVNT

Fundis. Corp. I, 1188 descr. Iucundus aliique.

---

703 L · STATIVS · CN · F CHĪLO | L · PETTIVS · C · P PANSA | C · PETTIVS · V · F · GEMELLVS | L · TATTIVS · T · F COXSA | MAGISTRĪ · LAVERNEIS · MVRVM · CAEMENTĪCIVM | PORTAM · PORTICVM | TEMPLVM · BONAE · DEAE | PAGĪ · DECRETO · FACIENDVm | CVRARVNT · PROBARVNTQue

Prezzae, ubi fuisse Lavernarum pagum intellectum est ex hoc titulo, inter Sulmonem et Corfinium. Corp. I, 1379 Ritschl tab. LXIV I. *(Orell. 3270—4941).*

---

704 T · ANNIVS · T · F · RVFVS | L · SEPTIMIVS · SA · F · DENTIO | L · ANNIVS · T · F · GRITTO · MAGISR̄ | EX · PAGI · D · SCAINA · FAC · COIR | T · ANNIVS · T · F · RVF · L · [1] T · P · GRITTO | PROBAVERVNT

In pago Lavernarum (Prezza). Corp. I, 1280 Ritschl tab. XCIV E. *(Henz. 6594).* — [1]) *Scilicet Annius.*

---

705 T · AIENVS · V · F · MenoPIL · I[1] · LVCIDIVS · L · L · BILLO | Q · CAESIENVS · C · F · POST · C · OPISIVS · C · F | Mg · pAgI[2] · D · V · S · F · C · I · Q · P[3]

Furfone in agro Aquilano. Corp. I p. 1285 Rilschl tab. LXIV H. — [1]) L *lapicidae errore excidisse videtur.* [2]) *In tab.* MO NCI; *emendavit Mommsenus.* [3]) *Mag(istri) pagi d(e) v(ici) s(ententia) f(aciundum) c(urarunt) i(dem)q(ue) p(robarunt).*

---

706 L · BETILIENVS · L · P · VAARVS | HAEC · QVAE · INFERA · SCRIPTA | SONT · DE · SENATV · SENTENTIA | FACIENDA · COIRAVIT · SEMITAS | IN · OPPIDO · OMNIS · PORTICVM · QVA | INARCEM · EITVR · CAMPVM · VBEI | LVDVNT · HOROLOGIVM · MACELVM | BASILICAM · CALECANDAM · SEEDES | laCVM · BALINEARIVM · LACVM · AD | pORTAM · AQVAM · IN · OPIDVM · ADQVe | ARDVOM[1] · PEDES · CCCXↁ · PORNICESQ | FECIT · FISTVLAS · SOLEDAS · FECIT

OB · HASCE · RES · CENSOREM · FECERE · BIS | SENATVS · FILIO · STIPENDIA · MERETA | ESE · IOVSIT · POPVLVSQVE · STATVAM | DONAVIT · CENSORINO[2]

Aletrii. Corp. I, 1166 Ritschl tab. LII B *(Orell. 3892).* — *Titulum scriptum esse constat ante legem Iuliam de civitate a. 664, nam civitate accepta senatus Aletrinas iam non potuit civi suo vacationem concedere.*

Contra sermonis indoles, maxime vocalium geminatio adhuc non observata ante aetatem Gracchanam facit, ne ante a. 620 facile scriptus esse possit (Ritschl mon. epigr. tria p. IV). Mommsenus l. l. — [1]) *Id est:* 'et ad arduum, *silicet* in arcem' *Ritschelius l. l.* [2]) '*Plane ut L. Betilienus Varus Aletrii dictus est* Censorinus *propter censuram bis gestam, Romae quoque C. Marcius Rutilus a. 489 iterum censor factus, quod huic soli accidit* in hoc honore Censorinus appellatus est (*Fast. Capitol.*) idque cognomen ad posteros transmisit (*Plut. Coriol. I Val. Max. 4, 1, 3*)'. *Mommsenus l. l.*

---

707 C · DEXIVS · L · F · MA*ximus* . . . CVR · PORTICVM · THEA*tri* | CRYPTAM · PERFI*cienda* *cur*AVIT · QVOI · IN OPERIBVS | PVBLICEIS · QVAE · S · *s. s.*[1] *ex s.* C · INSCRIPTIO · DATA · EST | T · ALBIVS · C · F · PANSA · IIII VIR · I · *d* *p*ONT[2] · O . . *a*LBIVS · T · F · PANSA · FILIVS · IIII VIR[3] | OPVS · THEATRI · PERFECIT · IN · MVLIEBIB[4] · AERAMENTIS · ADORNAVER

Interamnae. Gudius p. LXXIV, 4 cf. Fabretti p. 619 n. 160. Interpolatam dat Donius p. 75, 35 (Orell. 3279). — [1]) *S(upra) [s(cripta) s(unt)].* [2]) *Quattuorvir i(ure) [d(icundo), p]ont(ifex).* [3]) AVG *id est: aug(ur) addunt exempla interpolata.* [4]) *Traditur* MVLIEBIBA · ERAMENTIS, *quod quomodo emendandum sit, non constat. De mulierum sedibus, quas Romae quidem et in amphitheatro et in theatro post Augustum proprias sedes habuisse, a sedibus virorum seiunctas, scimus, hoc loco aliquid dictum fuisse probabile est, sed non certum.*

---

708 *Extant huius tituli duo exempla, invicem se supplentia:* A · HIRTIVS · A · F · M · LOLLIVS · C · F · CES · FVNDAMENTA · MVROSQVE · AF · SOLO · FACIVNDA · COERAVERE · EIDEMQVE · PROBAVERE · IN · TERRAM · FVNDAMENTVM · EST · PEDES · ALTVM · XXXIII · IN TERRAM · AD · IDEM · EXEMPLVM · QVOD · SVPRA · TERRAM · SILICI

Ferentini. Corp. I, 1161 Ritschl tab. LXVII c et LXVIII D. Ibidem extant tituli duo ad idem aedificium pertinentes:

708a A · HIRTIVS · A · F · M · LOLLIVS · C · F · CES · FVNDAME*N*TA | FORNICES · FACIVNDA · COERAVER*E* · EIDEMQVE | PROBAVERE

708b M · LOLLIVS · C · F · A · HIRTIVS · A · F · CES · FVNDA*m*ENTA · | FACIVNDA · COERAVERVNT · EIDEMQVE · PROBAVERE

Corp. I, 1162. 1163. Ritschl tab. LXVII A B.

---

709 M · SAVFEIVS · M · F · RVTILVS · | C · SAVFEIVS · C · F · FLACVS | Q[1] | CVLINAM · F · D · S · S · C[2] · EISDEM|Q · LOCVM · EMERVNT DE | L ·

TONDEIO · L · F · PVBLICVM | EST · LONGV · P · CXↀVIIIS | LATVM · AF · MVRO · AD | L · TONDEI · VORSV · P · XVI

Praeneste. Corp. I, 1143 Ritschl tab. LIII A. (Henzen 6601). — [1]) *Q inter v. 1 et 2 in margine. Saufeium Flaccum habes etiam infra n. 1792.* [2]) *Q(uaestores) culinam f(aciundam) d(e) s(enatus) s(ententia) c(uraverunt.*

---

710 L · ATEIVS · M · F · CAPITO · | DVOMVIR · QVINQ | CVRIAM · TABVLARIVM · | SCAENARIVM · SVBSELIARIVM[1] · LOCO · | PRIVATO · DE SVA · PECVNIA · C · C · N · F · COERAVIT[2] · | PORTICVS · CENACVLA · EX · DECVRIONVM · DECRETO · DE · | SVA · PECVNIA · C · C · N · FACIVNDA · COERAVIT · IDENQ · PROBAVIT

in latere angusto: D · A · V · IX[3] ·

In ruinis col. Castri novi prope Civitavecchia. Corp. I, 1341 Ritschl tab. XCIV c. (Orelli 2600). — [1]) *Tabularium scaenarium subsel(l)iarium locum esse curiae adiunctum, ubi tam tabulae publicae reponantur quam ludorum publicorum instrumentum scaena et subsellia, iudicat Mommsenus l. l.* [2]) *C(olonis) C(astri) n(ovi) f(aciundum) coeravit. Colonia Castrum novum post Caesarem demum deducta est, itaque inscriptio quoque post eum exarata est.* [3]) *Quid subsit non perspicitur.*

---

711 C · BRVTTIVS · C · F | SER · AED · PRO · Q[1] | MVR · P · CC[2] · DE · SVA | PEQ · FACIVNDVM | COER · P · CORNEL · | Q · CAECIL · COS[3]

Grumenti (Saponara). Corp. I, 604 Ritschl tab. LXXXV A. — [1]) *Aed(ilis) pro q(uaestore) legendum, hoc tamen unicum huius magistratus est exemplum.* [2]) *Mur(um) p(edum) cc.* [3]) *A. u. 697.*

---

712 ANSIA · TARVI · L | RVFA · EX · D · D · CIRC | LVCVM · MACER | ET · MVRVM · ET · IANV | D · S · P · F · C

Tegiani (Diano). Corp. I, 1260 descr. Brunnius, litterisque antiquis, fortasse ante Augustum scriptam esse adnotavit. (Orell. 2516). — *Intellege: Ansia Rufa ex d(ecurionum) d(ecreto) macer(iam) et murum et ianu(as) circ(um) lucum d(e) s(ua) p(ecunia) f(aciunda) c(uravit).*

---

713 C · SEMPRONIVS · C · F · GAL · SEMPRONIANVS · II VIR · BIS | PONTVFEX · PERPET · SEMPRONIA · FVSCA · VIBIA · ANICILLA | FILIA · THERMAS · AQVA · PERDVCTA · CVM · SILVIS · AGNVAR[1] | TRECENTARVM · PECVNIA · IMPENSAQVE · SVA · OMNI · D · D

In municipio Flavio Aurgi (Iaen) in lap. ingenti. Corp. II n. 3361 descr. Huebnerus litterisque optimis saeculi Traiani scriptam videri adnotat. — [1]) Agnua *idem est quod* actus *i. e. pedes quadrati CXX. Confert Huebnerus Varr. de r. r. 1, 10, 2 Colum. 5, 1, 5. Rudorffii Inst. grom. p. 279 et indicem gromaticorum s. v. aenua.*

---

714 ALFIA · P · F · QVART*a baln* | MVLIEBRE · A · SOLO *fecit* | EADEM · LAPIDE · VA*rio ex*|ORNAVIT · LABRVM · AE*neum cum* | FOCVLO · SEDES · POS*uit p. s.*

Marruvii Marsorum (S. Benedetto). I. Neap. 5496 ad exempla antiqua.

---

715 C · ALFIVS . T · F · MAXIMVS | PECVNIAM · LEGAVIT · L · HEREN|NIO · C · F · RVFO · IS · AEDEM · PODI|VM · CRYPTAE · PARTEM · FACI|ENDA · CVRAVIT · PROBAVITQ

Corfinii (S. Pelino). I. Neap. 5363 descr. Mommsenus.

---

716 . . . . *liberalis iun. et libe*RIA FILII EIVS ∘ L ∘ D ∘ D *d*

716*a* . . . . *liberalis iun. et li*BERIA ∘ FILII EIVS ∘ | . . . . *m*AIORE PARTE MVNDATAS | . . . . DESVPER PRIMVM MAR|*more* . . . . . . VETVSTATE DILABSVM IN| . . . . MEDIO AN . . . IYTO VSQ | . . . . CIO . . . . . Ↄ ∘ L ∘ DDD

716*b* . . . . . . *libe*RALIS ∘ IVN ∘ ET ∘ LIBERIA ∘ *Filii eius* . . . | . . . . . . *g*RADVSQVE CONCAMARATIONES COMI . . . . | . . . . . . XIII INLVMINAVERVNT EASQVE CANCELLIS MARMOREIS . . . . . . | . . . . . . *exornav*ERVNT ∘ DELPHINIS BINIS · PER · VIAS THEATRI ADIVNCTIS ∘ LA . . . . . . | . . . . *i*M ∘ XIIII ∘ LAPIDIBVS EIVS PER ANTIGRADOS STRATIS MARMO*reis* . . . . . . | . . . . ORA . . . XIRC . . . M ∘ PODIIS MARMOREIS VIAS DEXTRA LAE*vaque* . . . . . | . . . . . . *feceru*NT · *de*DICAVERVNTQ · L · D · D · D

Rusicade in theatri ruinis. Renier n. 2179—2181 qui descr. (Henzen 6596). Et in principiis et in finibus versuum inscriptionis tertiae satis multa periisse videntur.

---

717 M · MINATIVS · M · F · *p*OM | SABINVS[1] · TVRREM · DE | SVA · PEQVNIA · MVRVM | DE · PEQVNIA · CONLATA | FACIVND · COERAVIT | IDEMQVE · PROBAVIT

Tegiani (Diano) in Lucania. Corp. I, 1259 ad exemplum antiquum. — [1]) *Pro* POM *traditur* DOM. *Adnotat Mommsenus: 'Aut idem est aut certe*

eiusdem familiae M. Minatius Sabinus proquaestor Cn. Pompei Magni filii in bello Hispaniensi a. u. 709 ex solis nummis notus.'

---

718 C N · S ATRIVS · CN · F · RVFVS · IIII · VIR · IVR · DIC
BASILICAS · SVBLAQVEAVIT · TRABES · TECTI · FERRO · SVFFIXIT
LAPIDE · STRAVIT · PODIO · CIRCVMCLVSIT · SVA · PEC ET · DEDIT
DECVRIONATVS · NOMINE HS Ɔ̆CC ∞
IN · COMMEATVM · LEGIONIBVS HS ∞∞∞ CCCCL
IN · AEDEM · DIANAE RESTITVENDAM HS IↃↃ ∞ CC
IN · LVDOS · VICTORIAE · CAESARIS · AVGVSTI HS IↃↃ ∞∞ DCCL

Iguvii (Gubbio) in theatri ruinis. Bull. Inst. arch. 1863 p. 228 descr. Brunnius. Titulum gemellum male suppletum refert Grut. 172, 14. De hoc titulo cf. Mommsenus Mon. Anc. p. 45.

---

719 . . . . S · M · F · NIGER · Q · VII[1] ·
aediculas (?) R E F I C I V N D A S · E X ·
*decurionu*M · DECRETO · LOCAVIT ·
*de eorum peq*VNIA · QVEI · INFRA · S · S ·
. . . . . . *n.* ΦDXXCVIIS L · CAI.TR · F[2] · N · CCL ·
. . . . . . *n.* ΦCCCLXVS M · SATRI · N · F N · CCL ·
. . . . . . *n.* CC∞XXI L · OPPI · M · F · BIRBATRI · N · CCL ·
. . . . . . *n.* CCCCII L · DECVMI · L · F · APRIA · N · CCL ·
. . . . . . *n.* CCCLXXVII L · ATTI · C · F N · CCL ·
. . . . . . *n.* CCCLXXIS C · LVCRETI · M · F · N · CCL ·
. . . . . . *n.* *c*CCLV M · AESQVLLI · PAQ · F · RVF N · CCL ·
. . . . . . *n.* *c*CCXLS SEX · TELTONI · L · F · STICH · N · CCL ·
. . . . . . *n.* *c*CCXXIS

Tegiani (Diano) in Lucania. Corp. I, 1257 Ritschl tab. XC c. — 1) *'Utrum legendum sit q(uaestor) septimum an VII contra consuetudinem ad sequens substantivum referatur, incertum est.' Mommsenus l. l.* 2) *Tr(ebii) f(ilius).*

---

720 SC · BALNEVM · CLODIANM | EMPTVM · CVM · SVIS · AEDIFICIS | EX · PECVNIA · AVGVSTAL · HS · [illegible] | Q · MINVTI IKARI | C · AVFILLI SVAVIS | C · AISCIDI LEPOTIS (*sic*) | N · HERENNI OPTATI | M · CALDI CHILONIS | M · OVINI FAVSTI

Teani Sidicini (Tiano). I. Neap. 4000 descr. Mommsenus (Henz. 7096).

---

721 L · MVMMIVS · L · F · C · MANEIVS · *c* · F | PR · DVO · VIR[1] · PRO · LVDEIS[2] · TVRRIS · DVAS | D · D · S · FACIVNDAS · COERARVNT

Telesiae. Corp. I, 1218 ad exemplum antiquum. — [1]) *Pr(aetores) duovir(i).* [2]) *Cf. infra n. 730.*

---

722 . . CALVIVS · P · F · P · N · C · GEMINIVS · C · F · MATEICLVS · AED*em* | CASTORIS · POLLVCIS · D · S · S · FACIENDAM · PEQVN · SAC*r* · COERAVER*unt* | *m.* CALVIVS · M · F · P · N · C · CRASSICIVS · P · F · C · N · VERRIS · D · S · S · PROB*arunt* *s* *d*EDICARQ

722a *c. geminius c. f. mateiclus .. calvius p. f. p. n. aede*M · CASTORI · POLLVCI · DE · C · S · FACIENDAM · PEQ · SACR COE*raverunt* | *c. crassicius p. f. c. n. verris* M · CALVIVS · M · F · P · N *d. c. s. probarunt dedicarq.*

Corae in templo Castorum. Corp. I, 1150. 1151. Ritschl tab. LXVIII A.

---

723 M · Man*LIVS · M · F · L · TVRPILIVS · L · F · DVOMVIRES[1] · DE · SENATVS | SENTEnt*IA · AEDEM · FACIENDAM · COERAVERVNT · EISDEMQVE · PROBAVERE

Corae in aede antiqua q. d. Herculis. Corp. I, 1149 Ritschl tab. LXVIII c. — [1]) *Duumviros esse aedi faciundae dedicandaeque neque ordinarium Coranorum magistratum, inde concludendum, quod in duobus titulis n. 722, huic plane similibus, magistratus omnino non indicatur, aliasque summi Coranorum magistratus praetores dicuntur cf. infra n. 1776.*

---

724 . . . . CERIALIS · P · AHIVS[1] · CANDIDVS · ÆD | *crepidinem an*TE · MACELLVM · TESSELLA · STRVENDAM | *et* . . . . PANARIOS · FABRICANDOS · EX · METR|*etis et ponderib*VS · INIQVIS · SVPPLENTIBVS · AD · EA | *iis* . . . . *merc*ATORIBVS CVRAVERVNT

Histonii (Il Vasto d'Aimone). I. Neap. 5255 ad exempla antiqua. — [1]) PAHIVS *traditur.*

---

725 *forum nov*VM CVM PORTCIB*us* | *et r*VDERIBVS OMNBVSQVE OR|*NAMENT*S RES P COL SEPTMIÆ AVR A*VZI*|*E*NSIVM[1] SVMTBVS TM SVIS QVM | EX SPORTVLIS DECVRONVM OPE|R*ISQVE* POPVLARVM A FVNDA|*mentis* *COEP*TVM PERFECIT DEDI|*cavit*QVE XVIII KAL IAN | AN P CLXXXXI[2] CVRANTBVS | . . . . VICTORNO ET | . . . . OPARO AEDILIBVS | *quorum et*IAM SVMMAE HONO|*RARIae ad perficiunda o*PERA DEPENSÆ SVNT

Auziae in Mauretania. Renier n. 3571. Eiusdem inscriptionis alterum exemplum, magis etiam mutilum, ibidem repertum est, cui debentur supplementa quae inclinatis maioribus litteris dedi. — [1]) *Res p(ublica) col(oniae) Septimiae Aur(eliae) Auziensium.* [2]) *A. 230 cf. supra ad n. 65.*

726 *Ad occidentem theatri rupis cernitur laevigata, manentibus fabricarum vestigiis olim ad eam applicatis, item aedicula ex ea excisa. Iuxta et infra hanc aediculam quattuor cernuntur inscriptiones collocatae sic:*

haec pars superficiei periit	*aedicula*	*inscr. IV*
inscr. I	*inscr. III*	*inscr. II*

I. P · HOSTILIVS · PHILADELPHVS | OB HONOR · AEDILIT · TITVLVM · POLIVIT | DE SVO ET NOMINA · SODAL · INSCRIPSIT · EORVM | QVI MVNERA POSVERVNT | DOMITIVS PRIMIGENIVS STATVAM | AEREAM SILVANI CVM AEDE | CORATIVS SABINVS AT TEMPLVM TEGEND | TEGVLAS CCCC TECTAS[1] | NVTRIVS VALENS SIGILLA MARMVRIA | DVA HERCVLEM ET MERCVRIVM · | PACCIVS MERCVRIALES · OPVS · CEMENTIC · | ✕ CCL · ANTE · TEMPLVM · ET · TABVLA · PICTA · OLYMPVM · ✕ XV | PVBLICIVS · LAETVS · AT TEMPLVM · AEDIFI¦CANDVM · DONAVIT · ✕ L · | ITEM · PACCIVS · MERCVRIALES · AT TEMPLVM · | AEDIFICANDVM · CVM FILIS · ET LIBERTO DON · | ✕ L · ITEM · SIGILLVM · MARMVRIVM · LIBERI · ✕ XXV | ALFENVS ASPASIVS SACERD | SIGNVM · AER · SILVANI · CVM · BASI · | ITEM · VIVVS · ✕ · I · MORTIS · CAVSAE · SVI | REMISIT | HOSTILIVS · PHILADELPHVS INSCeN¦DENTIBVS · IN TEMPLO PETRAM · EXCIDIT · D · S · |

II. P · HOSTILIVS · P · L · PHILADELPHVS | PETRAM INFERIOR · EXCIDIT ET TITVLVM FECIT VBI | NOMINA CVLTOR[2] · SCRIPSIT ET SCVLPSIT SAC VRBANO S P[3] | L VOLATTIVS VRBANVS SAC M HERENNIVS HELENVS HOSTILIVS NATALES |

sequuntur tribus paginis nomina 67, praeterea in quarta duo: plerique liberti, ingenui aut pauci aut nulli, servi coloniae 4, servi privatorum 3.

III. *fragmentum albi sodalium.*

IV. CVLTORES collegi SILBANI S S[4]
SACERDOTE MAgIO BICTORE
sequuntur nomina lectionis incertae.

Philippis. Corp. III, 633 descr. Heuzeius. — [1]) *Tegulas tectas fuisse aere Mommsenus putat l. l.* [2]) *Cultores proprie dicuntur qui sunt in collegiis funeraticiis cf. supra n. 319 sqq. cuius generis hoc quoque sine dubio collegium fuit.* [3]) *Sac(erdote) Urbano, s(ua) p(ecunia).* [4]) *S(upra) s(cripti).*

---

727 M · HERENNIVS · M · F · GALLVS | Q · VESERIVS · Q · F · DVO · VIR | QVINQ | D · D · S · F · C · EIDEMQ · PROB[1]
ARCITECTVS[2] · HOSPES · APPIAI · SER

Caiatiae (Caiazzo) in porta. Corp. I, 1216 Ritschl tab. XCI B (Henz. 6641). — [1]) *D(e) d(ecurionum) s(ententia) f(aciundum) c(urarunt) eidemq(ue) prob(arunt).* [2]) *Architectus qui extruxit aedificium raro commemoratur; cf. tamen n. 728. Maffei Mus. Ver. p. 195.*

728 *In fronte templi maioris, quod antiquum est:* . . CALPVRNIVS · L · F · TEMPLVM · AVGVSTO · CVM · ORNAMENTIS · D · S · D

ad idem templum pertinet: L · COCCEIVS · L | C · POSTVMI · L | AVCTVS · ARCITECT

Puteolis. I. Neap. 2484. 2485 descr. Mommsenus.

---

729 C · AEMILIVS · C · F · SERG · HOMVLLNVS | DEC · COL · MVRS · OB · HONOREM | FLAMINATVS · TABERNAS · L · CVM | PORTICIBVS · DVPLICIB · IN · QVIB | MERCATVS · AGERETVR · PECVNIA | SVA FECIT

Mursae (Eszeg). Corp. III, 3288 (Orell 3281).

---

730 C · VVLIVS[1] · C · F · P · ANINIVS · C · F · II · V · I · D[2] | LACONICVM · ET · DESTRICTARIVM[3] | FACIVND · ET · PORTICVS · ET · PALAESTR | REFICIVNDA · LOCARVNT · EX · D · D · EX | EA · PEQVNIA · QVOD · EOS · E · LEGE · | IN · LVDOS[4] · AVT · IN · MONVMENTO | CONSVMERE · OPORTVIT · FACIVN | COERARVNT · EIDEMQVE · PROBARV

Pompeiis litteris miniatis in lap. Tiburt. reposita in cubiculo quodam tecto ad murum conversa. Corp. I, 1251 Ritschl tab. LXXI E. Adnotat Mommsenus: 'Minervinius (Bull. Nap. n. s. 5, 113) titulum anni eius credit, quo oppidum interiit; quod archaismis praesertim v. 8 refelli recte iudicavit Henzenus (Bull. Inst. arch. 1857 p. 190). Omnino titulus vix post Augustum scribi potuit videturque in instaurandis thermis refixus esse ibique adservatus, ubi eum invenerunt, sive ut ad alium usum converteretur, sive ut opere perfecto reponeretur'. — [1]) I. e. Ulius vocali u *longa; ne* u *priorem* v *esse putes, id enim aetas tituli non patitur. Vocalium geminatio coepisse videtur apud Romanos circa a. 620 et in usu fuisse usque ad saeculi septimi fere finem. Ritschl mon. epigr. tria p. 22 sq. Cf. programmata C. Uulii huius aedilis Corp. IV, 51 (cf. Add.) 59. [2]) Duumv(ir) i(ure) d(icundo). [3]) Locus ubi loti strigile destringuntur cf. Plin. h. n. 34, 8, 55 et 62. [4]) Cf. n. 721.*

---

731 M · AGRIPPA · L · F · COS · TERTIVM[1] · FECIT

infra: IMP · CAES · L · SEPTIMIVS · SEVERVS · PIVS · PERTINAX · ARABICVS · ADIABENICVS · PARTHICVS · MAXIMVS · PONTIF · MAX · TRIB · POTEST · X̄[2] · IMP · X̄Ī · COS · ĪĪĪ · P · P · PROCOS · ET | IMP · CAES · M · AVRELIVS · ANTONINVS · PIVS · FELIX · AVG · TRIB · POTESTAT · V̄ · COS · PROCOS · PANTHEVM · VETVSTATE · CORRVPTVM · CVM OMNI · CVLTV · RESTITVERVNT

Romae in Pantheo in duabus fasciis epistylii. Orelli 34 descr. Bormannus. — [1]) A. 727 u. c. [2]) A. 202 p. C.

732 *a* L · ABVLLIVS · DEXTER | MACELLVM · PORTICVM · CHALCIDICVM | CVM · SVIS · ORNAMENTIS · LOCO · ET | PECVNIA · SVA · FECIT

732 *b* MACELLVM · TERRAE · MOTIBVS · LAPSVM | AVIONIO · IVSTINIANO · RECTORE | PROVINCIAE[1] · DISPONENTE | CASTRICIVS · VIR · PRIMARIVS | SVMPTV · PROPRIO | FIERI · CVRAVIT · CVM · SILVERIO · FILIO | ACCEPTIS · COLVMNIS · ET · TEGVLIS | A · REPVBLICA

Aeserniae (Isernia) in duabus columnis. I. Neap. 1028 et 5057 ad exempla antiqua — [1]) *Scilicet Samnii. Titulus posterior post medium saec. IV exaratus est, rectores enim Samnii ante a. 352 non inveniuntur cf. Mommsenum Scr. grom. II p. 206.*

---

733 MANSIONES SALIO*RVM PALATINO*|RVM A VETERIBVS OB ARMOR*VM ANNALIVM* | CVSTODIAM CONSTITVTAS *LONGA* | AETATE NEGLECTAS PECVNIA *SVA* | REPARAVERVNT PONTIFICES *VESTAE* | VV CC[1] PRO MAGISTERIO PLOTII *ACILII* | LVCILII VITRASII PRAETEXTATI *VV CC*[2]

Romae in fundamentis atrii S. Basilii (in templo Martis Ultoris) Bullett. Inst. arch. 1842 p. 131 sq. (Orell. 2244); quae inclinatis dedi hodie perierunt, exhibent exempla antiqua. — [1]) *V(iri) c(larissimi).* [2]) *Quinque nomina eiusdem hominis sunt, aliunde non noti; in lapide fortasse fuit* V C.

---

734 PETRONIVS PERPENNA MAGNVS QVADRATIANVS V C ET INL[1] PRAEF VRB | CONSTANTINIANAS THERMAS LONGA INCVRIA ET ABOLENDAE CIVILIS VEL | POTIVS FERALIS CLADIS VASTATIONE VEHEMENTER ADFLICTAS ITA VT AGNI|TIONEM (*sic*) SVI EX OMNI PARTE PERDITA DESPERATIONEM CVNCTIS REPA|RATIONIS ADFERRENT DEPVTATO AB AMPLISSIMO ORDINE PARVO | SVMPTV QVANTVM PVBLICAE PATIEBANTVR ANGVSTIAE AB EXTREMO | VINDICAVIT OCCASV ET PROVISIONE LARGISSIMA IN PRISTINAM | FACIEM SPLENDOREMQVE RESTITVIT

Romae inscr. thermarum Constantin. Grut. 177, 7 descr. Smetius (Orell. 1147). — [1]) *V(ir) c(larissimus) et inl(ustris). Praefectus urbi certe post a. 354 fuit, nam in laterculo eorum non commemoratur, quinto fortasse saeculo. Quadratianus praefectus a. 443 invenitur Cod. Theod. Nov. 41. Cf. Corsinii Ser. praef. urb. p. 349.*

---

735 *a* *fabius maxi*MVS · V · C | . . . . VM · FECIT | . . . . . A · PECVNI*a*

Aeserniae (Isernia). I. Neap. 5019 ad exemplum antiquum. Ibidem titulus eius honorarius inventus est dedicatus a. 352 p. C., in quo dicitur: v(ir) c(larissimus) instaurator moenium publicorum.

735 *b* *c*APITOLIV*m* | *f*ABIVS · MAXIM*us* | V · C · | *i*NSTAVRAV*it*
Histonii (Il Vasto d'Aimone). I. Neap. 5242 descr. Mommsenus. Ibidem tituli honorarii eius fragmentum parvulum repertum est (n. 5243).

735 *c* FABIVS · MAXIMVS · V · C · RECT · PROV*inc* | THERMAS · HERCVLIS · VI · TERRAEMO*tus* | EVERSAS · RESTITVIT · A · FVNDAMENTIS
Allifis (Alife). I. Neap. 4758 descr. Mommsenus. Ibidem ei basis dedicata est: conditori moenium publicorum, vindici omnium peccatorum (*I. Neap. 4757*).

735 *d* FABIVS MAXIMVS V C | RECT PROV THERMAS | SABINIANAS · RESTITVIT | CVRANTE ORDINE SPLENDIDISSIMO THELESINORVM
Telesiae (Telese). I. Neap. 4850 descr. Mommsenus (Henz. 6623).

735 *e* FABIVS · MAXIMVS · V · C | RE*c*TOR · PROVINCIAE | THERMAS · SILVANI · VETVSTAT | CONLAPSAS · RESTITVIT | CVRANTE · NERATIO · CONSTA*nte* | PATRONO · SVMTV · PROPIO (*sic*)
Saepini (Altilia prope Sepino). I. Neap. 4926 descr. Mommsenus. Ibidem titulus eius honorarius inventus est: FABIO *Maximo* | V · C *rect.* | INSTAV*ratori.*

735 *f* FABIVS · MAXIMVS · V · C | RECTOR · PROVINCIAE | SECRETARIV*m* · FECIT | //II CVRANT*e* ORDINE
Iuvani (S. Maria del Palazzo prope Torricellam). I. Neap. 5189. Lectio satis certa. Ibidem titulus eius honorarius inventus est: FABIO · MAXIMO · RECTORI | PROVINCIAE · RESTAVRATORI | MOENIVM · PVBLICORVM · ORDO | IVVAVIENSIVM · PATRONO, *ubi* IVVANENSIVM *in lapide fuisse Mommsenus iudicat.*

---

736 EXCVBITORIVM · AD TVTEL | SIGNOR · E[1] IMAGIN · SACRAR | P · TVRRAN · FIRMINVS VET · EX | CORNIC · LEG · II · ADI · ANTO|NINIANE · P · S · A SOLO RES | SABINO II · E[1] · ANVLLINO · C[2]
Aquinci. Corp. III, 3526. — Legendum: Excubitorium ad tutel(am) signor(um) e[t] imagin(um) sacrar(um) P. Turran(ius) Firminus vet(eranus) ex cornic(ulario) leg(ionis) II adi(utricis) Antoninian(a)e p(ecunia) s(ua) a solo res[t(ituit)], Sabino II e[t] Anullino c[os]. — 1) *Fuit in lapide sine dubio* Ɛ. 2) *A. 216.*

---

737 SCOLA · SPECVLATORVM | LEGIONVM · I · E · II · ADIVTRICIVM | PIARVM · FIDELIVM · SEVERNR | REFECTA · PER · EODEM · QVORVM | NOMNA · INFRA · SCRPTA · SVNT · DEDI|CANE · FL · AELIANO · LEG · AVG · PR · PR · KAL |

OCTOB · MODESTO · E · PROBO · COS[1] — *sequuntur nomina XX* —
CVRANTE · AVR · PERTINACE · FRVMENTARIO

Aquinci. Corp. III, 3524 descr. Mezerzius aliique. — [1]) *A. 228.*

---

738 TI · CLAVDIVS · DRVSI · F · CAESAR | AVG · GERMANICVS · PONTIF · MAX |
TRIB · POTEST · VI · COS · III · DESIGN · IIII · IMP · XII · P · P[1] · FOSSIS ·
DVCTIS · A TIBERI · OPERIS · PORTVS | CAVSSA · EMISSISQVE · IN MARE ·
VRBEM | INVNDATIONIS · PERICVLO · LIBERAVIT[2]

In lapide ingenti rep. ad portum Claudianum. Henzen 5098. — [1]) *A. 46.* [2]) *'De portu Ostiensi ab imperatore Claudio facto cf. Suet. Claud. 20 Plin. h. n. 16, 40, 76. Dio 60, 11. Quintil. II, 21'. Henzenus l. l.*

---

739 DD · NN · DIOCLETIANVS · ET · MAXIMIANVS · INVICTI | SENIORES · AVGG ·
PATRES · IMPP · ET · CAESS · ET | DD · NN · CONSTANTIVS · ET · MAXIMIA-
NVS · INVICTI · AVGG · ET | SEVERVS · ET · MAXIMINVS · NOBILISSIMI ·
CAESARES | THERMAS · FELICes *dio*CLETIANAS · QVAS | *m*AXIMIANVS · AVG ·
*absen*S · EX · AFRICA · SVB | *pr*AESENTIA · MAIE*statis* DISPOSVIT · AC | *f*ERI ·
IVSSIT · ET · DIOCLETIANI · AVG · FRATRIS · SVI | NOMINI · CONSECRAVIT ·
COEMPTIS · AEDIFICIIS | PRO · TANTI · OPERIS · MAGNITVDINE · OMNI ·
CVLTV | PERFECTAS · ROMANIS · SVIS · DEDICAVERVNT

Romae in thermis Diocletiani. Integram vidit Einsiedlensis qui tamen a verbo Diocletianas *ad* Diocletiani *oculis aberravit ideoque verba interposita non exhibet; initia vv. 2 — 10 servarunt Mazochius et Smetius, omnium vv. fines Donius. Restituit Mommsenus Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 1850 p. 308 cf. Gerhardi Ephem. arch. IV, 229 (Orell. 1056).*

---

740 FORVM · POPVLO · ROMANO · SVO *dedicaverunt* | DOMINI · ET · PRINCIPES |
NOSTRI · *imppp. auggg.* | VALENTINIANVS · ET · VALENS · ET · *gratianus* |
CVRANTE · FLAVIO · EVPRAXI*o pr. urb.*[1] | V · C

Romae in Palatino. Mommsenus supplevit Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 1850 p. 298; servavit unus Einsiedlensis (Orell. 1116). — [1]) *A. 374 cf. Gothofred. Prosopogr. Cod. Theod. s. v. Tillemont Hist. V, 38. 67.*

---

741 D · D · N · N · ARCADIVS · ET · HONORIVS · *invicti et* | PERPETVI · AVGG ·
THEATRVM · POMPEI *collapso* | EXTERIORE · AMBITV · MAGNA · ETIAM ·
ex parte | INTERIOR VIRTVTE[1] · CONVVLSVM *ruderibus* | SVBDVCTIS · ET ·
EXCITATIS · INVICE*m fabricis* | *novis restituerunt*

Romae in theatro Pompeii. Einsiedlensis f. 75a ed. Haenel p. 126; restituit Mommsenus Ber. d. sächs. Ges. d. Wissensch. 1850 p. 307.

(Henz. 5090). — [1]) *A. 395/408. Quid subsit incertum;* INTERIORI · *(ambitu)* RVENTE *conicit Mommsenus.*

---

742 IMP CAES M *aur. commodus an*TONINVS · AVG · PIVS · SAR*mat. germ* | BRIT · PONT · MAX · TRIB · POT · X [1] *imp. vii* | COS · IIII · P P RIPAM · OMNEM · BV*rgis* | A SOLO EXTRVCTIS ITEM PRAESiDIS PER LOCA OPPORTVNA AD | CLANDESTINOS LATRVNCVLORVM · TRANSITVS OPPOSITIS | MVNIVIT PER////////// | //////////ORM////// [2]

Matricae (Batta com. Stuhlweissenburg). Corp. III, 3385 descr. supplevitque Mommsenus. (Henz. 5487). — [1]) *A. 183.* [2]) *'Borghesius legatum, cuius nomen excisum esse apparet, putat esse Perennem filium (cf. Herod. 1, 9; vita Comm. c. 6), quem cum patre hoc fere tempore periisse ostendit Eckhelius 7, 136'. Mommsen l. l.*

---

743 IMP CAESARES M AVRELIVS ANTONINVS ET | L AVRELIVS COMMODVS AVG GERMANICI | SARMATICI [1] FORTISSIMI AMPHITHEATRVM | VETVSTATE CORRVPTVM A SOLO RESTITVERVNT PER ☙ ☙ COH VI COMMAG [2] | A IVLIO POMPILIO PISONE LAEVILLO [3] LEG | AVG PR PR CVRANTE AELIO SERENO PRAEF

El-Outhaia. Renier n. 1650 qui descr. (Henz. 6597). — [1]) *A. 177/180.* [2]) *Saepius ita per legiones cohortes vexillationesve opera facta vel refecta inveniuntur.* [3]) *Cf. titulos eius Renier 45—48 ubi pleniore nomine dicitur:* A. Iulius Pompilius A. f. Piso T. Vibius . . . . . . Laevillus Berenicianus.

---

744 M · VAL · M · F · QVIR · MARC*ellus aed. ii* VIR · MVNIC · AVRGI*tani* | ACCEPTO · LOCO · A REPVBLIC · HOROLOGIVM · OMNI · *impensa sua editis ludis CIRCENSIBVS · ET · LVDIS ☙ SCAENICIS d. d.*

In colonia Augusta Gemella Tucci (Martos) Baeticae. Corp. II, 1685 descr. Huebnerus quae supersunt litterasque elegantissimas aevi Traiani esse adfirmavit; quas inclinatis dedi exemplis antiquioribus debentur.

---

745 L · ATTIVS · QVIR · VETTO · FLAMEN | II VIR · M · M · FLAVI · CANAM [1] | SVO · ET · L · ATTI · VINDICIS · F · ET | ATTIAE · AVTVMNINAE · F · ET | ANTONIAE · PROCVLAE · NEPTIS · NOMINE | PORTICVS · LAPIDEAS · MARMORATAS · SOLO | SVO · LVDIS · SCaENICIS · IMPENSA · SVA · FACTIS · EPVLO | DATO · D

In munic. Flavio Canama (Villanueva del Rio). Corp. II, 1074 (Orell. 3282) ad exempla antiqua. Ad idem aedificium spectant frusta ibid. rep. n. 1075. — [1]) *Duumvir m(unicipum) m(unicipii) Flavii Canam(ensium).*

746 IVNIA · D · F · RVSTICA · SACERDOS | PERPETVA · ET · PRIMA · IN MVNICIPIO · CARTIMITANo | PORTICVS · PVBLIC . VETVSTATE · CORRVPTAS · REFECIT · SOLVM | BALINEI · DEDIT · VECTIGALIA · PVBLICA · VINDICAVIT · SIGNVM | AEREVM · MARTIS · IN FORO · POSVIT · PORTICVS · AD BALINEVM | SOLO · SVO · CVM PISCINA · ET · SIGNO · CVPIDINIS · EPVLO · DATO | ET · SPECTACVLIS · EDITIS · D · P · S · D · D · STATVAS · SIBI · ET · C · FABIO | IVNIANO · F · SVO · AB ORDINE · CARTIMITANORVM · DECRETAS | REMISSA · IMPENSA · ITEM · STATVAM · C · FABIO · FABIANO · VIRO · SVO | D · P · S · F · D[1]

Cartimae (Cartama) in basi magna marm. Corp. II, 1956 descr. Huebnerus et litteras altas et subtiles aevi Vespasiani esse adnotavit. — [1]) *D(e) p(ecunia) s(ua) f(actas) d(edit).*

---

747 COLONIAE SCILLITANAE Q · MANILIVS · FELIX · C · FILIVS · PAPIRIA · RECEPTVS · POST · ALIA · ARCVM · QVOQVE · CVM · INSIGNIBVS · COLONIAE | SOLITA · IN · PATRIAM · LIBERALITATE · EREXIT · OB · CVIVS · DEDICATIONEM · DECVRIONIBVS · SPORTVLAS · CVRIIS · EPV*lum* . . .

Scillii in arcu. (Kasrin). Guérin voy. arch. I p. 324 qui descr.

---

748 AEDEM QVAM CASSIA MAXIMVLA FLAMINICA DIVAE PLOTINAE CAELESTI DEAE VOVERAT SEXTILI MARTIALIS MARITVS SACERDOS PVBLICVS OMNIBVS HONORIBVS FVNCTVS ET MARTIALIS FILIVS FLAMEN PERPETVS (*sic*) AEDILIS SVO | SVMTV A SOLO AEDIFICATAM D D MARMORIBVS ET MVSEIS ET STATVA PVDICITIAE AVG · ET THORACE CAELESTIS | AVGVSTAE ORNAVERVNT ET DIE DEDICATIONIS DECVRIONIBVS SPORTVLAS DEDERVNT

Soliman in prov. Africa. Guérin voy. arch. II p. 198 qui descr.

---

749 *In arcus parte ad urbem versa:* *imp. caes. divi severi pii arabici adiabenici* | PARTHICI · MAX · *brit. max. filio divi m. antonini pii* GERM | *sarm. nepoti divi antonini pii pronepoti divi ha*DR · ABNEP | DIVI · TRAIAN*i parthici et divi nervae adn*EPOTI | *m. aurelio antonino pio felici augusto* ARABICO | *a*DI*abenico parthico max. brit. max. germani*C · MAX | PON*t. max. trib. pot. xvii*[1] *imp. ii cos. iiii procos. p. p.*

In parte australi: DIVO · PIO · SEVERO · PATRI | IMP · CAES · M · AVRELI · SEVERI · ANTONINI | PII · FELICIS · AVG · ARAB · ADIAB · PARTH · MAX · BRIT | MAX · GERM · MAX · PONT · MAX · TRIB · POT · XVII[1] · IMP · II | COS · IIII · PROCOS · P P

In parte occidentali: IVLIAE · DOMNAE · AVG · MATRI | CASTRORVM · ET · AVG · ET · SEN | ET · PATRIAE

In parte interna a sinistra: *ex test*AMENTO C CORNELI EGRILIANI | PRAEF LEG XIIII GEMINAE QVO TESTAMEN|T EX HS CCL MIL N ARCVM CVM STATVIS | *aug.* *i*N TETRASTYLIS DVOBVS CVM STATVIS | *divi severi* (?) *e*T MINERVAE QVAE IN FORO FIERI PRAE|*cepit pra*ETER ALIA HS $\overline{\text{CCL}}$ MIL · N · QVAE · REI · P · ITA · VT | . . . . *gy*MNASIA POPVLO PVBLICE IN THERMIS PRAE|*berentur* . . . . *a*D KAPITOL · ARG · LIB · CLXX ID EST LANCES IIII | . . . . D . . . . *et au*RI LIB XIIII ID EST PIHAL · (*sic*) III SCYPHOS II | . . . . . COM . . . . M SECVNDVM VOLVNTATEM EIVS IN CON| . . . . CORNELI FORTVNATVS ET QVINTA FRATRES ET | *heredes eius* . . . O SIGNAVERVNT ET OPVS PERFECERVNT

In parte interiore a dextra: DIES GYMNAS EX TEST CORNELI EGRILIANI

Sequuntur quattuor paginis dies gymnasiorum, qui sunt mense Ianuario: 1. 11. 17. 25. 28. 31. Februario: 6. 19. 25. 27. Martio: 3. 6. 7. 8. 9, dies unus inter 10 et 14. 18, dies sex inter 19 Martii et 3 Aprilis. Aprili: 4. 5. 6, dies quattuor inter 7 et 12. 13, dies unus inter 14 et 24. 25. 26. 29. Maio: 21, dies unus certe eodem mense, secundus inter 22 Maii et 13 Iunii, dies unus inter 14 Iunii et 15 Iulii. Augusto: 1. 2. 31. Septembri: 6. 7. 8. 18. 19. Denique septemdecim alii dies usque ad finem anni. Fiunt omnes dies 64.

Theveste. Renier n. 3084—3088 qui descr. et rest. — [1]) *A. 214.*

---

750 MELIA · ANNIANA · IN MEMOR · Q · LAEPICI · Q · F · SERG · BASSI · MARITI · SVI | EMPORIVM · STERNI · ET · ARCVM · FIERI · ET · STATVAS · SVPERPONI · TEST · IVSS · EX · HS · $\overline{\text{DC}}$ · D · XX · P · R[1]

Iaderae. Corp. III, 2922 descr. Mommsenus (Henz. 6605). — [1]) '*D(educta) vigesima p(opuli) R(omani)*' *Mommsen.*

---

751 DEC · CLAVD · IVVENAL · SAR|DICVS · PERFECTIS · MEIS | ET · OVAKS · ITEMQVE · RBV|NALI · IVDCW · QVÆ · OB · ME|MORIM · CLAVDIORW · RV|FINIANI · FILI · BONÆ · MEMO|RIÆ · IVVENIS · ET · RVFINIA|NI · ET · VICTORIN · NEPOTW | ET · LONGANIA · PRIMOSA | BONÆ · MEMORIÆ · FEMI|NA · VXOR · EIIVS · MTER · E | AVIA · CLAVDIORW · ET | KANNA · RESPECTA · BONÆ | MEMORIAE · FEMINA | NVRA · EIIVS · E · MTER | CLAVDIORVM · PROV | CLXXXVIII[1]

Auziae in Mauretania. Renier n. 3575. — [1]) (*Anno*) *prov(inciae) 188, i. e. p. C. 227 cf. supra n. 65.*

752 IN HONOREM · MEMORIAE · DOMVS · DOMITIAE · AVGVSTAE · CN · DOMITI · CORBVLONIS | FIL[1] · DOMITI · POLYCARPVS · ET · EVROPE · LOC · DAT · DECRETO · ORDINIS · DECVR · AEDEM | FECERVNT · ET · EXORNAVERVNT STATVIS · ET · RELIQVIS · REBVS · PECVNIA · SVA · EIVSDEM|QVE · TVTELAM · IN PERPETVVM · REIPVBLICAE · DEDERVNT · SVB INSCRIPTIONE · INFRA · SCRIPTA |

Imp. Caes. T. Aelio Hadriano Antonino Aug. Pio III M. Aelio Aurelio Caes(are) cos.[2] VIIII K. Maias in municipio in curia Aelia Augusta, scribundo atfuit universus ordo | decurionum, referentibus L. Vipstano L. f. Cl. Publicola Messalla L. Setrio L. f. Pal. Prisco IIII vir(is) q(uiu)q(uennalibus):

Cn. Domitium Polycarpum nomine suo et Domitiae Europes coniugis suae | offerre ordini decurionum et sevirum Augustalium HS X m(ilia) n(ummum), qui iampridem extruxisset templum[3] in honorem ac memoriam Domitiae Corbulonis fil(iae) et hoc pietatis suae adfectu | exornet, et meliorem faciat ordinem n(ostrum), singulis etiam universisque prodesse festinet, at quos ex reditu eius pecuniae fructum semper desideret pervenire, confugiendo at | aeternam rem publ(icam) n(ostram) petendo, ut secundum exemplum codicillorum Cl. Vitalis stipulatione interposita desiderio suo talis condicio decerneretur, ut ex reditu eius pecuniae | III Idus Febrar(ias) natale Domitiae praesentibus decurionib(us) et sevir(is) discumbentibus in publico aequis portionibus fieret divisio; item hoc amplius in tutela et ornationibus | templi HS V m(ilia) n(ummum) sub eadem condicione inferret, q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) it(a)[4] c(ensuerunt) | :

placere universis secundum relationem s(upra) s(criptam) pecuniam accipi praestarique in perpetuum, ut celebraretur natalis dies ac memoria Domitiae Corbulonis fil(iae), et ex reditu HS X m(ilium) n(ummum) | divisionibus factis discumberetur in publ(ico), et si ullo tempore intermissum esset, quominus praestaretur it, quot ordo decrevisset, aut si ordo rescidisset decretum | suum mutassetve condicionem, tum omnis summa, quae in hanc rem accepta esset, eadem condicione municipibus Tusculanis confestim renumeraretur. |

Hoc decretum post tres relationes | placuit in tabula aerea scribi et proponi in publico, unde de plano recte legi possit.

Gabiis in marmore long. palm. Rom. 16 portae templi imminente. Orelli

775 sec. Viscontium. — [1]) *Cf. Eckhelium d. n. VI p. 399.* [2]) *A. 140.* [3]) *Templum igitur iam paullo post Domitiae mortem exstructum videtur esse.* [4]) I·T *in lapide, errore procul dubio quadratarii; scribendum erat I.*

---

753 NERONI · CLAVDIO · DIVI · CLAVDI · F · GER*manici caes. n. ti.* CAESARIS
pron. divi AVG*usti abn.* *c*AESAR*i* AVG · GERMANICO · PONT · MAX · TRIB ·
POT · III · IMP · III[1] · COS · II · DESIGNATO · III[2] · PROSCAENIVM · ET ·
ORCHESTRAM · CVM · ORNAMENTIS · AVGVSTALIS · PERPETVVS[3] · C ·
HEIVS · PRIMVS · CATO · HEIA . . . . *d. d.*

In munic. Felicitate Iulia Olisipone (Lisboa) Lusitaniae. Corp. II, 183 (Orell. 5047). Inscriptio uno versu scripta totius proscaenii longitudinem implebat. — [1]) *Cf. Henzenus et Mommsenus in Hermae vol. II p. 52. 63.* [2]) *A. 57.* [3]) *Perraro honor ita nomini praeponitur.*

---

754 PRO · SALVTE · IMP · CAES · M · AVRELI · ANTONINI · LI|BERORVMQ · EIVS ·
COLONI · SALTVS · MASSIPIANI · AEDIFICIA · VETVSTATE | CONLAPSA · S ·
P · R[1] · ITEM · ARCVVS · DVOS · A · S · F[2] · IVBENTE · PROVIN|CIALE ·
AVG · LIB · PROC · EODEMQVE · DEDICANTE

El Hammam. Guérin voy. arch. I p. 344 qui descr. — [1]) *S(ua) p(ecunia) r(estituerunt).* [2]) *A s(olo) f(ecerunt).*

---

755 PRO SAL · IMP · CAESARIS · L · | P[1] · SEPTIMI · SEVERI · PERTINA|CIS ·
AVG · PII · COS · II · P · P · ET · M · AVR · | ANTONINI · CAESA[2] TIB CL |
CLAVDIANVS LEG AVG PR PR[3] | PRAESIDIVM · VETVSTATE | COLL ·
MVTATO · LOCO · MANV | MILIT · RESTITVI · IVSSIT

In vico Erd prope Budam rep. Corp. III, 3387 descr. Mommsenus (Orell. 4987). — [1]) P *delendum.* [2]) *A. 195/197, nam ab a. 195 demum Severus Pius appellatur, a. 198 Caracalla Augustus factus est.* [3]) *Confert Mommsenus col. miliariam eius Corp. III n. 3745 positam a. 198 et titulos duos Africanos Renier 2165 ubi dicitur:* consularis duarum Pannoniarum *et 2750* '*leg.* Auggg. pro pr(aetore) *duarum* Pan(noniarum) in*fer*(ioris) *et sup(erioris)*', *titulum denique his omnibus antiquiorem Corp. III, 905 anno 195 positum cum erat legatus legionis XIII geminae.*

755 a. IMP · CAES · M · AVRELIO | SEVERO · ANTONINO · AVG · BVR|GVM · SPECVLATORVM · ANTO[1] | M · VAL · SENECIO · LEG · EIVS · PR | PR · C · V · FIER · IVSSIT · C · A · C · IVLO · AE|LVRONE 7 LEG III AVG · ANTO · PRAE · N · H · ANT

Litteris aetatis infimae in margine scriptum: † BIS POSVIT ALETAMERA IN TEPORE SVO

Loth-Bordj, ab El Kantara meridiem versus. Renier n. 1647 qui descr. — Legit Renierius sic: Imp(eratore) Caes(are) M. Aurelio Severo Antonino Aug(usto) burgum speculatorum Anto(ninianorum) M. Val(erius) Senecio leg(atus) eius pr(o) pr(aetore) c(larissimus) v(ir) fieri iussit, c(uram) a(gente) C. Iulio Aelurione centurione leg(ionis) III Aug(ustae) Anto(ninianae) prae(posito) n(umero) H(erculis) Ant(oniniano). — Bis posuit Aletamera in te(m)pore suo.

---

755 b. IMP · CAES M AVRELIO | SEVERO ALEXANDRO PIO FEL AVG | PONT MAXIMO TRIB POT COS P P COH I AEL | HISPANORVM M EQ DEVOTA NVMINI | MAIESTATIQVE EIVS BASELICAM | EQVESTREM EXERCITATORIAM | IAMPRIDEM A SOLO COEPTAM | AEDIFICAVIT CONSVMMAVITQVE | SVB CVRA MARI VALERIANI LEG | AVG PR PR INSTANTE M AVRELIO | SALVIO TRIB · COH · IMP · D · N | SEVERO ALEXANDRO PIO FEL | AVG COS[1]

Netherby in Anglia. Henz. 6736. — [1]) *Severus Alexander Caesar cos. a. 222 cum Elagabalo, quo occiso solus anno nomen dedit.*

---

756 PRO · SALVTE · ET · INCOLV|MITATE · DOMN · NOSTRI · IMP · CAES | M · ANTON · GORDIANI · INVICT · PII · FE|LICIS · AVG · TOTVSQVE · DOMVS | DIVINAE · EIVS · MVRVS CONSTITV|TVS A · SOLO · A · COLONIS · EIVS · CAS|TELLI · CELLENSIS[1] · DICATISSI|ME · DEVOTI · NVMINI · EIVS | FECERVNT · A · P · CLXXXXXIIII[2]

Kerbet-herga prope Sitifim Mauretaniae. Renier n. 3455. — [1]) Cellae *Itin. Anton. p. 11 Part.* [2]) *A(nno) p(rovinciae) 204 i. e. a. p. C. 243 cf. supra n. 65. Numerus tam insolito modo scriptus videtur esse ut versus expleretur.*

---

757 PRO MAGNIFICENTIA SAECVLI DD NN VALENTINIANI ET VALENTIS SEMPER AVGVSTORVM[1] *et perpe*|TVOR PORTICVS CAPITOLI SERIAE VETVSTATIS ABSVMPTAS ET VSQVE AD IMA FVNDAMENTA *Conlapsas* |

NOVO OPERE PERFECTAS EXORNATASQVE DEDICAVIT PVBLILIVS
CAEIONIVS CAECINa *albi*|NVS[2] VIR CLARISSIMVS CONSVLARIS CVRAN-
TIBVS AELIO IVLIANO ITERVM REI PVBLICAE *curatore* | FL · AQVILINO
FF · PP[3] · ANTONIO PETRONIANO FF · PP · ANTONIO · IANVARIANO
FF · PP ·

Thamugade in quattuor lapidibus. Renier n. 1520 qui descr. — [1]) *A. 364/367 nam a. 367 tertius accedit Gratianus.* [2]) *Idem commemoratur Renier n. 120. 1853. 4146.* [3]) *F(lamine) p(er)p(etuo). Cf. n. 1088.*

---

758 AVREO SAECVLO DDD NNN ∞ INVICTISSIMORVM PRIN|CIPVM VALEN-
TINIANI VALENTIS ET GRATIANI[1] · PORTI|CVM A FVNDAMENTIS COEP-
TAM ET CONSTRVCTAM | ANNIVS . . . . . MINVS V C · C S F P N C[2] ·
DEDICAVIT | ET D̃ Ñ GRATIANI *pri*N*c*IPIS NOMINE NVNCVPAVIT | CV-
RANTE AC SVA PEC*un*IA PERFICIENTE NEVIO NVMIDIANO | FL *p*P *cur. r.* P

Cirtae (Constantine) in tribus lapidibus. Renier n. 1852 (Henz. 6508). — [1]) *D(ominorum) n(ostrorum trium) cet. A. 367/375.* [2]) *V(ir) c(larissimus), c(onsularis) s(ex) f(ascalis) p(rovinciae) N(umidiae) C(onstantinae).*

---

759 *a.* SALV*is dd.* NN · THEODOSIO ET PLACIDO *valentiniano*[1] | RVF*us* CAE-
CINA FELIX LAMPADIVS VC *et inl. praef. urb.* | HA*re*NAM AMPHITHEA-
TRI A NOVO CVM PO*dio et portis posti*|CIS SED ET REPARATIS SPEC-
TACVLI GRADIBVS *restituit*

Romae in amphith. Flavio. Orelli 13 sec. Nibbyum. [1]) *A. 425/450, illo Valentinianus purpuram sumpsit, hoc Theodosius mortuus est.*

759 *b.* DECIVS MARIVS VENANTIVS | BASILIVS[1] VC ET INL PRAEF | VRBI
PATRICIVS CONSVL | ORDINARIVS[2] ARENAM ET | PODIVM QVAE
ABOMI|NANDI TERRAE MO|TVS RVIN PROS|TRAVIT SVMPTV PRO|-
PRIO RESTITVIT

Romae in amphith. Flavio. Orelli 14 sec. Nibbyum. — [1]) *Cf. de eo Rossius Inscr. Christ. p. 492.* [2]) *A. 508.*

---

760 SALVIS DDD NNN VALENTINIANO VALENTE ET GRATIANO | VICTORIO-
SISSIMIS SEMPER AVG DISPOSITIONE IVLI | VC COM[1] MAGISTRI EQVI-
TVM ET PEDITVM FABRI|CATVS EST BVRGVS EX FVNDAMENTO MANO
DEVO|TISSIMORVM EQVITVM VIIII DALM S C[2] VAHALI TRIB IN CON-
SVLATVM D N GRATIANI PERPETVI AVG ITERVM | ET PROBI VC[3]

Umm-el-Djemâl (in Arabia prov.) Corp. III, 88 descr. Waddingtonus. — [1]) *V(iri) c(larissimi), com(itis).* [2]) *'Equitum nono Dalm(atarum) s(ub) c(ura). Inter vexillationes comitatenses septem quae fuerunt 'sub dispositione viri illustris magistri militum praesentalis' notit. dign. Or. c. 4 quarto loco recenset equites Nono-Dalmatas; Iulius igitur praesentalis videtur fuisse, non per Orientem magister'. Mommsenus l. l.* [3]) *A. 371.* — *Confer titulum huic plane similem eiusdemque anni in Pannonia inferiore prope Salvam (Gran) rep. Corp. III. 3653, item n. 5670.*

---

761 SALVIS · DOMINIS · NOSTRIS · HONORIO · ET · THEODOSIO · VICTORIOSISSIMIS · PRINCIPIBVS [1] | SECRETARIVM · AMPLISSIMI · SENATVS · QVOD · VIR · INLVSTRIS · FLAVIANVS [2] · INSTITVERAT · ET · FATALIS · IGNIS · ABSVMPSIT | FLAVIVS · ANNIVS · EVCHARIVS · EPIFANIVS · VC · PRAEF · VRB [3] · VICE · SACRA · IVD · REPARAVIT · ET · AD PRISTINAM · FACIEM · REDVXIT

Romae in hemicyclo templi S. Martinae. Grut. 170, 5 descr. Smetius. (Orell. 28). — [1]) *A. 408/423.* [2]) *Praef. urbi 393. 394. 400.* [3]) *A. 414.*

---

762 BEATISSIMIS TEMPORIBVS DOMINORVM NOSTRORVM *honorii* | ET THEODOSI [1] SEMPER ET VBIQVE VINCENTIVM ADMINISTRANTE POMP . . . . | V C AMPLISSIMOQVE PROCONSVLE ET THERSIO CRISPINO MEGETHIO V C *Leg* . . . . | VALENTINVS VIR HONESTISSIMVS CVRATOR RE P LOCVM RVI*nis obru*|TVM QVI ANTEA SQVALORE ET SORDIBVS FOEDABATVR AD *Munici*|PIVM [2] VSVM ET AD PEREGRINORVM HOSPITALITATEM IN MELIOREM *st*ATVM ET ASPECTVM PROPRIA PECVNIA REFORMAVIT · FELI*citer*

Kalamae. Renier n. 2736 qui descr. — [1]) *A. 408/423.* [2]) *Supplevit Mommsenus; debuit esse municipum.*

Aquaeductus.

763 TI · CLAVDIVS · DRVSI · F · CAESAR · AVGVSTVS · GERMANICVS | PONTIFEX · MAXIM · TRIB · POTEST · V · IMP · XI · P · P · COS · DESIG · IIII [1] | ARCVS · DVCTVS · AQVAE · VIRGINIS · DISTVRBATOS · PER · C · CAESAREM | A · FVNDAMENTIS · NOVÓS · FECIT · AC · RESTITVIT

Romae. Grut. 176, 5 descr. Mazoch. et Smetius (Orell. 703). — [1]) *A. 46.*

---

764 TI · CLAVDIVS · DRVSI · F · CAISAR · AVGVSTVS · GERMANICVS · PONTIF · MAXIM | TRIBVNICIA · POTESTATE · XII · COS · V · IMPERATOR ·

XXVII[1] · PATER · PATRIAE | AQVAS · CLAVDIAM · EX FONTIBVS · QVI ·
VOCABANTVR · CAERVLEVS · ET · CVRTIVS · A MILLIARIO . XXXXV |
ITEM · ANIENEM · NOVAM · A MILLIARIO · LXII · SVA · IMPENSA · IN
VRBEM · PERDVCENDAS · CVRAVIT |
IMP · CAESAR · VESPASIANVS · AVGVST · PONTIF · MAX · TRIB · POT ·
II · IMP · VI · COS · III · DESIG · IIII · P · P[2] | AQVAS · CVRTIAM · ET ·
CAERVLEAM · PERDVCTAS · A DIVO · CLAVDIO · ET · POSTEA · INTER-
MISSAS · DILAPSASQVE | PER ANNOS · NOVEM · SVA · IMPENSA · VRBI ·
RESTITVIT |
IMP · T · CAESAR · DIVI · F · VESPASIANVS · AVGVSTVS · PONTIFEX ·
MAXIMVS · TRIBVNIC | POTESTATE · X · IMPERATOR · XVII[3] · PATER ·
PATRIAE · CENSOR · COS · VIII | AQVAS · CVRTIAM · ET · CAERVLEAM ·
PERDVCTAS · A DIVO · CLAVDIO · ET · POSTEA | A DIVO · VESPASIANO ·
PATRE · SVO · VRBI · RESTITVTAS · CVM · A CAPITE · AQVARVM · A
SOLO · VETVSTATE · DILAPSAE · ESSENT · NOVA · FORMA · REDVCENDAS ·
SVA · IMPENSA · CVRAVIT

Romae in porta Praenestina Maggiore. Grut. 176, 1 descr. Smetius. (Orell. 54—56). — [1]) *A. 52/53.* [2]) *A. 71.* [3]) *A. 81.*

765/6 IMP · CAESAR · DIVI · IVLI · F · AVGVSTVS | PONTIFEX · MAXIMVS ·
COS · XII | TRIBVNIC · POTESTAT · XIX[1] · IMP · XIIII | RIVOS · AQVARVM ·
OMNIVM · REFECIT |
IMP · CAES · M · AVRELIVS · ANTONINVS · PIVS · FELIX · AVG · PARTH ·
MAXIM | BRIT · MAXIMVS[2] · PONTIFEX · MAXIMVS | AQVAM · MARCIAM ·
VARIIS · KASIBVS · IMPEDITAM · PVRGATO · FONTE · EXCISIS · ET ·
PERFORATIS | MONTIBVS · RESTITVTA · FORMA · ADQVISITO · ETIAM ·
FONTE · NOVO · ANTONIANO | IN · SACRAM · VRBEM · SVAM · PERDV-
CENDAM · CVRAVIT |
IMP · TITVS · CAESAR · DIVI · F · VESPASIANVS · AVG · PONTIF · MAX |
TRIBVNICIAE · POTESTAT · IX · IMP · XV · CENS · COS · VII · DESIG ·
VIII[3] | RIVOM · AQVAE · MARCIAE · VETVSTATE · DILAPSVM · REFECIT |
ET · AQVAM · QVAE · IN VSV · ESSE · DESIERAT · REDVXIT

Romae ad portam Tiburtinam (S. Lorenzo). Grut. 177, 1 descr. Smetius (Orell. 51—53). — [1]) *A. 749/750.* [2]) *A. 210/213, nam illo anno Britannici nomen adsumpsit, hoc Germanici, quod hic nondum gerit.* [3]) *A. 79.*

---

767 IMPP · DIOCLETIANVS · ET · MAXIMIANVS · AVGG · PERPVRGATIS · FON-
TIVM · RIVIS · ET · ITINERIBVS · EORVM · AD · PERENNEM · VSVM ·
REFECTIS · TIBERINO · PATRI · AQVARVM · OMNIVM · ET · REPERTORIBVS ·

ADMIRABILIVM · FABRICARVM · PRISCIS · VIRIS · HONORI · DEDERVNT ·
CVRANTE · AQVAS · L · AELIO · DIONYSIO[1] · C · V

Romae. Anonym. Einsiedl. ed. Haenel p. 125 (Orelli 1054). Vv. divisio incerta. — [1]) Dyonisio *Eins.*

---

768 IMP · CAESAR · DIVI | NERVAE · F · NERVA | TRAIANVS · AVG | GERM ·
DACICVS | PONT · MAX · TR · POT · XIII | IMP · VI · COS · V · P · P[1] |
AQVAM · TRAIANAM | PECVNIA · SVA | IN VRBEM PERDVXIT | EMPTIS ·
LOCIS | PER LATITVD · P · XXX

Prope Conettam X m. p. a Roma in via ducente ad lacum Sabatinum. Henzen 5097. — [1]) *A. 109/110.*

---

769 IMPP CAESS C VALERIVS DIOCLETIANVS P | F INVICTVS AVG ET M
AVRELIVS VALERIVS MA|XIMIANVS P F INVICTVS AVG AQVÆ DVCTVM |
TITVLENSEM AB ORIGINEM VSQVE AD CIVITA|TEM LONGA VETVSTATE
CORRVPTVM | PER AVRELIVM MAXIMIANVM VPPPN[1] AD MELIO|REM
STATVM ADDITIS LIMIS RESTITVERVNT CVRANTIBVS AE|MILIO LVCINO
AVGVRE CVR REI P ET IVLIO AVRELIO · 7[2] ·

Lambaesi Ren. n. 108 qui descr. — [1]) *V(irum) p(erfectissimum) p(raesidem) p(rovinciae) N(umidiae).* [2]) *Centurione.*

769a AQVAEDVCTVM | LEG III AVG DIOCLETI|NI ET MAXIMIAN AVGG | NN
MVLTORVM INCVRI|A DILAPSVM ET PER LO|NGAM ANNORVM SER|EM
NEGLECTVM INVIC|TISSIMI AC RESTITVTO|RES ET PROPAGATORES |
ORBIS SVI DIOCLETIANVS | ET MAXIMIANVS AVGG | CVRANTE AVRE-
LIO | MAXIMIANO VPPPN | ET CLODIO HONORATO | V E PRAEF LEG
EIVSD[1] | IN MELIVS REFOR|MATVM AD INTEGRI|TATEM RESTI-
TVE|RVNT

Lambaesi. Renier n. 109 qui descr. — [1]) *V(iro) e(gregio) praef(ecto) leg(ionis) eiusd(em).*

---

770 AQVAM TITVLENSEM QVAM ANTE ANNOS | PLVRIMOS LAMBAESITANA
CIVITAS IN|TERVERSO DVCTV VI TORRENTIS AMISERAT | PERFORATO
MONTE INSTITVTO ETIAM A | SOLO NOVO DVCTV SEVERINIVS
APRONIANVS VP · PPN | PAT · COL · RESTITVIT · CVR · AELIO · RVFO ·
V · E · FL · PP · CVR · RP[1]

Lambaesi. Renier n. 117 qui descr. — [1]) *Cur(ante) Aelio Rufo v(iro) e(gregio) fl(amine) p(er)p(etuo) cur(atore) r(ei) p(ublicae).*

771 M · M · LARTIENI ɔ SABINI[1] | PATER · ET · FILIVS | QVINQVENNALES · AQVAM | IN · FANVM · SVA · IMPENSA | PERDVXERVNT · SALIENTES | QVADRIFARIA · SVO · LOCO | RESTITVERVNT · CANALES | VETVSTATE · CORRVPTOS | ET · DISSVPATOS · RESTITVERVNT | FISTVLAS · OMNES · ET · SIGILLA | AHENEA · POSVERVNT · TECTA · REFE|CERVNT · OMNIA · SVA · IMPEN|SA · FECERVNT

Aequiculis (il Cicolano). I. Neap. 5713 ad exempla antiqua. — [1]) *(Duo) M(arci) Lartieni Sabini.*

---

772 LANIA · M · F · CELERIN | RECEPTACVLVM | AQVAE · INCHOATVM | AB · AMARANTHO · LIB | SVO · CONSVMMAVIT | L · D · D · D

Urbini. Marini Atti p. 286 qui descr.

---

773 L · MENACIVS · L · F · VEL | PRISCVS | EQVO · PVB · PRAEF · FABRVM · AED | IIVIR · IIVIR · QVINQ · TRIB · MIL | FLAMEN · AVGVSTOR · PATRON · COLON | AQVAM · AVG · IN SVPERIOREM | PARTEM · COLONIAE · ET · IN · INFERIOREM | INPENSA · SVA · PERDVXIT · ET · IN TVTELAM | EIVS DEDIT HS CCCC

Polae. Corp. V, 47 descr. Mommsenus (Henzen 6632).

---

774 ANNIA · L · F · VICTORINA · *ob* | MEMORIAM · M · FVLVI · MO|DERATI · MARITI · ET · M · FVLVI | VICTORINI · F · AQVAM · SVA · OM|NI · INPENSA · PERDVXSIT · FAC|TIS · PONTIBVS · ET · FISTVLIS · ET | LACVS[1] | CVM · SVIS · ORNA|MENTIS · DATO · EPVLO | DEDICAVIT

Ilugone (En Santisteban del Puerto). Corp. II, 3240. — [1]) Lacubus *aut* lacu *emendat Mommsenus.*

Cippi.

775 VIRG[1] | TI · CAESAR · AVG | PONTIF · MAXIM | TRIB · POT · XXXVIII | COS · V · IMP · VIII[2] | IIII | P · CCXL[3]

Prope Romam rep. Fabretti p. 661 n. 512 qui descr. — [1]) *Virgo sc. aqua. Similes aquae Virginis lapides vide Grut. 176, 3 et 4.* [2]) *A. 36/37.* [3]) *I. e. quattuor (iugera) p(edum) CCXL sunt inter eum locum quo lapis hic positus erat eumque quo Romae aqua dividebatur.*

---

776 IVL · TEP · MAR[1] | IMP · CAESAR | DIVI · F | AVGVSTVS | EX · S · C | LXXV | P · CCXL

Romae. Fabretti p. 661 n. 510 qui descr. — [1]) *Iul(ia) Tep(ula) Mar(cia) cf. similes eiusdem aquae lapides apud Fabr. l. l.*

777 ANIo[1] | IMP · CAESAR | DIVI · F · AVGVST · EX · SC | VII P CCXL
Romae (villa Negroni). Bull. Inst. arch. 1861 p. 13 descr. Herzogius. — [1]) *Anio vetus dicitur, cum novus sub Gaio demum constructus sit. Cippum ad a. 743 pertinere ex Frontin. de aquaeduct. I, 9. I, 124 sq. concludit Herzogius.*

---

778 IMP · CAESAR | DIVI · F | AVGVSTVS | IIII | P · CCXL
Extra oppidum Cervetere. Fabretti p. 661 n. 511.

---

779 IMP · CAESAr | DIVI · F | AVGVSTVS | EX · S · C · | ∞CLII · P · CCXL
Tibure descr. Mommsenus. Savignyi Zeitschr. für gesch. Rechtsw. XV p. 292.

---

780 C · IVLI · HYMETI | AVFIDIANO | AQVAE · DVAE[1] | AB HORA SECVNDA | AD HORAM SEXTAM[2]
Huiusmodi titulus in ichnographia aquaeductus, quae a Fabrettio Romae visa est in Aventino nec tamen ibi reperta videtur esse, adscriptus invenitur ubicunque rivi foramini fistulae adplicatae erant, quae aquam in urbem in singulas privatorum domus ducerent. Fabretti de aquis p. 151 cf. Mommsenum in Savignyi Ztschr. f. gesch. Rechtswiss. XV p. 307. Pertinet marmor ad aetatem Augusti, cum in reliquis titulis reperiantur C. Iulii Caesaris liberti duo. — [1]) *I. e. fistulae aquariae cf. Frontin. c. 109.* [2]) *Scilicet aqua profluit quoque die.*

---

781 IVSSV · IMP · CAESARIS | AVGVSTI · CIRCA · EVM | RIVOM · QVI · AQVAE | DVCENDAE · CAVSA | FACTVS · EST · OCTONOS | PED · AGER · DEXTRA | SINISTRAQ · VACVVS | RELICTVS · EST
In cippis termin. compluribus ad aquae ductum Venafranum spectantibus, quorum alius Venafri, alius prope oppidum, alius in pago Puzzili, alius in oppido Colli inventus est. I. Neap. 4602 descr. Mommsenus.

---

782 PVBLICVM · INTERAMNITVM · VECTIGAL · BALNEARVM[1]
Castri Novi (Giulia nova). Bull. Inst. arch. 1833 p. 114. [1]) *Itaque balnea Castranovanorum aquam ab Interamnatibus accipiebant, proque ea vectigal huic municipio pendebatur. Mommsenus Zeitschr. für gesch. Rechtswiss. XV p. 317.*

---

783 VECTIGAL | COL · COL · IVL | VENAFRI
Venafri in parva columna. I. Neap. 4602 descr. Garruccius. Positam fuisse iuxta canalem per quem aqua ductus Venafrani in balneum fluebat, putat Mommsenus secundum tit. praecedentem.

784 . . dici . . imi . . . . caesar . . . . | — *desunt versus quattuor* —[1] | . . . . in oppid(um) | Venafranorum . . . . ductus . . . . colonis Venafranis eive, qui colon(orum) | Venafranorum nomine . . . . aique . . . . que. |

Qui rivi specus saepta . . . . que aquae ducendae reficiundae | causa supra infrave libram recte aedificati structi sunt, sive quod aliut opus eius aquae ducendae reficiundae causa supra infrave libram | factum est, uti quidquid earum rerum factum est, ita esse habere itaque | reficere reponere restituere resarcire semel saepius, fistulas canales | tubos ponere, aperturam committere, sive quid aliut eius aquae ducen|dae causa opus erit, facere placet: dum qui locus ager in fundo, qui | P. *Ve*limni (?) L. f. Ter. est esseve dicitur, et in fundo, qui L. Pompei M. f. Ter. Sullae | est esseve dicitur, maceria saeptus est, per quem locum subve quo loco | specus eius aquae transit, ne ea maceria parsve quae eius maceriae | aliter diruatur mov*eatur*, quam specus reficiundi aut inspiciundi cau|*sa neve quid* in *eo privati* sit, quominus ea aqua ire fluere ducive pos|*sit*. *Per omnem fun*dum de*x*tra sinistraque circa eum rivom circaque| op*era*, qua*e* eius aquae du*c*endae causa facta sunt, octonos pedes agrum | vacuum esse placet; per quem locum Venafranis eive, qui Venafranorum | *nomine facit, lubeat*[2] iter facere eius aquae ducendae operumve eius aquae|*ductus faciendo*rum reficiendorum, quod eius s(ine) d(olo) m(alo) fiat, ius sit liceatque, | quaeque earum rerum cuius faciendae reficiendae causa opus erunt, quo | proxume poterit, advehere adferre adportare, quaeque inde exempta erunt, | quam maxume aequaliter dextra sinistraque p(edes) VIII iacere, dum ob eas res damni | infecti iurato promittatur. Earumque rerum omnium ita habendarum | II*viris* Venafranis ius potestatemque esse placet, dum ne ob id opus domi|nus eorum cuius agri locive, per quem agrum locumve ea aqua is aquae|ductus *subit*, invius fiat; neve ob id opus minus ex agro suo in partem agri | quam transire transferre transvertere recte possit; neve cui eorum, per quo|rum agros ea aqua ducitur, eum aquaeductum corrumpere abducere aver|tere facereve, quominus ea aqua in oppidum Venafranorum recte duci | fluere possit, liceat. ∾ |

Quaeque aqua in oppidum Venafranorum it fluit ducitur, eam aquam | distribuere discribere vendundi causa aut eí reí vectigal iupouere consti|tuere, IIviro IIviris praefec(to) praefectis eius coloniae ex maioris partis decuri|onum decreto, quod decretum ita factum erit, cum iu decurionibus non | minus quam duae partes decurionum adfuerint; legemque eí dicere ex | decreto decurionum, quod ita ut supra scriptum est decretum erit, ius po|testatemve esse placet; dum ne ea aqua, quae ita distributa discripta deve qua | ita decretum erit, aliter quam fistulis plumbeis d(um) t(axat) ab rívo p(edes) L ducatur; neve | eae fistulae aut rívos nísi sub terra, quae terra itineris viae publicae limi|tisve erit, pouantur conlocentur; neve ea aqua per locum prívatum in|víto eo, cuius is locus erit, ducatur. Quamque legem eí aquae tuendae ope|ribusve, quae eius aquae ductus ususve causa facta sunt erunt, tuendís | *IIviri praefecti* ex decurion(um) decreto, quod ita ut s(upra) s(criptum) e(st) factum erit, dixeriut, | *eam legem firmam* ratamque essct placet ∼ . . | — *desunt versus duodecim* — | . . . . cui viro nuntiatio quam colono aut incolae . . . . | . . . . cuí ex decreto decurionum ita, ut supra comprensum est, ne|gotium datum erit, agent: eum, qui inter civís et peregrinos ius dicet, iudicium | reciperatorium in singulas res HS X reddere, testibusque dumtaxat X denun|tiandis *potestatem*[3] facere, placet; dum reciperatorum reiectio inter eum qui aget et | eum quocum agetur ita fiet, *ut lege Iulia*, quae de iudicis privatis lata est | licebit oportebit . . . .

Venafri. Primus edidit Mommsenus I. Neap. 4601 (cf. commentarium eius Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. XV p. 287—326); postea accuratissime Henzenus Ann. Inst. arch. 1854 p. 4 sq., ubi imago, quam dicunt, photographica adiuncta est ex gypseo lapidis ectypo desumpta, quo in legendo monumento Henzenus usus est. Bina quae distinxi capita, in lapide quoque notata sunt, versibus a sinistra una littera in marginem prominentibus. (Henz. 6428). — Est Edictum Imperatoris Caesaris Augusti de aquaeductu ab ipso exstructo (cf. Mommsenum l. l.) donatoque coloniae Venafranae, quam ipse deduxerat. — [1]) *Passim litterae in iis litterarumque vestigia visuntur, quae hic referre nolui.* [2]) . A . IIVMAI *in lapide legere sibi videbatur Henzenus.* [3]) Potestatem *in lapide videtur excidisse culpa quadratarii.*

785 *Varius Clemens*[1] *Valerio* || Etrusco[2]: 'Salditana[3] ci|vitas splendidissima et | ego cum Salditanis rog|amus te, domine, uti No*ni*|um[4] Datum veteranum | leg(ionis) III Aug(ustae) libratorem | horteris veniat Sal|das, *ut*[5] quod relicum | est ex opere eius perfi|ciat'. Profectus sum et in|ter vias latrones sum | passus; nudus saucius e|vasi cum meis; Saldas ve|ni; Clementem procura|torem conveni. Ad mon|tem me perduxit, ube (*sic*) cunicu|lum dubii operis flebant, | quasi relinquendus ha|bebatur, ideo quot per|foratio operis cunicu|li longior erat effect(a), | quam montis spatium. | Apparuit fossuras a ri|gorem (*sic*) errasse, adeo ut | superior fossura dex||tram petit ad meridi|em versus, inferior | similiter dextram | suam petit at septen|trionem: duae ergo partes relicto rigore er|rabant. Rigor autem | depalatus erat supra | montem ab orientem (*sic*) | in occidentem. Ne quis | tamen *l*egenti[6] error | fiat de fossuris, quo*d*[7] est | scriptum 'superior' et | 'inferior', sic intellega|mus: superior est pars, qua | cuniculus aquam recipit, | inferior, qua emittit. Cum | opus adsignar(em), ut scirent, | quis quem modum suum | perforationis haber(et), | certamen operis in|ter classicos mili|tes et gaesates dedi | et sic ad compertusi||onem montis convene|runt. Ergo ego, qui pri|mus libram feceram, | ductum atsignaveram, | fieri institueram se|cundum formam quam | Petronio Celeri pro(curatori) | dederam, opus *effeci*[8]. Effectum, | aqua missa, dedicavit | Varius Clemens proc(urator). | Modios V[9].

Deinde litteris minoribus: Ut *l*ucidius labor[10] meus circa duc(tum) | hoc Saldense pareret, reliquas e|pistulas subieci: |

Porci Vetustini[11] ad Crispinum.[12] |

'Benignissime, domine, fecisti et | pro cetera humanitate ac benivo|lentia tua, quod misist*i*[13] ad me Noni|um Datum evocatum, uti tractare*m*[14] '| cum eo de operibus, quae curanda | suscepit. Et ideo, quamquam tem|pore urguerer et Caesarea*m*[15] fes|tinarem, tamen Saldas excucur|ri, et aquae ductum bene inchoa|tum, sed magni operis inspexi et | quod absolvi sine curam (*sic*) Noni Da|ti non potest, qui it simul diligen|ter et fidenter tractavi*t*.[16] Et ideo | rogaturus eram, concederes[17] no|bis, uti mensibus aliquis rei agen|dae immoraretur, nis*e*[18] incidisset *in*[19] infirmitatem contractam || *ex multis et magnis laboribus.*

In tribus lateribus columnae, supra imaginibus ornatae, quae iam perierunt, Lambaesi rep. Annuaire de Constantine 1868 p. 479 tab. 5, restituit et interpretatus est Mommsenus Gerhardi Ephem. archaeol. n. s. III (1870) p. 5 sq. Anaglyphis tribus subscriptum est:

PATIENTIA VIRTVS SPES

sequitur inscriptio. Huius columnae inscriptio integra servata est, nec tamen ipsa inscriptio qua Nonii Dati opus celebrabatur; reliqua in aliis columnis, huic similibus, conscripta videntur fuisse, ut omnino certe tres, fortasse plures columnae fuerint, quarum una tantum adhuc inventa est. Singulorum laterum inscriptiones duplici hasta distinxi. Huc rettuli titulum, licet non in ipso aquae ductu Saldis sed Lambaesi olim prostiterit, sed in sepulcro, ut videtur, Nonii Dati. — [1]) *T. Varii Clementis epistulam esse recte Mommsenus ex iis quae sequuntur concludendum esse docet. Scripsit eam cum procurator esset Mauretaniae Caesarensis cf. titulos eius Celeiae repertos infra n. 1260.* [2]) *M. Valerius Etruscus legatus provinciae Numidiae erat a. 152 cf. Renier n. 4071.* [3]) SALDITANE *traditur.* [4]) NON|VM *tr.* [5]) VI *tr.* [6]) TEGENTI *tr.* [7]) QVO *tr.* [8]) EFFECI *excidit.* [9]) *Hoc quomodo explicandum sit, dubium omnino cf. Mommsenum l. l.* [10]) IVCIDIVS LABORE *tr.* [11]) *Procuratorem Mauretaniae eum fuisse necesse est post Petronium Celerem, sub quo Nonius Datus aquae ductum inchoavit, ante Varium Clementem, sub quo eum perfecit. Confert Mommsenus tituli eius fragmentum Tarracone, ut videtur, repertum Corp. II, 4240:* Q. Porcio Q. fil. Quir. Vetustino Cantabr(o) Iuliobrig(a) praefec(to) chor(tis) pilator*um* . . . . [12]) *Pleno nomine* L. Novius Crispinus Martialis Saturninus *legatus Augusti pro praetore Numidiae fuit a. 147—149. Renier n. 17—20. 1410 infra n. 1185. In epistula sequente haec menda aut quadratario aut ei qui descripsit debentur:* [13]) MISISTE [14]) TRACTARE [15]) CAESAREA [16]) ET DEHTER TRACTAVI [17]) CONCEDERE [18]) NISL [19]) IN *excidit.*

---

786 Decim. Secundinus | v. c. procons. curat. | et defens. Amfissensium[1] | salutem. Ut memini, non | repurgari modo aquae d|uctum, verum etiam indu|ci aquam iusseram. Confes|tim igitur in veteres cister|nas aqua ut semper cucur|rerat inducatur, gratia|s agente beatitudini tem|poris[2] et moderationi me|e Hesperio, quod fundus, | qui aquam publicam occ|upavit, publicus non fit. Sa|ne ne[3] similis interceptio ite|rum fieri possit, in cisternis | ipsis lapides titulo posito un|de aqua veniat adscribite, u|t nulla invadendi publicum | relinquatur occasio. Memo|res eritis perfecta haec | omnia ante diem decimu|m kalendarum Ianuaria|rum vos ad officium nun|tiare debere. Opto bene | valeatis.

Amphissae Locrorum. Corp. III, 568 sec. Cyriacum et Whelerum. — [1]) *'In legibus a. 409 (cod. Theod. 9, 2, 5. 11, 8, 3) defensores civitatium praeponuntur curatoribus et locum primum obtinent inter magistratus municipales; haec autem epistula cum curatorem priore loco nominet, videtur referenda esse ad epocham vetustiorem et defensor intellegendus*

non qualem instituerunt Valentinianus et Valens a. 364, sed actor municipum'. Mommsenus l. l. [2]) *In nummis lapidibusque beatitudo temporis celebrari incipit post Constantinum magnum.* [3]) *si traditur.*

Viae et Pontes.

787 L · VA//Ω1[1] . . . . | CVR · VIARum[2] | E · LEGE · VISELLIA[3] · DE · CONL · SENt[4] | CN · CORNELI · Q · MARCI · L · HOSTILI | C · ANTONI · C · FVNDANI · C · POPILI | M · VALERI · C · ANTI · Q · CAECILI | OPVS · CONSTAT · N ⊥⊥ ↀ I X X I I

Romae in Caelio monte Palatinum versus ad clivum Scauri. Corp. I, 593 Ritschl tab. LXXI A ad ectypon; paulo pleniorem vidit Marinius, cui debentur, quae inclinatis dedi. — [1]) *Litterarum vestigia valde dubia sunt:* L. Volcatius, L. Volceius *vel tale quid olim scriptum fuisse Ritschelius existimat.* [2]) *Hic quoque post* viarum *plura excidisse possunt; de curatore illo secundum legem Visselliam probabiliter vel quotannis vel prout res incideret ex collegio tribunorum plebis creato cf. Mommsenum l. l.* [3]) *De hac lege cf. Mommsenum Iahrb. d. gem. deutschen Rechts vol. 2. 1858 p. 335—341; Ritschelium In leges Visellliam Antoniam Corneliam Berol. 1860 et denuo Mommsenum Corp. l. l.* [4]) *De con-l(egii) (scil. tribunorum plebis) sent(entia). Nomina enim novem, quae sequuntur, tribunorum plebis esse anni 683, inde conclusit recte Mommsenus, quod tres ex iis Cn. Cornelius, C. Antonius, C. Fundanius reperiantur in indice legis Antoniae de Termessibus illius anni. Corp. I p. 114.*

---

788 *Ab una parte:*

In arcu ad sinistram: L · FABRICIVS · C · F · CVR · VIAR | FACIVNDVM · COERAVIT[1]

In medio arcu minore: EIDEMQVE | PROBAVEIT

In arcu ad dextram: L · FABRICIVS · C · F · CVR · VIAR | FACIVNDVM · COERAVIT · *Huic minoribus litteris subscriptum:* M · LOLLIVS · M · F · Q · LEPIdus m. f.[2] COS · EX · S · C · PROBAVERVNT[3]

Ab altera parte eaedem plane inscriptiones, praeterquam quod Lepidi nomen praecedit, sequitur Lollii titulusque eorum in arcu ad sinistram inscriptus est.

Romae in ponte Fabricio q. d. quattro capi, quo ex urbe in insulam Tiberinam itur. Corp. I, 600 Ritschl tab. LXXXVII. — [1]) *A. 692 cf. Dio 37, 45. De curatore viarum, ex tribunorum plebis collegio illa aetate creato cf. supra n. 787 et locos ibi laudatos.* [2]) *Supplebant olim ex alterius partis exemplo* M · F, *id ipsum autem Brunnius novicium esse reperit, scilicet saeculo fortasse XV restitutum. Manium autem*

Aemilium, qui Quinti cos. 733 pater fuisse potuerit, novimus nullum; ideo M *scribendum iudicat Mommsenus intellegendumque notum triumvirum. Cf. Corp. I Add. p. 559.* [3]) *Refecto scilicet ponte a. 733, quo anno consules fuerunt. Iidem consules insulam cum Ianiculo ponte lapideo iunxerunt, qui ab altero Q. Aemilio Lepido Aemilius appellatus videtur esse cf. Mommsenum l. l.*

789*a* M · ARRIVS · ℳ · F | M · SEXTIVS · M · F | DVO · VIRI · D · C · S[1] | VIAM · FACIVND | ET · REFICIVND | COERAV

789*b* / MAENIVS · P · F | / OBINIVS · Q · F | DVO · VIR | DE · C · S · VIAS · F · C

Prior rep. est Vulturni, posterior Neapoli extat in museo. Corp. I, 1196 descr. Iucundus et Tyfernus. 1197 Ritschl tab. LXII c. (Henz. 6458. 6459). — [1]) *Duoviros intellegendos esse* vieis extra propiusve urbem Romam passus mille purgandeis (*lex Iul. mun. v. 50*) *Borghesius Mommsenusque iudicant l. l. ideoque* d(e) c(onsilii) s(ententia) *potius quam* d(e) c(onscriptorum) s(ententia) *solvendum esse. Duoviri illi creari desierunt a. u. 734 cf. Dio 54, 8 et 26 Corp. I ad n. 637.*

---

790 M · CONSIVS · M · L | CERINTHVS | ACCENSVS · VELATVS | IMMVNIS · CVM · SIM | EX VOLVNTATE · MEA | ET · IMPENSA · MEA | CLIVOM · STRAVI | LAPIDE · AB IMO · SVSVM | LONGVM · PEDES · CCCXL | LATVM · CVM MARGINIBVS | PEDES · VIIII · FIT · QVOD | STRAVI · MILIA · PEDVM | ∞ ∞ ∞ LX | ITERVM · EVNDEM · CLIVOM · AB IMO · LEVAVI | ET · CLIVOM · MEDIVM | FREGI · ET · DEPRESSI | IMPENSA · MEA · REGIONI | FICVLENSI · PAGO · VLMANO | ET · TRANSVLMANO | PELECIANO · VSQVE | AD MARTIS · ET · VLTRA

Cesarinae VII mil. pass. ab urbe. Orelli 111.

---

791 Q · OVIVS · OV · F | TR · PL · VIAM | STRAVIT[1]

Venusiae. Corp. I, 1265 Ritschl tab. LIX c ad lapidem. — [1]) '*Tr(ibunus) pl(ebis) hic si urbanus fuit ad legem Visselliam titulus pertinet, quam curam viarum aliquam tribunis plebis iniunxisse ex n. 593 (nostro n. 787) constat. Potest tamen accidisse, ut coloniae huic Latinae a. demum 463 deductae praeter consuetudinem plebei quoque magistratus attribuerentur videturque favere huic opinioni gens Ovia inter Venusinos non ignota (I. Neap. 803) praenomenque Ovii apud Romanos inauditum. Ad aetatem lapidis definiendam neutra sententia conducit; omnino septimi saeculi est*'. *Mommsenus l. l.*

792 M · LVVCIVS · M · F | C · VEIENVS · C · F | IIII · VIR · I · D · S · C | PONTEM · FACIV | CVR · PROBARVN̄Q

Spoleti. Corp. I, 1407 ad exemplum antiquum.

---

793 HONORIS | IMP · CAESARIS · DÍVI · F | AVGVSTI · PONT · MAXIM | PATR · PATRIAE[1] · ET · MVNICIP | MAGISTRI · AVGVSTALES | C · EGNATIVS · M · L · GLYCO | C · EGNATIVS · C · L · MVSICVS | C · IVLIVS · CAESAR · L · ISOCHRYSVS | Q · FLORONIVS · Q · L · PRINCEPS | VIAM · AVGVSTAM · AB VIA | ANNIA · EXTRA PORTAM · AD | CERERIS · SILICE · STERNENDAM | CVRARVNT · PECVNIA · SVA | PRO LVDÍS

Faleriis (Città Castellana). Grut. 149, 5 descr. Smetius (Orell. 3310). — [1]) *Itaque post 5 Febr. a. 752 titulus positus est, nam eo die Augustus pater patriae appellatus est.*

---

794 IMP · CAESARE | TRAIANO · HADRIANO | AVG · III · COS[1] | VIA · NOVA · STRATA · LAPIDE | PER MEDIVM · FORVM · PECVAR | A SVMMO · VICO · LONGO AD | ARCVM · IVNCTVM · CAPITOLIO | EX CONLATIONE · MANIPRETII | POSSESSORVM · CIRCA FORVM · ET NE|GOTIANTIVM · ITEM · COLLEGIA · QVAE | ATTINGVNT · EIDEM · FORO | II VIRATV . . . . . .

In agro Faleriensi. Orelli 3314 sec. Morcellium. — [1]) *A. 119.*

---

795 EX AVCTORITATE | IMP CAESARIS | TRAIANI HADRI|AN AVG PONTES | VIAE NOVAE RVSI|CADENSIS R P CIR|TENSIVM SVA PEC|NIA FECIT SEX IVLIO | MAIORE LEG AVG | LEG III AVG PR PR

Inter Philippeville et Constantine. Renier n. 2296 qui descr.

---

796 P · BAEBIVS · VENVS|TVS · P · BAEBI · VENE|TI · F · P · B · BAESISCERIS | NEPOS · ORETA|NVS · PETENTE | ORDINE · ET · PO|PVLO · IN HONOREM · DOMVS | DIVINAE · PON|TEM · FECIT · EX | HS · $\overline{XXC}$ · CIRCE|NSIBVS · ED|ITIS · DONO · D · D[1]

Oreti (Almagro) rep. Corp. II, 3221 ad exempla antiqua. — [1]) *Dono d(edit) d(edicavit): Huebnerus, recte puto. Mommsenus: dono d(ato) d(edicavit), ut praeter pontem aliud donarium oblatum dedicatumque sit.*

---

797 *p. popilius c. f.*[1] *cos*[2] | VIAM · FECEI · AB · REGIO · AD · CAΓVAM · ET | IN · EA · VIA · ΓONTEIS · OMNEIS · MILIARIOS | TABELARIOSQVE[3] · ΓOSEIVEI · HINCE · SVNT | NOVCERIAM · MEILIA · ↆI · CAΓVAM · XXCIIII | MVRANVM · ↆXXIIII · COSENTIAM · CXXIII | VALENTIAM · CↆXXX![4] · AD · FRETVM · AD | STATVAM · CCXXXI![4] · REGIVM · CCXXXVII | SVMA · AF · CAΓVA · REGIVM · MEILIA · CCCXXI![4] | ET · EIDEM · PRAETOR · IN | SICILIA · FVGITEIVOS · ITALICORVM | CONQVAEISIVEI · REDIDEIQVE |

HOMINES · DCCCCXVII[5] · EIDEMQVE | PRIMVS · FECEI · VT · DE · AGRO ·
POPLICO | ARATORIBVS · CEDERENT · PAASTORES[6] | FORVM · AEDISQVE ·
POPLICAS · HEIC · FECEI[7]

Pollae, quae fuit Forum Popillii, in valle Tegianensi (val di Diano) in Lucania. Corp. I, 551 Ritschl tab. LI B (Orell. 3308). — [1]) *Pertinere ad eum demonstrarunt Mommsenus et Ritschelius mon. epigr. tria p. 10—14 et l. l.* [2]) *A. u. 622.* [3]) *Cf. miliariorum tabellariorum illorum exemplum infra n. 808.* [4]) *'Apparet errorem in milibus Cosentia Valentiam numerandis commissum itaque etiam ad sequentes numeros propagatum postea a lapicida emendatum esse sublatis I singulis pluribusve'. Mommsenus.* [5]) *Cf. Diodorum p. 526 Wess. Mommsenum l. l.* [6]) *Pertinere ad legem Semproniam agrariam a. 621 demonstravit Mommsenus l. l.* [7]) *Cf. Fest. p. 84 forum.*

---

798 IMP · CAES · DIVI | NERVAE · F · NER|VA · TRAIANVS | AVG · GERMAN |
DACICVS · PONTIF | MAXIMVS . TRIB | POTESTATIS · XV · IMP | VI ·
COS · V[1] · P · P · SVB|STRVCTIONEM · CON|TRA · LABEM · MONTIS |
FECIT

Antrodoci. I. Neap. 6261 descr. Mommsenus. — [1]) *A. 111.*

---

799 *ti. c*AESAR · DIVI · AVGVSTI · F | *au*GVSTVS · IMP · PONTIF · MAX | TRIB ·
POTEST · XXI COS · III[1] | VIAM · A · SALONIS · AD LII// *c*ASTEL[2] |
DAESITIATIVM[3] PER M[4] *pas*VVM | CLVI · MVNIT | ET IDEM VIAM AD
LAT/////°ALN | QVOD DIVIDTHBIS/////IBVS[5] | A SALONIS MVNIT *p*ER
*m pas*SVVM | CLVIII

Salonis (Spalati) in Dalmatia. Corp. III, 3201 descr. Mommsenus. Ibidem alii tres lapides similes eodemque fere tempore positi reperti sunt, quos valde mutilatos esse dolendum; in primo a. 16/17 posito viam Salonis per nescimus quem montem ad Ditiones, extremae Dalmatiae Moesiam versus, ut videtur, gentem, munitam esse legimus (l. l. n. 3198), alter (n. 3199) item ante a. 18 exaratus viam a colonia Salonitana nescimus quo commemorat, tertii finem habemus integrum: CVIVS · VIAI · MILLIA · PASSVS · SVNT | CLXVII · MVNIT · PER · VEXILLARIOS | LEG · VII · ET · XI | IEM · VIAM · GABINIANAM[6] | AB · SALONIS · ANDETRIVM · APERVIT | ET · MVNIT · PER · LEG · VII. *Pertinent omnes ad aetatem Tiberii cuius iussu P. Dolabella, qui in n. 3198. 3199 etiam commemoratur, vias illas aperuit. Cf. Mommsenum l. l.* — [1]) *A. 19/20.* [2]) *Nomen castelli excidit.* [3]) *Cf. Mommsenum l. l. Ad conventum Naronensem pertinebant. Strab. 7, 5, 3 p. 314 Plin. h. n. 3, 22, 143.* [4]) *M(ilia).* [5]) *Non liquet.* [6]) *Memoriae causa ita dictam esse viam, non a Gabinio munitam putat Mommsenus.*

800 IMP · CAESAR · VESPAS|IANVS . AVG · PONTIF | MAX · TRIB · POT · X · IMP | XX · COS · IX · P · P[1] · CENSOR | VIAM · AVG · AB IANO | AD OCEANVM[2] · REFE|CIT · PONTES · FECIT · | VETERES · RESTITVIT

Prope La Carolina in Baetica in cippo magno marmore nigro, quem patet in ponte stetisse. Corp. II, 4697 descr. Huebnerus. — [1]) *A. 79.* [2]) *Cf. de hac via eiusque miliariis Huebnerum l. l. p. 627 sq. Ianus erat arcus ad Baetem fluvium ab Augusto perfectus, unde incipiebat eo tempore provincia Baetica. Tendebat via per Cordubam Hispalim ad Oceanum i. e. Gades.*

---

801 IMP · CAESAR · DIVI · NERVAE · F · | NERVA TRAIANVS · AVG · GERM | PONTIF MAXIMVS TRIB POT IIII[1] | *PATER PATRIAE* COS *III* | *MONTibus excisis AnniBVs* | *SVPerATis viam fEcit*

Ornata tabella litteris adhuc rubricatis, quam utrimque tenent genii alati duo, sustinet item figura humana, vivae rupi incisa in dextra Danuvii ripa e regione Ogradinae (qui vicus est ad fluvium duabus horis distans ab Orsova Vetere Vindobonam versus) inter Berzasko et Sevinicza pagos ad aquas cadentes Kozlae, iuxta viam rupi incisam. Corp. III, 1699 inclinata sec. Caryophilum, Gorium, alios, reliqua contulit Mommsenus in ectypo. Idem supplevit. — [1]) *A. 100.*

---

802 IMP · CAES · T · AELIO | HADRIANO · ANTONINO | AVG · PIO · P · P · IIII · ET · M · | AVRELIO · CAESARE · II · | COS[1] · PER · PRASTINA · | MESSALINVM[2] · LEG · | AVG · PR · PR · VEXIL · | LEG · VI · FERR · VIA · | FECIT[3]

In via Thamugade Dianam vivae rupi incisa. Renier n. 4360 (Henz. 6621). — [1]) *A. 145.* [2]) *C. Prastina Messalinus praeter hunc titulum commemoratur Renier n. 10 (a. 144). 11 (a. 145).* [3]) *Vexil(latio) leg(ionis) VI ferr(atae) via(m) fecit.*

---

803 IMP · CAES · VESP · AVG · PONT | MAX · TRIB · POT · X · IMP · XX · P · P · COS · IX | IMP · T · VESP · CAES · AVG · F · PONT · TRB | POT · VIII · IMP · XIIII · COS · VII[1] | ////////////////// | ////////////////// | C · CALPETANO · RANTIO · QVRINAL | VAL · FESTO[2] · LEG · AVG · PR · PR | D · CORNELIO · MAECIANO · LEG · AVG[3] | L · ARRVNTIO · MAXIMO · PROC · AVG[4] | LEG · VII · GEM · FEL[5] | CIVITATES · X | AQVFLAVIENSES · AOBRIGENS | BIBALI · COELERNI · EQVAESI | INTERAMICI · LIMICI · AEBISOC | QVARQVERNI · TAMAGANI[6]

Aquis Flaviis (Chaves) in Gallaecia in columna. Corp. II, 2477 ad exempla antiqua. — [1]) *A. 79. Vv. sq. olim Domitiani nomina continuerunt.*

[2]) *Cf. infra n. 1147.* [3]) *Leg(ato) Aug(usti) scil. legionis septimae geminae felicis.* [4]) *Proc(uratore) Aug(usti) scil. Asturiae et Gallaeciae.* [5]) *Sextus casus est.* [6]) *Populi sunt Gallaeciae conventus Bracaraugustani de quibus cf. Huebnerum l. l. — Licet recte Huebnerus moneat incertum esse, cuius generis opus illud commune fuerit, tamen mihi longe veri simillimum videtur, pontem via publicas fuisse; nescio enim, num ullum alius operis exemplum inveniatur, ad quod diversae civitates contulerint. Non obstat titulus n. 2478 item Aquis Flaviis repertus:* IMP · CAES · NERVA | TRAIANO · AVG · GER | DACICO . PONT · MAX | TRIB · POT · COS · V · P · P | AQVIFLAVIENSES | PONTEM · LAPIDEVM | DE SVO · F · C *(anno 104); nam certe ad alium pontem eundemque municipalem pertinet.*

Inscriptiones pontis Alcantarensis.

804 *In arcu honorario pilae mediae pontis imposito, in tabulis marmoreis duabus supra fornicem utrimque affixis, litteris cubitalibus; in tabula partis occidentalis:*

IMP · CAESARI · DIVI · NERVAE · F · NERV
TRAIANO · AVG · GERM · DACICO · PONTIF · MAX
TRIB · POTES · VIII[1] · IMP · V[2] · COS · V · P · P

Eadem inscriptio in tabula partis orientalis, contignationibus tamen solutis.

Parietibus arcus externis utrimque tabulae marmoreae binae insertae erant, quarum superest una, sed evanida; inscriptionem alterius exhibent inprimis Ferrarinus et Hernandus Pedrosa apud Accursium:

MVNICIPIA | PROVINCIAE | LVSITANIAE · STIPE | CONLATA · QVAE · OPVS | PONTIS · PERFECERVNT | IGAEDITANI | LANCIENSES · OPPIDANI | TALORI | INTERANNIENSES | COLARNI | LANCIENSES · TRANSCVDANI | ARAVI | MEIDVBRIGENSES | ARABRIGENSES | BANIENSES | PAESVRES[3]

In aedicula sine dubio antiqua adversus pontis exitum orientalem portae limen superius olim hunc titulum continebat, notum inprimis ex Ferrarino, Iucundo, Hernando Pedrosa apud Accursium:

IMP · NERVAE · TRAIANO · CAESARI · AVGVSTO · GERMANICO · DACICO · SACRVM

Templum in rupe Tagi superis et Caesare plenum,
Ars ubi materia vincitur ipsa sua,[4]
Quis quali dederit voto fortasse requiret
Cura viatorum, quos nova fama iuvat:

Ingentem vasta pontem qui mole peregit,
Sacra litaturo fecit honore Lacer.[5]
Pontem perpetui mansurum in saecula mundi
Fecit divina nobilis arte Lacer.
Qui pontem fecit Lacer et nova templa dicavit
(Scilicet et superis munera sola litant),
Idem Romuleis templum cum Caesare divis[6]
Constituit; felix utraque causa sacri.[7]

C · IVLIVS · LACER · *d* · S · F[8] · ET · DEDICAVIT · AMICO · CVRIO · LACONE · IGAEDITANO[9]

Simul traditur inscriptio:

m. aurelio caesari IMP · CAES · T · AELI · HADRIANI · AN*tonini aug. pii filio* (?)[10]

Alcántara. Corp. II p. 89—93 n. 759—762 descr. Huebnerus quae supersunt (Orell. 161. 162). — [1]) *A. 104.* [2]) *'Imperator IV scribendum videtur, nam dis etiamtum 13 Maii a. 105 (Henzen 6857) imperator quartum Traianus appellatur; quintam et sextam acclamationem pepererunt ei victoriae Arabica et Dacica fine a. 106 vel initio a. 107. Mommsen Hermes III p. 131.* [3]) *De municipiis singulis cf. Huebnerum l. l. p. 95, duo tantum ex undecim municipiis, ubi sita fuerint, notum est, Igaeditani et Aravi. Vix recte tamen Huebnerus inde, quod municipia stipem contulerunt ponti faciendo, non publicum illud p. R. opus sed municipiorum fuisse pertinuisseque ad viam non publicam, sed vicinalem concludit. Immo ut* in viarum publicarum tutelam a possessoribus per tempora summa certa exigebatur (*Siculus Flaccus ed. Lachm. p. 146*), *ita in pontes quoque illarum viarum municipia, quorum in usu praecipue erant, et faciendos et reficiendos videntur conferre debuisse cf. titulum sequentem.* [4]) *'Cf. Ovid. Metam. II, 5.* Materia *intellegenda est* felix utraque causa sacri; *dicit igitur artifex idemque poeta: ars exigua est, sed vincit eam maiestas eius rei cui impenditur i. e. numini Caesaris reliquorumque divorum celebrando. De hoc* materiae *vocabuli usu cf. Cic. de invent. 1, 5, 7.' Huebnerus l. l.* [5]) *'Explicat hoc distichon, quis et quali voto templum dederit: idem, qui et pontem fecit, sacra haec fecit, i. e. templum dedicavit, et honore litaturo dedicavit, i. e. eo voto fecit, ut honos ille imperatori quasi munus oblatus ei litaturus sit, i. e. gratus acceptusque foret.' Huebnerus l. l.* [6]) 'Divi Romulei *sunt imperatores mortui et inter deos relati cf. Marini Arv. p. 82. 385. Solent quidem eiusmodi dedicationes non extendi ad imperatorem vivum, sed recedit consuetudo Hispanica admittitque* flamines divorum et Augusti *vel*

Augustorum'. *Mommsenus l. l.* [7]) 'Utraque causa sacri (*i. e. templi a Lacero dedicati*) *est honor Caesaris et divorum; itaque iure utraque felix dicitur*'. *Huebnerus l. l.* [8]) *In exemplis antiquioribus traditur* COS · F *vel* // · S · F, *in recentioribus interpolatis* H · S · F (*hoc sacellum fecit*); *fuisse* D · S · F *i. e. d(e) s(uo) f(ecit) Mommsenus iudicat l. l.* [9]) *Perperam Huebnerus hunc versum ut spurium damnavit cf. Mommsenus l. l.* [10]) *Haec inscriptio num ad pontem templumve divorum ullo modo pertinuerit, dubium est.*

---

805 IMP · CAES | M · AVRELIVS | COMMODVS | ANTONINVS | AVG · PIVS · SARM | GERM · MAXIMVS | BRITTANNICVS | PONT · MAX · TRIB | POT · VIIII · IMP · VI | COS · IIII · P · P[1] | PONTEM · HIPPI FLVMI|NIS · VETVSTATE COR|RVPTVM RESTITVIT | SVMPTVM ET OPERAS | SVB-MINISTRANTIBVS | NOVENSIBVS DELMI|NENSIBVS RIDITIS · CV|RANTE · ET · DEDICANTE | L · IVNIO · RVFINO · PROCV|LIANO · LEG · PR · PR

Rep. ad Trigl in Dalmatia in dextra Cettinae ripa. Corp. III, 3202 descr. Mommsenus (*Henz. 5272*). — [1]) *A. 184.*

Miliaria.

806 M · AEMILIVS · M · F · M N | LEPIDVS · COS[1] | CCL · XIIX[2]

Ad latus: XV

806*a* m · AEMILIVS · M · F · M · N | LEPID · COS | CCXXCVI

Ad latus: XXI

806*b* M · AEMIL*ius m. f. m. n.* | LEPID · *cos* | CC . . . .

Columnae miliariae tres prope Bononiam rep. Corp. I, 535 Ritschl tab. XLVIII A B C. '*Cippi pertinebant olim ad viam Aemiliam distabantque in ea inter se XVIII m. p., sed postea inde asportatos esse ad alteram nescimus quam viam distinguendam, clare indicant numeri postea ad latus incisi XV et XXI.' Mommsenus l. l.* — [1]) *A. u. 567; sed dubitat Mommsenus num eius aetatis sint tituli, quam prae se ferant, nam litteram* P *semel certe clausam,* Aemilius *pro* Aimilio, cos. *pro* consol, *cognomen adscriptum, formam denique ipsam cipporum* (*cf. infra n. 808*) *minus sexto saeculo convenire; ideo aut consuli alicui cognomini tribuendos esse hos cippos, qui viam a maioribus apertam restituerit, aut, quod magis probandum, primi conditoris nomen in cippis ad viam Aemiliam expositis in restauratione aliqua incisum esse.* [2]) *Milia passuum a Roma; postea ab Arimino milia numerabantur.*

807 S · POSTVMIVS · S · F · S · N | ALBINVS · COS[1] | *e*X · GENVA *Cremonam* |
///XXVII

Columna mil. magna viae Postumiae, Veronae in museo. Corp. I, 540 Ritschl tab. LV A (Henzen 5350 = 6226). — [1]) Ad consulem a. 606 pertinere demonstravit Borghesius Oeuvr. épigr. III p. 79—96. Sed hunc quoque cippum, licet liberae reipublicae aetate propter praenomen Spurii vetusto more unica littera notatum exaratus esse debeat, tamen non eo quem prae se ferat anno scriptum esse ut praecedentes, figura inprimis cippi motus iudicat Mommsenus l. l. Ceterum litterae VMIV *nominis* POSTVMIVS *postea sic refictae sunt, ut inde efficeretur numerus* VIIII, *fere ut in Lepidi lapidibus numeri* XV *et* XXI *postea sunt adscripti.*

---

808 P · POPILLIVS · C · F | COS[1] | ↓XXXI[2]

In tabula lap. calcarei superne plus quam metrum lata inferius angustiore in cuspidem desinente solo infigenda; miliarium est viae littoralis Arimino Hadriam; prope Hadriam ad Padum rep. Corp. I, 550 Ritschl tab. LIV Aa ad lapidem (Henz. 7174d). — De forma lapidis singulari adnotat Mommsenus: 'Eiusdem formae lapides miliarios omnium vetustissimos columnisque quibuslibet antiquiores esse existimo; nam qui obstant tituli (supra n. 806. 807) aut probabile est aut certe nihil impedit quominus restituti sint, nec crediderim columna semel reperta quemquam amplius viarios titulos proposuisse in tabella'. Accedunt quae leguntur in titulo supra n. 797 verba miliarios tabelariosque poseivei, *quae videntur indicare rem novam tum et recens repertam. — [1]) A. u. 622. [2]) Millia passuum ab Arimino.*

---

809 L · CORNELIV|S · L · *f* · CINA · COS[1] | //III

Col. mil. viae Latinae Venafro Teanum, haud longe a Venafro Neapolim versus rep. Corp. I, 558 Ritschl tab. LVI A (Henz. 5353). — [1]) 'Eius nominis consules duo sunt in fastis pater sine dubio et filius cos. 627 et 667—670. Illi potius (cos. 627) adscribenda est cum propter consonantes non geminatas tum propterea quod filius totus occupatus in civilibus turbis vix viae muniendae vacavit'. Mommsenus l. l.

---

810 T · QVINCTIVS · T · F · | FLAMININVS | COS[1] | PISAS *XXXII*[2]

Col. mil. rep. Pietrafittae prope Empolium Florentiam versus. Corp. I, 559 Ritschl tab. LVI B ad lapidem. — [1]) Ad consulem a. 631 potius quam ad alterum a. 604 pertinere docet Mommsenus l. l. [2]) Numerus hodie non visitur. Unicum est exemplum, in quo milia non ex capite viae sed ad terminum eius numerantur.

811 L · CAECILI · Q · F | METellus coS [1] | CXIX | ROMA
Col. mil. viae Salariae fortasse antiquioris (cf. I. Neap. p. 339), loco non suo rep. (S. Omero contrada di Vallorina). Corp. I, 561. Lectio certa. (Henzen 5180). — [1]) *A. u. 637 potius quam 612 cf. Mommsenum l. l.*

---

812 P · MENATES P · F [1] | AID PL [2] | *m. p.* XXX
In col. mil. rep. prope Romam in sin. ripa Tiberis agrum Sabinum versus. Corp. I, 633. — [1]) Menates *sive* Menas *gentilicium cum similibus Maecenas, Sufenas cet. comparat Mommsenus, quae nomina ad sextum septimumve usque saeculum primo casu contractionem non admiserunt, sed exierunt in* — atis *(v. Corssen Aussprache 2, 57). Ad aetatem satis remotam pertinere hunc lapidem litterarum quoque forma docet.* [2]) *Aid(ilis) pl(ebis). De hac viarum cura cf. Mommsenum l. l.*

---

813 C · CALVISIVS · C · F | SABINVS · COS | IMP [1] | ⅬXXVIII [2]
In miliar. viae Latinae prope Aquinum rep. I. Neap. 6244. — [1]) *Co(n)s(ul), imp(erator). Utrum consul a. 715 an a. 750 intellegendus dubium.* [2]) *Millia passuum a Roma. Usque ad Diocletiani aetatem tituli miliarii eodem tempore in eadem via ab eodem positi accuratissime inter se consentiunt, ita ut versuum etiam divisio in omnibus par sit; numeri tantum diversi sunt pro spatio, quo locus, ubi posita erat columna, a capite viae distabat. Exempla complura miliariorum tantum numero aliorum ab aliis diversorum refert Mommsenus l. l.*

---

814 *Ex hac parte:* C · M . . . . . [1] . . | D . . . . . COS [1] | CXII
Ex illa parte: IMP · NERVA | CAESAR · AVG | PONTIFEX · MAXIMVS | TRIBVNICIAE POTESTATIS | COS · III [2] | PATER · PATRIAE | FACIENDAM CVRAVIT | CXII
Miliar. viae Appiae prope Mondragone rep. I. Neap. 6234 descr. Mommsenus. — [1]) *Certo ante imperium Augusti exarata est, ad quem tamen pertineat, non perspicuum; nam cum* C *littera praenomen,* M *gentilicii initium,* D *aut patris praenomen aut cognominis pars videatur fuisse, usque ad Augusti mortem consul nullus invenitur, cui haec conveniant.* [2]) *A. 97. Saepissime ita posteriores miliariis antiquioribus usi sunt ita ut saepe duo, interdum etiam plures inscriptiones, diversissimis temporibus incisae in eadem columna reperiantur cf. n. 815.*

---

815 *In antica:* IMP · CAESAR · DIVI · F | AVGVSTVS · COS · XI | TRIB · POTEST · VII [1] | S · C [2] | XVI [3]
In postica: D N FL CLAVDIO | IVLIANO PIO FEL | INVICTO AVG [4]

DDD · NNN · THEODOSI | ARCADI · HONORI[5] | BONO · REI · P · NATVS (*sic*) | M · XVI

DDD · NNN · VALEN*ti*|NIANO · TH*eodosio*[6] | ET · ARCADIO[7]

Mil. viae Appiae (Capua Beneventum) prope Forchiam haud longe ab Arpaia rep. I. Neap. 6283. 6285 descr. Mommsenus. — [1]) *A. u. 737/8.* [2]) S(enatus) c(onsulto) *vel* ex s. c. *in veterioribus tantum Augusti miliariis Italicis additur, deest iam a. 752. I. Neap. 6246.* [3]) *Milia passuum a Capua.* [4]) *A. 360/363.* [5]) *A. 393/395 nam Honorius a. 393 demum Augustus appellatus est, Theodosius initio a. 395 periit.* [6]) THAN///// *in lap.* [7]) *A. 383/392 nam Arcadius a. 383 Augustus factus est, Valentinianus secundus a. 392 ab Arbogaste caesus. Primus igitur posticae titulus Iuliani inscriptus est et ad eum pertinet quod post secundum titulum legitur:* bono reip(ublicae) natus. M(ilia) XVI. *Huic Valentinianus Theodosius Arcadius nomina sua subscripserunt, denique Theodosius Arcadius Honorius interstitio usi sunt, quod in Iuliani titulo inter vv. 3 et 4 relictum erat (ut in altero I. Neap. 6284 aliisque).*

---

816 XXXVIII | IMP · NERVA | CAESAR · AVGVSTVS | PONTIFEX · MAXIMVS | TRIBVNICIA | POTESTATE · COS · III[1] | PATER · PATRIAE | FACIENDAM · CVRAVIT

Miliar. viae Tiburtinae sive Valeriae Roma Marruvium rep. prope Carseolos (Arsoli). I. Neap. 6254. — [1]) *A. 97.*

---

817 TI · CLAVDIVS | DRVSI F CAESAR | AVG · GERMANICVS | PONTIF · MAX · TR · POT | VII · COS · IIII · IMP · XI · PP | CENSOR · DESIGNAT[1] | VIAM · CLAVDIAM NOVAM | A FORVLIS AD CONFLV|ENTIS ATTERNVM · ET | TIRINVM[2] PER PASSVVM | XXXXVII CLXXXXII | STERNENDAM CVRAVIT

Prope Forulos rep. (Civita Tomassa). I. Neap. 6265. Lectio satis certa. — [1]) *A. 47.* [2]) *Prope Corfinium.*

---

818 TI · CLAVDIVS · CAESAR | AVGVSTVS · GERMANICVS | PONT · MAX · TRIB · POT · VI | COS · DESIG · IIII · IMP · XI[1] · P · P[2] | VIAM · CLAVDIAM · AVGVSTAM | QVAM · DRVSVS · PATER · ALPIBVS · | BELLO · PATEFACTIS · DEREXSERAT | MVNIT · A FLVMINE · PADO · AT | FLVMEN · DANVVIVM · PER · M | P · CCCXX[3]

Miliar. rep. in flumine Athesi in agro Veronensi. Henzen 5400. — [1]) *A. 46.* [2]) *P(ater) p(atriae).* [3]) *Per m(illia) p(assuum) CCCXX. Numerus ipsius miliarii praetermittitur, quod haud raro (aetate inprimis inferiore) invenitur, cum contra multa quoque miliaria reperta sint solo numero signata.*

819 TI · CLAVDIVS | CAISAR | AVG · GER · PONT · MAX | TRIB · POT · VIII · IMP · XVI | COS · IIII [1] · P · P · CENSOR | ᴚIAM · CLAVDIAM · ᴚALER*iam* | A · CERFENNIA · OSTIA · ATE*rni* | MVNIT · IDEMQVE | PONTES · FECIT | XLIII [2]

Miliar. viae Claudiae Valeriae sub Teate ad Aternum fluvium rep. I. Neap. 6256. — [1]) A. 48/49. [2]) Millia passuum a Cerfennia numerata.

---

820 LXXXI | IMP · CAESAR | DIVI · NERVAE · F | NERVA · TRAIANVS | AVG · GERM · DACIC | PONT · MAX · TR · POT | XIII IMP VI COS V [1] | PP | VIAM A BENEVENTO | BRVNDISIVM PECVN | SVA FECIT

Mil. viae Traianae rep. Cirignolae. I. Neap. 6269 descr. Mommsenus. — [1]) A. 109.

---

821 XLIV | IMP · CAESAR | DIVI · TRAIANI | PARTHICI · F · DIVI | NERVAE · NEPOS | TRAIANVS · HADRIANVS | AVG · PONT · MAX · TRIB | POT · VII · COS · III [1] | VIAM · APPIAM · PER | MILLIA · PASSVS | XV · ƆCCL · LONGA | VETVSTATE · AMIS|SAM · ADIECTIS | HS · |XI| · XLVII · AD | HS ƆLXIXC · QVAE | POSSESSORES · AGRORVM · CONTVLERVNT [2] | FECIT

Ad viam quae Neapoli Barium ducit, haud longe ab Aeclano rep. Henzen 6659. Descr. Brunnius. Lapides similes numero tantum miliariorum ab hoc distinctos v. I. Neap. 6287. — [1]) A. 123. [2]) Cf. Mommsenum Bull. Inst. Arch. 1847 p. 175 I. Neap. p. 333.

---

822 *imp.* CAES · T · AEL | HADRIANVS · ANTONINVS | AVG · PIVS · P · M · TR · P · VI · COS · III | IMP · II [1] · P · P · VIAM · AEMILIAM · | VETVSTATE · DILAPSAM · OPERIB | AMPLIATIS · RESTITVENDAM · CVR | A · ROMA · M · P · C · L · XXX · VIII · | *p*RO · ROMA · T · T · REI · P · DD · NN · FF · FL · VALENTINIANO · ET | VALENTE · IM VICTORIOSIS | MAXIMIS · SEMPER · AVGG [2] | M · P · CLXXXVIII

Mil. viae Aemiliae, rep. Rimazzani. Henzen 5119 descr. Kramerus. — [1]) A. 143. [2]) Legendum iudicat Kellermannus: Pro(pagatoribus) Roma[n(ae)] rei p(ublicae) d(ominis) n(ostris duobus) Fl(aviis) Valentiniano et Valente Im(peratoribus) victoriosis(simis) maximis semper Aug(ustis). — Titulus inferior scriptus est inter a. 364/367, nam illo anno Valentinianus et Valens Augusti facti sunt, a. 367 Gratianus, qui hoc titulo nondum commemoratur.

---

823 IMP · CAESAR | M · ANTONIVS · GOR|DIANVS · PIVS · FELIX | AVG · PONTIF · MAXI|MV*s trib* · POTEST · V · COS · II | PP PROCOS [1] VIAM | QVAE A NVCERIAM (*sic*) SALER|*num* VSQVE PORRIGITVR | *diu*TINA IN-

CVRIA PROR|*sus* *c*ORRVPTAM PROVI|DENTIA SVA · REDDITO OR|*d*INARIO VECTIGALI TVTE|*lae* EIVS [2] RESTTVIT | II

Miliar. viae Capua Regium rep. Salerni. I. Neap. 6280 descr. Mommsenus. — [1]) *A. 242.* [2]) *Cf. Mommsenum Bull. Inst. Arch. 1847 p. 175. I. Neap. p. 333.*

---

824 *In antica:* THEODOSIO . . . . | ARCADIO . . . . . . [1] | IMP · C · MARC*us aurelius* | BALERIVS · DIO*cleti*|ANVS · P · F [2] · INVI*ctus aug. et* | IMP · C · M AVR*elius* | MAXIMIANVS *p. f.* [3] *invic*|TVS · AVG*ustus et* | FLAVIVS · VA*lerius* | CONSTANT*ius et* | GALERIVS *val. maximianus* | NOBB · CA*ess* [3] | PASS*uum m* | X . . .

In latere: DD · NN [4] · *magno* [5] | MAXIMO · ET · FL | VICTORI · SEMPER | AVGG [6] · BONO · RP · | NATI*s* . . .

Mil. viae Herculiae Equo tutico Nerulum, Melfi rep. I. Neap. 6300. 6296. 6301a. — [1]) *A. 383/392; nam post* Theodosio *Valentiniani II nomen excidisse videtur, vix Honorii, qui Arcadio ut frater natu minor postponitur. Post* Arcadio *deest:* b(ono) reip(ublicae) n(atis) *simileve aliquid.* [2]) *P(ius) F(elix).* [3]) *A. 293/305, nam illo anno Constantius et Maximianus Caesares facti sunt, hoc Diocletianus et Maximianus Augusti abdicarunt.* [4]) *D(ominis) n(ostris) (duobus).* [5]) AA · AC · N *traditur, em. Mommsenus.* [6]) *A. 387/388; nam anno 387 demum Valentinianus II ex Italia pulsus est a Maximo, a. 388 is ipse a Theodosio cum filio Victore profligatus periit. Posuerunt igitur miliarium Diocletianus eiusque collegae, deinde nomina sua superscribenda curarunt Theodosius Valentinianus et Arcadius inter a. 383 et 387, restaurata sine dubio via; Maximo imperante columna inversa laterique nomen eius filiique inscriptum. Theodosii titulum vetustiorem puto quam Maximi; vix enim, si postea incisus esset, quadratarius Maximi nominibus pepercisset.*

---

825 *Ab una parte:* IMP · CAES · M · AVR · VAL | MAXENTIO · P · FEL | INVICTO · AVG | M · P · XI

Ab altera parte inverse: DD NN · IVL CRISPVS ET *lici*|*nianus licini*VS · ET | FL CONSTANTINVS · NOBB | CAESS M P | XI

Miliar. Veronae. Maffei Mus. Ver. 104, 2 cont. Mommsenus. (Orell. 1067). — *Miliarium positum est Imperatore Maxentio, quo victo et occiso a. 312, inverso lapide Maxentii nomen in terram detrusum Caesarumque nomina inscripta sunt, inter a. 317/323, nam eo tantum tempore Licinianus Caesar fuit.*

Miliaria in provinciis collocata.

826 M' · *aquilius m'. f.* | C*os*[1] | X*x*VIIII | MANιΟΣ ΑΚΥλΙΟΣ | MANιΟΥ ΥΠΑ-
ΤΟς | ΡΩΜΑΙΩΝ | Κϑ

L · AQ*uillius m(?). f.* | FLOR*us*[2] . . . . . . | λΕΥΚΙΟς *ἀκυλ*|λιΟΣ *Μαρκου* . . . | . . . .

In lapide magno rotundo ad fontem extra oppidum Guzelhissar, ubi Tralles fuerunt. Corp. I, 557 restit. Cavedonius. — [1]) *A. u. 625.* [2]) *Aliunde notus non est.*

---

827 *P.* SERVEILIVS · P · *f.* | ISAVRICVS[1] · PROCOS | RES*titu*IT

In Angliam ex Asia advectus. Corp. I, 622. — [1]) *Est Vatiae filius cos. a. u. 706 qui a. 708 provinciam Asiam obtinuit. Cic. ad fam. 13, 66—72.*

---

828 M' · SERGI · M' *f.* | PRO COS[1] | XXI[2]

Col. mil. mutila rep. haud longe a Barcinone septentrionem versus. Corp. I, 1486. II, 4956. — [1]) *Tempus quo Sergius proconsul Hispaniae citerioris fuerit incertum, sed scripturam* Sergi *pro* Sergius *indicium remotae aetatis esse adnotat Mommsenus. Consul huius nominis non invenitur, fuit igitur praetorius.* [2]) *Ad quam viam pertineat lapis et unde milia numerentur plane incertum.*

---

829 Q · FABIVS · Q · F · LABEO[1] | PRO · COS | XCII[2]

In altero exemplo in antica: Q · FABIVS · Q · F · LABEO | PRO · C*os* | XCIIII

In postica: imp. caesar divi F | *augustus co*S · XI · IMP · X · III | *tribunicia pot*ESTATE · XVI[3] | *pontifex ma*XIMVS | *via a*VGVSTA

Col. mil. viae Augustae prope Ilerdam occidentem versus reperta. Corp. I, 1484. 1485; II, 4924. 4925. 4920 ad exempla antiqua. — [1]) *Consulis a. u. 571 fortasse filium esse, proconsulatum certe hunc probabiliter saeculo u. c. septimo tribuendum esse docet Mommsenus l. l.* [2]) *Milia passuum a summo Pyrenaeo numerari conicit Huebnerus.* [3]) *A. u. 746/747.*

---

830 IMP · *Caesar* | DIVI · F · AVG · PONT | MAX · COS · XII · COS | DESIG XIII · IMP · XIIII | TRIB · POTEST · XX[1]

Mil. viae Narbone Arelatem, in mus. urbis Montpellier. Herzog Gall. Narb. n. 628 qui descr. In reliquis quoque eiusdem lapidis exemplis diversis locis repertis desunt numeri miliariorum. — [1]) *A. u. 751.*

---

831 TI · CLAVDIVS · DRVSI · F | CAESAR · AVGVST | GERMANICVS | PONT · MAX · TR · POT · III | IMP · III · COS · III · P · P[1] | VII

Miliar. viae Vienna Lugdunum rep in vico Solaise. Boissieu I. de Lyon p. 367 (366). — [1]) *A. 43.*

---

832 IMP · CAESAR · DIVI · F | AVGVSTVS · COS · XIII · TRIB | POTEST · XXI [1] · PONTIF · MAX | A · BAETE · ET · IANO · AVGVST | AD · OCEANVM [2] | LXIIII
Cordubae. Corp. II, 4701 descr. Huebnerus. — [1]) *A. u. 752.* [2]) *Cf. supra n. 800.*

---

833 IMP · CAES | M AVREL · ANTO|NINO · AVG · PONT | MAX · TR · POT · XVI | COS · III · ET | IMP · CAES | L · AVREL · VERO · AVG | TR · POT · II · COS · II [1] | A · COL · AGRIPP | M · P · XXX [2]
Col. mil. viae a col. Agrippina Rigomagum, haud longe a Rigomago rep. Brambach I. Rhen. 1931 (Orell. 876) qui descr. — [1]) *A. 162.* [2]) *A col(onia) Agripp(inensium) m(ilia) p(assuum) XXX.*

---

834 IMP CAES | M AVRELIVS | ANTONINVS | PIVS AVGVSTVS | PARTHICVS | MAXIMVS BRI|TANNICVS MA|XIMVS GERMA|NICVS MAXI|MVS TRIBVNICI|AE POTESTATIS | XVIIII [1] CONSVL | IIII PATER PATRI|AE RESTITVIT | CLXXXV
in eadem infra: D N FL | CLAVDIO | IVLIANO | SEMPER | AVG [2]
In col. mil. viae Carthagine Thevesten. Renier 4396 qui descr. — [1]) *A. 216.* [2]) *A. 360/363.*

---

835 M · P · V [1] | IMP CAES FLA IVL | CONSTANTIVS PIVS FEL | AVG VICTOR MAXIMVS | TRIVMFATOR AETERNVS | DIVI CONSTANTINI OPTIMI | MAXIMIQVE PRINCIPIS F. [2] DIVO|RVM MAXIMIANI ET | CONSTANTI NEPOS DIVI | CLAVDI PRONEPOS PONTI|FEX MAXIMVS GERMANICVS | ALAMANNICVS [3] MAXIMVS | GERM MAX GOHTICVS | MAXIMVS ADIABEN [4] MAX [5] | TRIBVNICIAE POTESTATIS | XXXII IMP XXX CONSVLI VII [6] | PP PROCONSVLI VIIS MVNIT|IS PONTIBVS REFECTI (*sic*) | RECVPERATA RE PVBLICA [7] | QVINARIOS LAPIDES PER IL|LYRICVM [8] FECIT | AB ATRANTE AD FLVMEN | SAVVM [9] MILIA PASSVS | CCCXLVI
Col. candidi marmor. rep. Sirmii (Mitrovic). Corp. III, 3705. Lectio est certa. — [1]) *M(ilia) p(assuum) quinque.* [2]) *F(ilius) in lapide desideratur.* [3]) ALAMAMNICVS *in lap.* [4]) ADIABIN *in lap.* [5]) *'Appellationes Germanici Alamannici et Germanici nude pertinere videntur ad bella non satis nota gesta inter a. 323 et 332, Gothici maximi ad Gothicam victoriam a. 332, Adiabenici maximi ad bellum in Mesopotamia feliciter gestum a. 338'. Mommsenus l. l.* [6]) *'A. 354 quo ipso anno consul processit septimum'. Mommsenus l. l.* [7]) *'Magnentio scilicet profligato a. 353'.*

Mommsenus l. l. [8]) *'Illyricum intellegitur occidentale, quod fuit sub praefecto praetorio Italiae'. Mommsenus l. l.* [9]) *'Via indicatur Atrante Sirmium et inde Singidunum, quae in itin. Hierosolym. est m. p. CCCLXII, quae numero tituli satis conveniunt'. Mommsenus l. l. — Ceterum hoc unicum adhuc est exemplum lapidum quinariorum.*

---

836 IMP CAES P HE|LVIO PERTINA|CE AVG P P TRIB P | COS II[1] · L · NAEVIO | QVADRATIAN|O · LEG · AVG · PR | PR[2] · A · LAMBAESE | M · P | LVIIII

Miliar. quadrangulare viae Lambaesi Gemellas, rep. Sba-Meghata. Renier n. 4305. — [1]) *A. 193.* [2]) *Alibi additur* curante, curam agente *cet.*

---

837 SALVIS D N | THEODOSIO ET | VALENTINIANO | P F V AC TRIVM | SEMPER AVG *cos.* XV[1] | CONS VIR INL | *au*XILIARIS PR *Prae*|TO GAL-LIA*rum* | ARE MA*ssiliam mili*|ARIA PONI S | M P PRIMVM

Col. miliar. Arelate rep. Herzog Gall. Narb. n. 625 (Orell. 3330) qui descr. — Legendum: Salvis d(ominis) n(ostris) Theodosio et Valentiniano p(iis) f(elicibus) v(ictoribus) ac trium(fatoribus) semper Aug(ustis) cos. XV, cons(ularis), vir inl(ustris) Auxiliaris pr(aefectus) praeto(rio) Galliarum Are(late) Massiliam miliaria poni s(tatuit). M(ille) p(assuum) primum. — [1]) *Theodosius cos. XV fuit a. 435, Valentianus IIII, minor igitur numerus praetermissus est. Exempla antiquiora lacunam ante numerum XV non indicant, et nescio an recte. Certe* XV cons(ule) *non ita offenderet, ut* cons(ularis) *tam nude ante nomen et id quod est* vir inlustris *positum.*

---

838 I*m*P CÆS | *c. iulio vero* | *maximino* | P *f.* *in*VCTO AVG | PO*nt* · MA TRIB | Po*t* / / *i*MP · V[1] · CO*s* | Pro*c*OS PP ET | *c. iulio vero maximo* | NOBILISSIMO CÆS | PRIN*cipi iuven*TVIS | / / / / / / *germa*|NICIS DA*ci*CIS SARM*a*|T*i*CIS M*a*XIMIS | LEG II AD | AB AQ MP III

Col. mil. viae Aquinco Mursam, haud longe ab Aquinco rep. Corp. III, 3708 descr. Mommsenus. — Legendum: Imp(eratori) Caes(ari) C. Iulio Vero Maximino P(io) F(elici) invicto Aug(usto) pont(ifici) max(imo), trib(unicia) pot(estate)..., imp(eratori) V, co(n)s(uli), proco(n)suli, p(atri) p(atriae) cet. leg(io) II ad(iutrix). Ab Aq(uinco) m(ilia) p(assuum) III. — [1]) *A. 237 cf. Orell. 5045. 5524.*

---

839 EX AVCTORITATE | IMP CAES T AEL HA|DRIANI ANTONINI | AVG PII[1] P P VIA A MILE|VITANIS MVNITA EX | INDVLGENTIA EIVS DE | VEC-TIGALI ROTARI[2] | I I

Col. rep. prope Milevum Numidiae. Renier n. 2300 cf. alterum exemplum ibid. n. 2301 cum numero IIII. — [1]) *A. 138/161.* [2]) *Cf. supra n. 823.*

---

840 PERPETVO | NOBILISSI|MO MAXI|MIANO | CAESARI [1] | M̄ I | R · P · C · L [2]

840a IMP · CAES · M | AVRELIO · ANTO|NINO · INVICTO · PIO | FELICI [3] · AVG · P · M | TRIB · P · COS · P · P | PROCOS · R · P · M · D [4]

840b IMP CAES M AVRELI|O SEVERO ANTONI|NO PIO FELICI AVG | PART MAX BRIT | MAX GER MAX | PONT MAX TR | POT XVII [5] IMP III | COS IIII PROCOS | R · P · LAMASB | ANTONINIANA | M VIIII [6]

840c *imp.* CAES M AV|RELIVS SEVERVS | ALEXANDER PI|VS FELIX AVG [7] PO|NTIF MAX TRIB P|OT P P COS DIVI | MAGNI ANTO|NN FL MLARIA | COMMEANTI|BVS INO*ra*VIT | DE R P SVA LA|MASBA

Columnae miliariae viae Lambaesi Dianam et Lamasbam diversis locis rep. Ren. 4316. 4323. 4332. 4336. — [1]) *A. 293/304.* [2]) *M(iliarium) primum. R(es) p(ublica) c(oloniae) L(ambaesitanorum).* [3]) *A. 198/217, sed sine dubio eodem quo sequens i. e. a. 214.* [4]) *R(es) p(ublica) m(unicipii) D(ianensium).* [5]) *A. 214.* [6]) *R(es) p(ublica) Lamasb(ensium) Antoniniana. M(ilia) VIIII.* Antoniniana *dicitur in honorem Caracallae.* [7]) *A. 222/235.*

---

841 M AVRELIO | CARINO NO|BILISSIMO | CAES · PRINC | IVVENT [1] · RESP | COL THAMG | X̄ [2]

841a IMPERAN|TE DOMIN|O NOSTRO | MAXIMI|ANO | AVG [3] | . . . . . | . . . *RES P COL* | *thamug.* | X̄

841b AETERNO *d* | NOSTR CAESARI | CONSTAN|TIO AVG [4] O REST [5] | R P COL THAMVG

841c DOM N LICIN|IO LICINIA|NO AVG [6] | RES P COL | THAMVG | X

841d AETERNo | *li*CINIO D | NOSTR AVG [6] | RES P COL | THAMVG | X

In miliariis columnis quinque similibus, eodem omnibus loco in via Lambaesi Thamugadem rep. Renier n. 4370 — 4375 qui descr. — [1]) *A. 282/283; nam a. 284 Augustus appellatus est.* [2]) *Resp(ublica) col(oniae) Tham(u)g(adensium). M(ilia)* X. [3]) *A. 286/305.* [4]) *A. 305/306.* [5]) *O(rbis) rest(itutori).* [6]) *A. 307/323. Apparet igitur Thamugadenses in honorem Caesarum Augustorumve quibus deinceps a. 282 — 323 subiecta erat Africa miliaria eodem loco complura collocasse.*

---

842 IMP · CAES · DIVI | SEVERI · NEPOT · DI|VI · ANTONINI MAG | FIL · M · AVrelIO | *antonino pio felici* | *aug. tr. p.* III · COS · | III [1] · P · P · PROCOS · C · A · | AQ · AB · AQ · LEVG | IIII [2] ·

Prope Steinbach in magno ducatu Badensi rep. Brambach I. Rhen. 1956

qui descr, — [1]) A. 220. [2]) C(oloniâ) A(urelia) Aq(uensium). Ab Aq(uis) leug(ae) IIII. In toto imperio Romano spatia viarum millibus passuum numerantur, tantummodo in Germaniae superioris Galliaeque nonnullis viis leugae pro iis usurpatae inveniuntur.

Termini.

843 TI · CLAVDIVS | DRVSI · F · CAISAR | AVG · GERMANICVS | PONT · MAX · TRIB · POT | VIIII · IMP · XVI · COS · IIII · | CENSOR · P · P [1] | AVCTIS · POPVLI · ROMANI | FINIBVS · POMERIVM | AMPLIAVIT [2] · TERMINAVITQ
Romae in cippo. Grut. 196, 4 descr. Smetius (Or. 710). — [1]) A. 49. [2]) Cf. Tac. Ann. XII, 23 Vopisc. Aurel. 21. Henzen Bullet. Inst. arch. 1857 p. 11 et infra n. 917. 920.

844 COLLEGIVM | AVGVRVM · AVCTORE | IMP · CAESARE · DIVI | TRAIANI · PARTHICI · F | DIVI · NERVAE · NEPOTE | TRAIANO · HADRIANO | AVG · PONTIF · MAX · TRIB | POT · V · COS · III [1] · PROCOS | TERMINOS · POMERII | RESTITVENDOS · CVRAVIT
Romae in cippo. Grut. 198, 1 descr. Smetius (Orell. 811). — [1]) A. 121.

845 P · SERVEILIVS · C · F | ISAVRICVS · | M · VALERIVS · M · F | M' · N · MESSAL | CENS [1] | EX · S · C · TERMIN
In sinistra Tiberis ripa. Corp. I, 609 Ritschl LXXXIXA; cf. alterum eiusdem tituli exemplum n. 610.

845a M · VALERIVS · M · F | M' · N · MESSALL | P · SERVILIVS · C · F · | ISAVRIC · CENS | EX · S · C · TERMINAR
In dextra Tiberis ripa. Corp. I, 610 sec. Fabrettium; cf. alia eiusdem tituli exempla huic fere paria n. 611 — 614. — [1]) A. u. 699/700 cf. Borghesi Opp. IV, 21 sq. 44 sq. Idem demonstravit ripam Tiberis denuo terminatam esse post inundationem a. u. 700. Dio 39, 61.

846 C · MARCIVS · L · F · L · N | CENSORINVS | C · ASINIVS · C · F · GALLVS [1] | COS [2] | EX · S · C · TERMIN | R · R [3] · PROXIM · CIPPVS · PED · XLII [4] *in quibusdam additur:* CVRATORES · RIPARVM | QVI PRIMI · FVERVNT [5] | EX · S · C · RESTITVERVNT
Romae in Tiberis ripa. Grut. 1078, 10; cf. alia exempla 196, 1. 197, 2. 1022, 1. Descr. Smetius. — [1]) In aliis inverso ordine. [2]) A. 746. [3]) R(ecta) r(egione). [4]) In aliis alius numerus. [5]) Circa a. 15 p. C. cf. Corp. I p. 180.

847 IMP · CAESAR · DIVI · F | AVGVSTVS | PONTIFEX · MAXIMVS | TRIBVNIC · POTEST · XVII [1] | EX · S · C · TERMINAVIT | R · R · PROX · CIPP · PED · CLXVIS [2]

Romae. Grut. 196, 3 vidit Smetius (Orell. 5011). — [1]) *A. 747/48.* [2]) *In aliis exemplis alius numerus.*

---

848 C · VIBIVS · C · F . RVFVS | SEX · SOTIDIVS · SEX · F · STRABO | LIBVSCID | C · CALPETANVS · C · *f.* · STATIVS [1] · RVFVS | M · CLAVDIVS · M · F · MARCELLVS | L · VISELLIVS · C · F · VARRO [2] | CVRATOR · RIPARVM · ET · ALVEI · TIBERIS | EX · S · C · TERMIN

Romae. Grut. 197, 3 descr. Smetius. — [1]) CESTATIVS *traditur cf. Grut. 237, 8 et infra n. 854.* [2]) *Consul fuit a. 24. Curatores erant post Augustum ante Vespasianum cf. Mommsenum Corp. I p. 180.*

---

849 EX · AVCTORITATE | IMP · CAESARIS · DIVI | TRAIANI · PARTHICI · F | DIVI · NERVAE · NEPOTIS | TRAIANI · HADRIANI | AVG · PONTIP · MAX · TRIB | POTEST · V · IMP · IIII · COS · III [1] | L · MESSIVS · RVSTICVS · CVRATOR | ALVEI · ET · RIPARVM · TIBERIS · ET | CLOACARVM · VRBIS · R · R · RESTITVIT | SECVNDVM · PRAECEDENTEM | TERMINATIONEM · PROXIM · CIPP | PED · CXV S [2]

Romae. Grut. 197, 5 cf. Smet. 8, 10 descr. Smetius. — [1]) *A. 121.* [2]) *Numerus variat.*

---

850 IMP · CAES · M · AVRELIVS · ANTONINVS · AVG | PONTIP · MAX · TRIB · POTEST · XV · COS · III · ET | IMP · CAES · L · AVRELIVS · VERVS · AVG | TRIB · POT · COS · II [1] · TERMINOS · VETVSTATE | COLLAPSOS · EXALTAVERVNT · ET · RESTITVE|RVNT · R · R · PROXIMO · TERMINO · PED.... | POSITOS · EX · AVCTORITATE · IMP · CAESARIS | NERVAE · TRAIANI · AVG · CVRANTE | A · PLATORIO · NEPOTE · CALPVRNIANO | CVRAT · ALVEI · TIBERIS · ET · RIPARVM | ET · CLOACARVM · VRBIS

Romae. Henzen 5472 ad exempla antiqua. — [1]) *A. 161.*

---

851 D · D · N · N · PROVIDENTISSIMI · IMPP | DIOCLETIANVS · ET · MAXIMIANVS | INVICTI · AVGVSTI · RIPAM · PER · SERIEM | TEMPORVM · CONLAPSAM · AD · PRISTINVM | STATVM · RESTITVERVNT · PER · PED · C · X | CVRANTE · MANIO · ACILIO · BALBO | SABINO · V · C · CVRAT · ALVEI · TIBERIS | RIPARVM · ET · CLOACARVM · SACRAE · VRBIS

Romae trans Tiberim ad ripam. Grut. 198, 5 ex Ursini schedis.

---

852 ID · QVOD · INTRA · CIPPOS | AD CAMP · VERSVS · SOLI | EST · CAES · AVGVST · REDEMTVM | A PRIVATO · PVBLICAVIT [1]

Romae. Grut. 200, 1 descr. Gudius. — [1]) *Cf. Suet. Aug. 32.*

---

853 *ti. claudius caes. aug.* | *l. vitellius p. f.* | *ex* S · C | CENSORES [1] | LOCA · A ·

PILIS · ET · COLVMNIS | QVAE · A · PRIꟷATIS | POSSIDEBANTVR · CAVSA | COGNITA · EX · FORMA [2] · IN | PVBLICVM · RESTITVERVNT

Romae. Maffei m. Ver. p. 306 n. 7 (Orell. 3133). — [1]) *Ita supplendum esse Claudiana littera ꟷ demonstrat. Cf. Borghesium Opp. IV p. 76. Pertinet igitur ad a. 47/48 (cf. infra n. 897) vel potius ad a. 48, cum adhuc certe in monumento hoc anno antiquiore Claudianae litterae repertae sint nullo (cf. Buechleri librum de Claudio Caesare grammatico).* [2]) *De formis agri publici in tabulis aereis exaratis cf. Mommsenum script. grom. ed. Lachmann II p. 152 sqq.*

---

854 T · QVINCTIVS · CRISPINVS | VALERIANVS [1] | C · CALPETANVS · STATIVS · RVFVS [2] | C · PONTIVS · PELIGNVS [3] | C · PETRONIVS · VMBRINVS [4] | M · CRASSVS · FRVGI [5] | CVRATORES | LOCOR · PVBLICOR · IVDICAND | EX · S · C [6] · CAVSA · COGNITA | EX · PRIVATO · IN · PVBLIC · RESTITVER

Romae. Grut. 200, 6 descr. Smetius. Cf. de hoc titulo Borghesium Opp. III p. 363, qui ad Tiberii aetatem pertinere demonstravit. — [1]) *Cos. suff. a. 2.* [2]) *Cf. Murat. 685, 1. Grut. p. 197, 3.* [3]) *Cf. infra n. 1131.* [4]) *Cf. Borghesium l. l. qui consulem putat fuisse a. 25.* [5]) *Cos. a. 27.* [6]) *Non confundendi cum magistratu plane diverso curatoribus aedium sacrarum operum locorumque publicorum cf. Marinium Atti II p. 775.*

---

855 IMP · CAESAR | VESPASIANVS · AVG | PONTIF · MAX · TRIBVNIC | POTEST · VI · IMP · XIIII · P · P | COS · VI · DESIG · VII · CENSOR [1] | LOCVM · VINIAE · PVBLICAE | OCCVPATVM · A PRIVATIS | PER · COLLEGIVM · PONTIFICVM | RESTITVIT

Romae. Grut. 200, 2 descr. Smetius (Or. 3261). — [1]) *A. 75.*

---

856 CN · SENTIVS · SATVRNINVS | C · CLODIVS · LICINVS [1] · COS [2] | TERMINAVERVNT · LOCVM | PVBLICVM · AB PRIVATO

Romae. Orelli 3260 sec. Odericum. — [1]) *In altero exemplo inverso ordine.* [2]) *A. 4.*

---

857 IMP CAESAR M AVRELIVS | ANTONINVS · AVG | GERMANICVS · SARMAT · ET | IMP · CAESAR · L · AVRELIVS | COMMODVS · AVG | GERMANICVS · SARMATIC [1] | HOS · LAPIDES · CONSTITVI IVSSERVNT | PROPTER · CONTROVERSIAS · QVAE | INTER · MERCATORES · ET · MANCIPES | ORTAE ERANT VTI FINEM | DEMONSTRARENT VECTIGALI | FORICVLIARI ET [2] ANSARII | PROMERCALIVM · SECVNDVM | VETEREM · LEGEM · SEMEL · DVM | TAXAT · EXIGVNDO

Romae. Marini, Iscr. Albane p. 28 qui descr. Duo praeterea exempla


horum lapidum ante omnes sine dubio portas Romas olim constitutorum nobis innotuerunt per Einsiedlensem; in altero in via Salaria rep. abest Imp. Commodi mentio, pro iusserunt *legitur* iussit *(Einsiedl. p. 74a ed. Haenel p. 125), in altero Commodi loco* M · AVRELIVS · SEVERVS · ALEXANDER · PIVS · FELIX · AVG, *post* iusserunt *verbum* MAXIME *legitur cf. Mommsenum Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 1850 p. 309.* — [1]) *A. 176/180.* [2]) TE *in lapide fuit.*

---

858 IVSSV · IMP · CAESARIS | QVA · ARATRVM · DVCTVM | EST
Capuae in compluribus terminis ingentibus. I. Neap. 3590 descr. Mommsenus (Orell. 3683). — Pertinet ad renovationem coloniae, qua vetus limitatio tollebatur, nova pertica vexillo posito et aratro circumducto (cf. Cic. Phil. II, 40, 102) condebatur. Rudorff Scr. grom. ed. Lachmann II p. 411.

---

859 *In columnae latere:* C · SeMPRonius *ti. f. grac* | AP · CLAVDIVS · C · F · POLC | P · LICINIVS · P · F · CRAS | III · VIR · A · I · A [1]

In vertice columnae:  [2]

'Sul lato destro di S. Angelo in Formis nel luogo detto il Calcarone'. Corp. I 552 Ritschl tab. XCVIII AB cf. enarrat. p. 49. — [1]) *Triumvir(i) a(gris) i(udicandis) a(dsignandis). Anno 622/633 cf. Mommsenum l. l.* [2]) *Inscriptio est qualis in agro limitato verticibus cipporum in decumanis cardinibusque positorum incidi solebat cf. Scr. gromat. ed Lachm. p. 171 sq. Agrum autem Campanum, in quo haec columna reperta est triumviri limitaverunt cf. Mommsenum l. l.*

---

860 *In columnae latere:* M · FOLVIVS · M · F · ꟻAC | C · SEMPRONIVS · TI · F · GRAC | C · PAPERIVS · C · F · CARB | III · VIRE · A · I · A [1]
Columna parva rotunda rep. in agro Aeclanensi in territorio Roccae S. Felicis in loco q. d. Costa Diana. In loco non multum distante duae columnae similes inventae sunt, quarum in altera inscriptio plane eadem legitur, in altera quae fuit in latere hodie deest; in vertice columnarum inscriptiones leguntur hae:

in prima quam dedi: *in altera:* *in tertia:*







Quarta truncata reperta est 'nell' ultimo orieutal casale di Arienzo

detto Capo di Conca nel luogo detto S. Lucia', hodie periit; mihi a dextra fracta videtur fuisse atque ita periisse cognomina et A · I · A *post* IIIVIR. *Inscripta sunt:*

C · SEMPRONIVS *ti.* F | AP · CLAVDIVS · C · *f* | P · LICINIVS · P · F | III · VIR

Corp. I, 554 — 556 Add. p. 558 n. 1504. Ritschl. tab. LV. (Henzen 6464). — [1]) A. 624/625 cf. Mommsenum l. l. 'Hae columnae agrum tantum publicum a privato distinxerunt, neque quidquam ad limitationem pertinuerunt; ideo alius generis sunt verticum inscriptiones, tertiaeque legenda: f(undus) p(ossessoris) vet(eris), similisque formula in reliquis quoque videtur fuisse'. Mommsenus l. l.

---

861 M · TERENTIVS · M · F | VARRO · LVCVLLVS | PRO · PR [1] · TERMINOS | RESTITVENDOS | EX · S · C · COERAVIT | QVA · P · LICINIVS | AP · CLAVDIVS | C · GRACCVS · III VIR | A · D · A · I [2] · STATVERVNT

In territorio Fanestri props fines Pisaurensium. Corp. I, 583. (Orell. 570). — [1]) Pro pr(aetore). Anno 672/3 cf. Mommsenum l. l. [2]) Triumvir(i) a(gris) d(andis) a(dsignandis) i(udicandis). Cf. de hoc titulo Mommsenum l. l. p. 156.

---

862 IMP · CAESAR | VESPASIANVS | AVG · COS · VIII [1] | FINES · AGRORVM | DICATORVM | DIANAE · TIFAT · A | CORNELIO · SVLLA | EX · FORMA · DÍVI | AVG · RESTITVIT

Capuae in cippo. I. Neap. 3575 descr. Mommsenus. (Orell. 1460). — [1]) A. 77.

---

863 *Initio tres versus perierunt* | Q · RAVELIO . . *f* | P · COMINIO · P · F | L · MALIO · C · F | QVAISTORES [1] | SENATV D [2] | CONSVLVERE | IEI . . [3] CENSVERE | AVT · SACROM | AVT · POVBLICOM | ESE . . . . .
Supra fracta est | . . . . NATV | CONSOLTVDE . . . | AVT SACROM | AVT POVBLICom | LOCOM · ESE · Q . . . | CENSVERE

*Venusiae rep. sed uterque lapis periit. Corp. I, 185. 186 ad exempla antiqua (Cimagliam inprimis). — [1]) Quaestores hosce, quippe qui sex videantur fuisse senatumque consulant, alius generis esse ac Romanos componendosque cum Firmanis quinque Corp. 1, 181 Romanorumque III viris sacris conquirendis donisque persignandis (Liv. 25, 7) aetatisque imperatoriae curatoribus quinque locorum publicorum iudicandorum n. 854 adnotat Mommsenus. [2]) D quid significet non liquet. [3]) IEI*s*? Mommsenus.*

864 EX · AVCTORITATE | IMP · CAESARIS | VESPASIANI · AVG · | *LOCA* · PV-
BLICA A PRIVATIS | POSSESSA · T · SVEDIVS CLEMENS[1] | TRIBVNVS ·
CAVSIS · COGNITIS · ET | MENSVRIS · FACTIS REI | PVBLICAE POMPEIA-
NORVM | RESTITVIT

Pompeiis in cippo quadrato. I. Neap. 2314 descr. Mommsenus. — [1]) *Cf. Tac. hist. I, 87. II, 12 infra n. 1953.*

---

865 *Exemplum antiquius:* l. caeiciliuS Q F[1] · PRO · COS | TERMINOS · FINIS-
QVE EX | SENATI · CONSVLTO · STATVI | IOVSIT · INTER · ATESTINOS |
ET · PATAVINOS

Exemplum recentius: L · CAEICILIVS · Q · F · PR|OCOS EX TERMINOS |
FINISQVE · EX · SENATI | CONSVLTO STATVI · IVSIT | INTER · ATESTI-
NOS | PATAVINOSQVE

In monte Venda rep., qui est Euganeorum altissimus, in lapide praegrandi et rudi. Corp. I, 547 Ritschl tab. LVIII A a b (Henzen 5114).

865a *In columna minore superiore:* . . . . | SENATI
/o///LTO STAtui | IVSIT

In columna maiore inferiore: L · CAICILIVS · Q · F | PRO · COS |
TERMINOS | FINISQVE · EX | SENATI · CONSOLTO | STATVI · IVSIT ·
INTER | PATAVINOS | ET · ATESTINOS

In colle Euganeo q. d. Téolo rep. in columnis duabus, quarum minor olim superposita fuit maiori eius rei causa incavatae. Corp. I, 548 Ritschl tab. LVIII c. B. (Henzen 5115). — [1]) *Aut Metellus Calvus (cos. a. u. 612) aut Metellus Diadematus (cos. a. u. 637) est, sed ad priorem pertinere ob titulum n. 866 verisimilius est.*

---

866 SEX · ATILIVS · M · F · SARANVS · PROCOS[1] | EX · SENATI CONSVLTO |
INTER · ATESTINOS · ET · VEICETINOS | FINIS · TERMINOSQVE · STATVI ·
IVSIT

'In villa Lobiae agri Coloniensis, quae est in confinio agri Vincentini' Iucundus. Corp. I, 549 Ritschl tab. LV B (Orell. 3110). — [1]) *A. u. 619, consul enim a. 618 fuit.*

---

867 EX AVCTORITA*te* | IMP · CAES · VESPASIAN*i* | AVG · PONTIFICIS · MAX |
TRIB · POTEST · V · COS · V | DESIG · VI[1] | CN · PINARIVS · CORNEL |
CLEMENS LEG · EIVS PRO *p*R | EXERCITVS GERMANICI | SVPERIORIS ·
INTER | VIENNENSES ET CEVTRONAS | TERMINAVIT

Faucigny. Mitth. d. antiquar. Ges. in Zürich 1865, (XV) p. 206 ed. Keller et Meyer. — [1]) *A. 74.*

868 FINIS INTER NEDITAS ET CORINIENSES | DERECTVS MENSVRIS ACTIS IVSSV | MECENI GEMINI[1] LEG PER A RESIVM | MAXIMVM 7 LEGIONIS XI PRINCIPEM | POSTERIOREM COr I[2] | ET PER D AEBVTIVM | LIBERALEM 7 EIVSDEM LEG ASTATVM POSTERIOREM CHOR I

Corinii (Karin). Corp. III, 2883 (Or. 3452) ad exempla antiqua. — [1]) *Sctibendum* M. Duceni Gemini *cf. Tac. Ann. 15, 18 (consularis a. 62); hist. 1. 14.* [2]) *Co[r(tis)] I i. e. primae. Traditur* COH.

---

869 D N | IMP CAE MV|RELO SEVERO ALE|XNDRO PO FELICE | AVG TERMN AG|GRORVM (*sic*) DEFENI|SIONIS[1] (*sic*) MTDAE AD|SIGNNTVR COLO|NS KASTVRRENSI | IVSSV V E AXI ÆL|N[2] PROC · AVG R P | PER CÆ[3] · MRTAE | AGRMESORE

In vico Meris in medio campo Medschanensi Mauretaniae Caesariensis. Annuaire de Constantine 1864 p. 101. Rev. arch. nov. ser. X (a. 1864) p. 218. — Legendum: D(omino) n(ostro) Imp(eratore) Cae(sare) M. Aurelio Severo Alexandro Pio Felice Aug(usto) termini a(g)rorum defenisionis Matidiae adsignantur colonis Kasturrensi(bus), iussu v(iri) e(gregii) Axi Aeliani proc(uratoris) Aug(usti) r(ationis) p(rivatae) per Cae(cilium?) Martiale(m) agrime(n)sore(m). — [1]) *Renierus legit* DEFENICIONIS *et pro eo habet quod est definitionis; vix recte. Mihi est* defensionis. [2]) *Cf. n. 1294.* [3]) *Renierus: per Cae(sariensem); vix recte.*

---

870 EX AVCTOR | IMP TRAIANI HADRIANI CAE|SARIS AVG | AG CK AG SIPAP[1]

Cirtae (Constantine). Renier n. 1810. — [1]) *Ag(er) Cir(tensium). Ag(er) Sipap(ensium).*

---

871 TER · AVGV|ST · DIVIDIT | PRA · LEG | IIII[1] · ET AGR|VM IVLIO|BRIG

In cippis compluribus prope Retortillo repertis. Corp. II, 2916. — Lege: Ter(minus) August(alis) dividit prat(um) leg(ionis) IV et agrum Iuliobrig(ensem). [1]) *'Legio haec quarta sine dubio Macedonica est, e nummis coloniae Caesaraugustanae nota, quae in Hispania tetendit inde ab Augusto usque ad Claudium, qui in Germaniam eam avocavit. Unde tempus horum cipporum aliquo modo definitur'. Huebnerus l. l.*

---

872 Q. M. Minucieis Q. f. Rufeis[1] de controvorsieis inter | Genuateis et Veiturios[2] in re praesente cognoverunt, et coram inter eos controvosias composeiverunt, | et qua lege agrum possiderent et qua fineis fierent dixserunt. Eos fineis facere terminosque statui iuserunt; | ubei ea facta essent, Romam coram venire iouserunt. Romae coram sententiam ex senati consulto dixerunt[3] eidib(us)[4] | Decemb(ribus) L. Caecilio Q. f. Q. Muucio Q. f. co(n)s(ulibus).[5]

Qua ager privatus casteli Vitnriorum est, quem agrum eos vendere heredemqne | sequi licet, is ager vectigal(is) nei siet. §. Langatium fineis agri privati. Ab rivo infimo, qni oritur ab fontei in Mannicelo[6] ad flovium | Edem; ibi terminns stat. Inde Ede[7] flovio suso vorsum inflovium Lemurim.[8] Inde flovio Lemnri susum usqne ad rivom Comberane(am). | Inde rivo Comberanea susum usque ad comvalem Caeptiemam; ibi termina duo stant circum viam Postumiam.[9] Ex eis terminis recta | regione in rivo Vendnpale. Ex rivo Vindnpale in flovium Neviascam. Inde dorsum fluio Neviasca in flovium Procoberam.[10] Inde | flovio Procoberam deorsum usqne ad rivom Vinelascam infnmum; ibei terminus stat. Inde sursum rivo recto Vinelesca; | ibei terminus stat propter viam Postumiam. Inde alter trans viam Postumiam terminus stat. Ex eo termino, quci stat | trans viam Postumiam, recta regione in fontem in Manicelum. Inde deorsum rivo, quei oritur ab fonte ex Manicelo, | adterminum, qnei stat ad flovium Edem.

Agri poplici quod Langenses posident, hisce finis videntur esse. Ubi comfluont | Edus et Procobera, ibei terminns stat. Inde Ede flovio sursnorsum in montem Lemurino infumo; ibei terminus | stat. Inde sursumvorsum iugo recto monte Lemurino; ibei terminus stat. Inde susum iugo recto Lemurino; ibi terminus | stat in monte pro cavo.[11] Inde sursum iugo recto in montem Lemurinnm summum; ibi terminus stat. Inde sursum iugo | recto in castelum, quei vocitatust Alianus; ibei terminus stat. Inde sursum iugo recto in montem Ioventionem;[12] ibi terminus | stat. Inde sursum iugo recto in montem Apeninum, quei vocatur Boplo; ibei terminns stat. Inde Apeninum iugo recto | in montem Tuledonem; ibei terminus stat. Inde deorsum ingo recto in flovium Veraglascam in montem Berigiemam | infumo; ibi terminus stat. Inde sursum iugo recto in montem Prenicum;[13] ibi terminus stat. Inde dorsum iugo recto in | flovium Tulelascam; ibi terminus stat. Inde sursum iugo recto Blustiemelo in montem Claxelum; ibi terminus stat. Inde | deorsum in fontem Lebriemelum; ibi terminus stat. Inde recto rivo Eniseca[14] in flovium Porcoberam; ibi terminus stat. | Inde deorsum in floviom Porcoberam, ubei conflovont flovi Edus et Porcobera; ibi terminns stat. §.

Quem agrum poplicum | iudicamus esse, enm agrum castelanos Langenses Veiturios posidere fruique videtur oportere. Pro eo agro vectigal Langenses | Veituris in poplicum Genuam dent in

anos singulos vic(toriatos) n(nmmos) CCCC.[15] Sei Langenses eam pequniam non dabunt neque satis | facient arbitratuu Genuatium, quod per Genuenses *mora* non fiat, quo setius eam pequniam acipiant: tum quod in eo agro | natum erit frumenti partem viceusumam, vini partem sextam Langenses in poplicum Genuam dare debento | in annos siugolos.

Quei intra eos fineis agrum posedet Genuas aut Viturius, quei eorum posedeit k. Sextil(ibus) L. Caicilio | Q. Muucio co(n)s(ulibus), eos ita posidere colereque liceat. *Eis*,[16] quei posidebunt, vectigal Langensibus pro por|tione dent ita uti ceteri | Langenses, qui eorum iu eo agro agrum posidebunt frnenturque. Praeter ea in eo agro niquis posideto nisi de maiore parte | Langensium Veituriorum sententia,[17] dum ne alium intro mitat nisi Genuatem aut Veiturium colendi causa. Qnci eornm de maiore parte | Langensium Veiturium sententia[17] ita non parebit,[18] is eum agrum nei habeto nive fruimino.

Quei | ager compascuos erit, in eo agro quo minus pecus *pascere* Genuates Veituriosque liceat ita utei in cetero agro | Genuati compascuo, niquis prohibeto, nive quis vim facito, neive prohibeto quo minus ex eo agro ligua materiamque | sumant ntanturque.

Vectigal auni primi k. Ianuaris secundis Veturis Langenses iu poplicum Genuam dare | debento. Quod ante k. Ianuar(ias) primas Langenses frncti sunt eruntque, vectigal invitei dare nei debento. §.

| Prata quae fuernnt proxuma faenisicei[19] L. Caecilio Q. Muucio co(n)s(ulibns) in agro poplico, quem Vituries Langenses | posident et qnem Odiates[20] et quem Dectnnines et quem Cavaturineis[21] et qnem Mentovines[22] posident, ea prata, | invitis Langensibus et Odiatibus et Dectuninebns et Cavaturines et Meutovines, quem quisque eorum agrum | posidebit, inviteis eis niquis sicet nive pascat nive fruatur. Sei Langneses aut Odiates ant Deetunines aut Cavaturines | aut Mentovines malent in eo agro alia prata inmittere defendere sicare, id uti facere liceat, dum ne ampliorem | modum pratornm habeant, quam proxuma aestate habnerunt fructique sunt. §.

Vituries quei controvorsias | Geuuensium ob iniourias iudicati[23] aut damnati sunt, seiquis in viuculeis ob eas res est, eos omneis | solvei mittei leiber*are*ique[24] Genuenses videtur oportere ante eidus Sextilis primas.

Seiquoi de ea re | iniquom videbitur esse, ad nos adeant primo quoque die et ab omnibus controversis i. thono publ. li.[25]
| Leg(ati) Mogo Meticanio Meticoni f(ilius), Plaucus Peliani(o) Pelioni f(ilius).

In tabula ahenea prope Genuam (ad fluvium Saccum in valle Polceverana rep. Corp. I, 199 Ritschl tab. XX. (Orelli 3121). — 1) *'Uterque cum oriundi essent ab eo qui subegit Ligures Q. Minucio Rufo cos. a. 557, avito iure patroni Ligurum videntur fuisse ideoque ad hanc rem disceptandam selecti esse'. Mommsenus l. l.* 2) *'Modo Veiturii, modo Langenses, modo Veturii Langenses dicuntur; similiter Ligures Baebiani Corneliani modo sic modo Baebiani modo Corneliani'. Mommsenus l. l. Langatium castellum hodie dicitur* Langasco. 3) *Confert Mommsenus Dig. 4, 8, 27, 4:* sententia (*ab arbitro*) dicta non coram litigatoribus non valebit, nisi in compromissis hoc specialiter expressum sit. 4) EIDI O *tab.* 5) *A. 637.* 6) *Hodie fortasse collis* Maniceno *vocatus, qui etiam fonte insignis est ad confluentes rivos Seccam et Sarduelam.* 7) 'Inde [*Ede*] flovio *coniecit Rudorffius, sed ex tabulae usu debuit esse potius* inde flovio Ede'. *Mommsenus l. l. Non recte cf. v. 27 sq.* 8) *Hodie* Lemme *sive* Lemo. 9) *Ducebat Genua Cremonam; facta est a. 606.* 10) *Plin. h. nat. 3, 5, 48 fluvium* Porciferam *appellat, hodie* Polcevera *dicitur.* 11) PRO *et* CAVO *puncto in aere distiguuntur.* 12) *Cum Ioventione monte conferunt Itali montem* Giovo delle Reste *in summo Apennino et rivum vicinum* la Gioventina. 13) *Confert Rudorffius rivum huius agri q. d.* fossato di Perneco. 14) *Confert Rudorffius rivum nunc* la Secca *dictum, ad quem haec tabula reperta est.* 15) *Cf. Mommsenum, Gesch. d. Röm. Münzw. p. 389 sq. 'Victoriati illi sunt drachmae Massilienses, quarum quattuor aequant denarios tres. Veituri Langenses igitur quotannis denarios CCC pendere iubentur.* 16) EVS *tabula.* 17) 'De maiore parte - - sententia *male scriptum est pro* de maioris partis - - sententia. *Indocta s finalis pronuntiatio scribam in errorem videtur induxisse'. Mommsenus l. l.* 18) Quci eorum - - ita non parebit *significat* quem eorum - ita possedisse non parebit. 19) 'Faenisicei *sextus casus est ut supra v. 6* ab fontei; *pro faenisicia olim faenisicem videntur dixisse'. Mommsenus l. l.* 20) *Ad* Obieta *oppidum trans Apenninum referunt.* 21) *Oppidum* Crevarina *trans Apenninum conferunt.* 22) *Referunt ad oppidum* Montogia *trans Apenninum.* 23) Controversias ob iniourias iudicari *dici ut servitutem servire, iusiurandum iurare cet. adnotat Mommsenus l. l.* 24) LEIBERIQVE *aes. 'Debuit scribi aut* solvere mittere leiberareque *aut* a Genuensibus *librariusque haec videtur confudisse'. Mommsenus l. l.* 25) 'CONTROVERSISI · THONOPVBL LI *aes neque quicquam deest, ut*

scalptorem quid esset in exemplo non assecutum esse appareat. Qui de honoribus oneribusve publicis hoc loco cogitaverunt, neque sententiam perspexerunt et in hac tabula scribendum fuisse POPLIC *praeterviderunt. Sententia requirit fere* controversis abstineant'. *Mommsenus l. l.*

---

872 *a* Imp. Othone Caesare Aug. cos. § XV k. Apriles[1] § | descriptum et recognitum ex codice ansato L. Helvi Agrippae[2] procon-s(ulis), quem protulit Cn. Egnatius | Fuscus scriba quaestorius, in quo scriptum fuit it, quod infra scriptum est, tabula V ↄ VIII | et VIIII et X:

III idus Mart. L. Helvius Agrippa proco(n)s(ul) caussa cognita pronuntiavit: |

Cum pro utilitate publica rebus iudicatis stare conveniat, et de caussa Palvicensi|um M. Iuventius Rixa vir ornatissimus procurator Aug(usti) saepius pronuntiaverit:

fi|nes Palvicensium ita servandos esse, ut in tabula ahenea a M. Metello[3] ordinati | essent,

ultimoque pronuntiaverit:

Galillenses frequenter retractantes controver|sia*m* nec parentes decreto suo se castigare voluisse, sed respectu clementiae optumi | maximique principis contentum esse edicto admonere, ut quiescerent et rebus | iudicatis starent et intra k. Octobres primas de praedis Palvicensium decederent vacuam|que possessionem traderent; quodsi in contumacia perseverassent, se in auctores | seditionis severe animadversurum; §

et postea Caecilius Simplex[4] vir clarissi|mus, ex eadem caussa aditus a Galillensibus dicentibus: tabulam se ad eam rem | pertinentem ex tabulario principis adlaturos, pronuntiaverit:

humanum esse, | dilationem probationi dari, *et in* k. Decembres duum mensum spatium dederit, in|tra quam diem nisi forma allata esset, se eam, quae in provincia esset, secuturum;

ego quoque aditus a Galillensibus excusantibus, quod nondum forma allata esset, in | k. Februarias qua*e* p(roximae) f(uerunt) spatium dederim, et mora*m* illis possessoribus intellegam esse iucun|dam:

Galillenses ex finibus Palvicensium Camianorum, quos per vim occupaverant, intra k. | Apriles primas decedant. Quodsi huic pronuntiationi non optemperaverunt, sciant, | se longae contumaciae iam saepe denuntiatae animadversioni obnoxios | futuros.

In consilio fuerunt: M. Iulius Romulus, leg(atus) pro p(raetore). T. Atilius Sabinus, q(uaestor) | pro pr(aetore). M. Stertinius Rufus f(ilius). Sex. Aelius Modestus. P. Lucretius Clemens. M. Domitius | Vitalis. M. Lusius Fidus. M. Stertinius Rufus. § Signatores: Cn. Pompei Ferocis. Aureli | Galli. M. Blossi Nepotis. C. Cordi Felicis. L. Vigelli Crispini. C. Valeri Fausti. M. Luta|ti Sabini. L. Coccei Genialis. L. Ploti Veri. D. Veturi Felicis. L. Valeri Pepli.

Tabula aerea in vico Esterzili in regione appellata Corti di Luccetta ad Saeprum fluvium in parte meridionali Sardiniae insulae rep. Hermes 2 p. 102 cf. 3, 167 ubi conferatur Mommseni commentarius. — [1]) *18 Martii a. 69.* [2]) *L. Helvius Agrippa successor ut videtur Simplicis in proconsulatu idemque fortasse de quo Dio 67, 3.* [3]) *Cos. a. u. 639 qui triumphavit ex Sardinia a. 643.* [4]) *Idem est sine dubio qui postea mens. Nov. et Dec. a. p. C. 69 consul erat cum L. Quinctio Attico Dio 65, 17.*

---

873 C. Helvidius Priscus arbiter | ex conpromisso inter Q. | Tillium Eryllum procurato|rem Tilli Sassi et M. Paquium Anlanium | actorem municipi Histoniensium | utrisque praesentibus iuratus sententiam | dixit in ea verba, q(uae) inf(ra) s(cripta) s(unt). | Cum libellus vetus ab actoribus Histoniensium | prolatus sit, quem desideraverat Tillius | Sassius exhiberi, et in eo scriptum fuerit | eorum locorum, de quibus agitur, fa|ctam determinationem per Q. Coelium Gal|lum M. Iunio Silano L. Norbano Balbo | cos.[1] VIII k(alendas) Maias inter P. Vaccium Vitulum | auctorem Histoniensium fundi Herriani|ci et Tituriam Flaccillam proauctorem[2] Til|li Sassi fundi Vellani a(ctum) e(sse) in re praesenti | de controversia finium ita, ut utrisque | dominis tum fundorum praesentibus | Gallus terminaret, ut primum palum | figeret a quercu (pedes circa undec|im abesset antem palus a fossa, neque | apparet, quot pedes scripti essent | propter vetustatem libelli interrupti | in ea parte, in qua numerus pedum | scriptus[3] videtur fuisse), inter fos|sam autem et palum iter commune[4] | esset, cuius proprietas soli Vacci Vituli esset; | ex eo palo e regione ad fraxinum notatam pal|um fixum esse a Gallo; et ab eo palo e regione ad | supercilium ultimi lacus Serrani in partem sinisterio|rem erectam palum ab eodem Gallo[5] | . . . .

In lapide rep. Histonii (prope Campomarino). Abhandl. d. sächs. Ges. d. Wissensch. III p. 484—85, lectio certa. — [1]) *A. 19.* [2]) *Cf. Marinium pap. diplom. n. 89.* Auctor *est qui alium possessione fundi antecessit proximus,* proauctores *sunt possessores vetustiores.* [3]) SCRITVS

in lap. [4]) COMMVNEM *in lap.* [5]) *Postremus versus in margine lapidis scriptus est ita ut reliquam sententiae partem in altero lapide fuisse necesse sit. Ceterum construe ita:* cum — prolatus sit et — scriptum fuerit, *unde pendent infinitivi* factam determinationem — actum esse — fixum esse.

---

874 C. Avidio Nigrino leg. Aug. pro pr.[1] | decreta ex tabellis recitata VI idus Octobr. Eleusine.

Cum optimus princeps sententia*m* | hieromnemonum, qua consecratas regiones Apolloni Pythio ex auctoritate Mani Acili[2] et *senatus* | determinaverunt, sequendam esse praescripsisset, quae etiam Delphis in latere aedis insculpt*a* | est, neque veniret in dubium inter Anticyrenses quoque et Delphos, quibus iudex datus *sum* | ab optimo principe, ea sententia stari oportere: necessaria fuit diligentior exploratio tam | vetusta*e* rei, tanto magis, quod et possessio quibusdam locis variaverat et vocabula regionum, | quae hieromnemonum determinatione continebantur, vix iam nota propter temporis spatium | utraque pars ad utilitatem suam transferebat. Cum itaque et in re praesenti saepius fuerim et | qu*ae* aut ex notitia hominum aut ex instrumentis, quae extabant, colligi poterant pluribus diebus *conges*|serim, quae maxime visa sunt eum hieromnemonum iudicio congruere, hac sententia comprehend*i qua* | etiamsi utrorumque spei aliquid apscisum est, poterit tamen videri utrisque consultum, quod *in* | posterum beneficio optimi principis certa possessio et sine lite continget. *Sequitur finium descriptio.*

Tab. marm. apud Delphos rep., in qua decreta duo leguntur scripta duabus paginis iuxta positis, quarum priorem occupat titulus Graecus, posteriorem Latinus. Ego latinum tantum proposui. Corp. III, 567 descr. Cyriacus aliique antiquiores, nuper lapide denuo reperto Wescherus (Or. 3671 Corp. inscr. graec. 1711). — Cf. luculentos titulorum et graeci et latini commentarios Boeckhii Mommsenique ll. ll. — [1]) *Legatum videri fuisse Imperatoris Traiani, missum non ad provinciam administrandam sed ad rationes putandas rerumque statum corrigendum probavit Mommsenus l. l. Avidius Nigrinus commemoratur a Plinio ep. ad Traian. 65 [71]. 66 [72].* [2]) *Consul est anni u. c. 563 qui regem Antiochum devicit.*

---

875 Q. Gellio Sentio Augurino procons(ule)[1] decreta | ex tabellis recitata kalendis Martis.

Cum optimus maximusque | princeps Traianus Hadrianus Aug.

scripserit mihi uti adhibitis menso|ribus de controversiis finium inter Lamienses et Hypataeos cognita causa | terminarem egoque in rem praesentem saepius et continuis diebus | fuerim cognoverimque praesentibus utriusque civitatis defensoribus | adhibito a me Iulio Victore evocato Augusti mensore: placet initium | fininm esse *sequitur finium rectio.*

Prope Lamiam Phthiotidis rep. Corp. III, 586 (Henz. p. 522 n. 7420 c α). De lectione non satis constat, cum editor Graecus suo arbitrio compendia tacite solvisse videatur. — [1]) *Scil. Macedoniae. Augurinus commemoratur a Plinio ep. 4, 27. 9, 8.*

---

876 Imp(eratore) Caes(are) P. Helvio | Pertinace princip(e) | senatus patre patriae, | Q. Sosio Falcone C. Iulio Eruci|o Claro co(n)s(ulibus)[1], III idus Febr(uarias) |

sententiam, quam tulit | L. Novius Rufus leg(atus) Aug(usti) pr(o) pr(aetore) v(ir) c(larissimus) inter compaganos ri|vi Larensis et Val(eriam) Faventinam, | descriptam et propositam pr. non. | Novembr. in v(erba) i(nfra) s(cripta). Rufus leg(atus) c(um) c(onsilio) c(ollocutus) | decretum ex tilia recitavit: | Congruens est intentio mea qua | . . . . . tus proximae argumentis | . . . . parte prolatis rei | . . . p . . . . . aput me actu*m* est d| . . . . inspectio itaq*ue* | . . . . *q*ui in priva . . . . . . | . . . . a mox . . . . . | . . . . . .

Tarracone, ubi tamen reperta non videtur. Corp. II, 4125 ad exempla antiqua (Orelli 897). — [1]) *A. 193.*

CAPVT V.

TITVLI DOMVS IMPERATORIAE.

877 DÍVO · IÚLIO · IVSSV | POPVLI · ROMANI | STATVTVM · EST · LEGE | RVFRENA[1]

Romae in basi marm. Corp. I, 626. VI, 872 Ritschl tab. LXXXV D ad lap. (Orell. 586). — [1]) Rufrenus ille, qui legem tulit, Mommseno videtur is de quo Cic. ad fam. X, 21, 4 cf. Drumann I, 354.

---

878 *IMP · CAESAR*[1] · COS · DESIG · TERT | *III · VIR · R · P* · C · ITER[2] | MVRVM · TVRRESQVE · FECIT ·

Tergeste. Corp. V, 525 descr. Mommsenus quae supersunt (Orell. 595). Quae litteris inclinatis dedi addita sunt ex exemplo novicio a. 1470 iussu imperatoris Friderici concepto. — [1]) Anno u. 711 Octavianus in fastis etiamtum C. Iulius Caesar appellatur, a. u. 717 iam Imperator Caesar, inter hos igitur annos nomina mutavit. [2]) 'Caesar consul iterum factus est a. 721, consul tertium a. 723; triumvir r(ei) p(ublicae) c(onstituendae) iter(um) fuit ab a. 717 ad a. 721; quibus consideratis apparet titulum non convenire nisi anno 721, quo praeterea constat Caesarem moratum esse in Illyrico et debellasse Dalmatas. Consulem iterum propterea opinor non adscripsit, quod eos fasces ipsis k. Ian. deposuit itaque quo tempore titulus positus est, iam non fuit in magistratu.' Mommsenus l. l. — Praetermittuntur sacerdotia Caesaris, nam pleraque eo tempore certo iam susceperat cf. Mommseni Mon. Anc. p. 18—19; id tamen plerumque fit et in Augusti et omnino in titulis Imperatorum; unus pontificatus maximus commemorari solet, quo a. 721 etiamtum fungebatur Lepidus.

---

879 SENATVS · POPVLVSQVE · ROMANVS | IMP · CAESARI · DIVI · IVLI · F · COS · QVINCT | COS · DESIGN · SEXT[1] · IMP · SEPT[2] | REPVBLICA · CONSERVATA

Romae ad tres columnas templi Castorum. Corp. VI, 873 descr. Smetius (Orell. 596). — [1]) A. 725, quo diebus 13. 14. 15 Augusti Caesar tres triumphos egit cf. Mommsenum M. Anc. p. 9. [2]) Ob victoriam Moesiacam Crassi cf. Mommsenum M. Anc. p. 77.

880 *a.* IMP · CAESARI | DIVI · F · AVGVSTO[1] | PONTIFIC · MAXIMO[2] | PATRI · PATRIAE[3] · AVG[4] · XV · VIR · S · F[5] · VII · VIR · EPVLON[6] | COS · XIII[7] · IMP · XVII[8] · TRIBVNIC · POTEST · XXX[9]

b. LIVIAE | DRVSI · F | VXORI · CAESARIS · AVG

c. TI · CAESARI | AVGVSTI · F | DIVI · NEPOT · PONT | AVGVRIQVE | COS · ITER · IMP · TER · TRIBVNICIAE · POT · VIIII[10]

d. GERMANICO | IVLIO · TI · F[11] | AVGVSTI · NEPOT | DIVI · PRON · CAESARI

e. *Druso iulio ti.* F | AVGVSTI · NEPOTI | DIVI · PRON · CAESARI | PONTIFICI

f. NERONI · IVLIO | GERMANICI · *f* | AVG · PRONEPOT | CAESARI[12]

g. *c.* CAESARI | AVGVSTI · F | DIVI · NEPOT | PONTIFIC[11a] · COS[12] | · IMPERATORI[13]

h. *l.* CAESARI | AVGVSTI · F | DIVI · NEPOT[14] | AVGVRI · COS · DESIGN[15] | PRINCIPI · IVVENTVTIS[16]

i. DRVSO · IVLIO | GERMANICI · F | AVG · PRONEPOT[18] | GERMANICO[17]

k. TI · CLAVDIO | DRVSI · GERMANICI · F | NERONI · GERMANICO[19]

'In porta Papia' i. e. in arcu oppidi Ticini (Pavia). Servavit unus Einsiedlensis, qui titulos descripsit optime, sed decem eos esse non perspiciens tres ex iis fecit. Restituit eos Mommsenus Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss. 1850 p. 315 sq. (Henzen p. 60 ad Orell. n. 641). Idem titulos ita ordinatos fuisse demonstravit, ut in medio arcu positae fuerint inscriptiones Augusti Liviaeque (a. b.), a sinistra intuentis Augusti titulo proxima Tiberii (c), deinde Germanici (d), tum Drusi Tiberii filii (e), denique Neronis Germanici filii (f), a dextra intuentis Liviae titulo proxima Gai Caesaris (g), deinde Lucii (h), tum Drusi Germanici filii (i), denique Claudii (k) eiusdem qui postea imperavit. Singulis titulis superpositae erant sine dubio statuae in medio arcu Augusti et coniugis eius, deinde in utramque partem reliquorum ita, ut quo artius domui imperatoriae coniuncti essent, eo propius Augusti Liviaeque ponerentur. — [1]) *Augusti nomen ei datum est 16 Ianuar. a. u. 727.* [2]) *Factus est a. 742 post Lepidi mortem.* [3]) *Ita appellatus est 5 Febr. a. u. 752.* [4]) *Augur fuit iam ante a. u. 717.* [5]) *Quindecimvir sacris faciundis factus est inter a. u. 717 et 720.* [6]) *Factus est certe ante a. u. 738. Cf. omnino de Augusti sacerdotiis Mommsenum Mon. Anc. p. 18—19.* [7]) *A. u. 752.* [8]) *Numerus corruptus est, nam a. p. C. 2 Augustus imperator XIV (Orell. 248), a. 9/10 imperator XVI (Orell. 602 I. Neap. 2446) appellatur, itaque a. 7 exeunte vel 8 initio imperator XVII esse non potuit;* IMP · XVI *scribendum videtur.* [9]) *Tribunicia potestas Augusto delata est die 27 Iunii a. u. 731*

indeque ab eo tempore quotannis Imperator eadem die eam renovavit, tricesimam igitur gessit Augustus inde ab 27 Iunii a. p. C. 7 usque ad 26 Iun. a. 8. Hoc igitur anno arcum dedicaverunt Ticinenses. [10]) *Adoptatus est Tiberius ab Augusto 27 Iun. a. 4. Numeri secundum Augusti titulum correcti sunt; nam tribunicia potestas XXX Augusti convenit Tiberianae nonae; cos. tertium Tiberius anno demum 18 fuit, iterum fuerat a. u. 747. Einsiedlensis tradit:* imp. ter. augurique tribuniciae pot. viii, *sed* augurique *necessario ad* pont(ifici) *trahendum, inter tertium igitur et quartum versum videtur scriptum fuisse, unde perperam quarto inseruit monachus.* [11]) *Adoptavit Germanicum Tiberius iussu Augusti a. p. C. 4. Ante Drusum Tiberii filium videtur poni, quia maior natu erat; nam Drusus 7 Oct. a. u. 739 natus erat, cum Germanicum iam a. 738 aut initio a. 739 natum esse verisimile sit. Honor Germanici nullus adfertur, nam eo tempore, quo tituli positi sunt, quaesturam tantum gesserat (Dio 55, 31), magistratum dignitate inferiorem, quam qui commemoraretur.* [11a]) *Praeter pontificatum auguratus commemoratur in titulo Hispaniensi Corp. II, 2422:* C · CAESARI · AVG · F | PONTIF · AVGVRI | CALLAECIA, *cuius de sinceritate nescio Huebnerus recte dubitet; certe in nummis reliquisque omnibus inscriptionibus, numero non paucis, nunquam eius mentio fit.* [12]) *A. p. C. 1.* [13]) *Imperator una cum Augusto Artagiris captis appellatus est a. 3 cf. Dio 55, 10a.* [14]) *Gaium et Lucium adoptavit Augustus a. u. 737.* [15]) *Gaius a. u. 748, Lucius a. u. 751 designati consules sunt, qui eum magistratum post quinquennium i. e. a. p. C. 1 et a. 4 gererent (Mon. Anc. p. 33), sed Lucius obiit antequam fasces sumere posset a. 2. Cum hic arcus aedificaretur (a. 7/8) et Gaius (a. 4) et Lucius iam mortui erant.* [16]) *Principes iuventutis Gaius a. u. 748, Lucius a. u. 751 appellati erant (Mon. Anc. p. 33), sed Gaius hoc nomen cum consulatu suscepto deposuisse videtur.* [17]) *Cum titulus inscriberetur paucorum dierum mensiumve infans videtur fuisse, quo tempore Caesaris nomen, quod postea (Orell. 667. 3876. 5386. Eckhel d. n. VI, 217) gerit, ei nondum inditum erat.* [18]) *Ad Augustum usque nulla erant vocabula abnepotis adnepotisque postea demum a iuris auctoribus excogitata; ideo in adnepotum duorum C. Caesaris titulis, quomodo ab eo descendant, non adicitur, et quodammodo in eius rei locum ipsum nomen Iulii in reliquis omissum additur. Cf. Mommsenus Corp. II ad n. 3417 infra n. 894.* [19]) *Ultimo loco Claudius reperitur tanquam appendix domus Augustae. De nominibus eius cf. Suet. Claud. 2 Dio 60, 2 infra n. 895. — Desiderantur Iulia et Agrippa Postumus, nam illam a. u. 752, hunc paullo antequam arcus Ticinensis dedicaretur a. p. C. 7 Augustus domo extruserat; mihi cum arcus aedificaretur consilium id videtur fuisse, ut Agrippae titulus iuxta Lucii Caesaris poneretur, extrema utrimque loca Ger-*

manici filii obtinerent; postea cum Agrippa abdicaretur ideoque iam honorari non posset, in eius locum Claudius successit, priorem tamen locum, Agrippae olim destinatum, Drusus obtinuit, quia domui Augustae artius iunctus erat Claudio; re vera enim ille ad eam omnino non pertinuit. [*At vide, ne Drusus Germanici f. post Agrippae abdicationem demum natus sit* TH · M ·]

880*l* M · AGRIPPAI | AVGVSTI | NEPOTI

Nolae. I. Neap. 1973 descr. Mommsenus. — Est Agrippa Postumus antequam ab Augusto a. p. C. 4 adoptaretur et Caesar fieret. Vetustissimi eius tituli sunt Hispaniensis, Uliae repertus Corp. II n. 1528 (descr. Huebnerus): PVP · AGRIPPAE · M · F, *et Pompeianus I. Neap. 2293 positus a. u. 747 quo quintum annum Agrippa agebat, ubi servus* Dama *nuncupatur* Pupi Agrippae. *Caesar vocatur Henz. 5378:* ATTICVS · AGRIPP | CAESARIS · DISP

880*m* OSSA | *t*[1] · CAESARIS · AVGVSTI · F | PRINCIPIS · IVVENTVTIS

Romae. Corp. VI, 884 (Orell. 636) servavit unus Signorilius. — [1]) C *traditur, sed* L *videri scribendum esse cum Gaius ante mortem titulum principis iuventutis deposuerit, recte monuit Mommsenus. Cf. n. 880 not. 16. — Reliquos mausolaei Augusti titulos habes infra n. 887. 889a. 892. 909. 911.*

---

881 M · AGRIPPA · L · F · COS · III[1] | TRIB · POT · III[2]

Emeritae (Merida) in ruinis theatri. Corp. II, 474. — [1]) *A. u. 727.* [2]) *A. u. 738/9 nam tribunicia potestas ei delata est 27 Iun. a. u. 736; eo igitur anno Agrippa theatrum perfecit.*

---

882 TI · CLAVDIVS · TI · F · NERO[1] · PONT · COS · ĪĪ[2] · TRIB · POTEST V[3] *imp* | NERO · CLAVDIVS · TI · F · DRVSVS · GERM[4] · AVGVR · *Cos*[5] · *iMp*[6] | MVRVM · PORTAS · TVRRIS · F · C[7]

Saepini. I. Neap. 4922 descr. Mommsenus (Henz. 5375). — [1]) *Ita imperator Tiberius ante adoptionem vocabatur.* [2]) *A. u. 747.* [3]) *Suscepit tribuniciam potestatem primum 27 Iunii a. u. 748, quintum eodem die a. 752, sed anno sequente ea non renovata hos titulos gessit usque ad 26 Iun. a. u. 757. Positus igitur est titulus a. u. 752/757.* [4]) *Drusus senior post mortem a. u. 745 Germanici nomen accepit (Eckhel VI p. 176).* [5]) *A. u. 745.* [6]) *Tac. Ann. I, 3 Eckhel l. l.* [7]) '*Cf. Scr. grom. p. 237 ed. Lachmannus:* Saepinum, oppidum, muro ductum. Colonia ab imp. Nerone Claudio est deducta.' *Mommsenus l. l.*

Cenotaphia, quae dicuntur, Pisana.

I.

883 *a. d.* XIII k(alendas) Octobr(es) Pisis in foro in Augusteo scrib(endo) adfuer(unt) | Q. Petillius Q. f., P. Rasinius L. f. Bassus, M. Puppius M. f., | Q. Sertorius Q. f. Pica, Cn. Octavius Cn. f. Rufus, A. Albius | A. f. Gutta. |

Quod C. Canius C. f. Saturninus II vir v(erba) f(ecit) de augendis honoribus | L. Caesaris, Augusti Caesaris patris patriae pontificis maxumi | tribuniciae potestatis XXV fili, auguris consulis designati princi*pis* | iuventutis patroni coloniae nostrae, q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt): |

Cum senatus populi Romani inter ceteros plurimos ac maxsimos | honores L. Caesaris (*sic*), Augusti Caesaris patris patriae pontificis maximi tribu|niciae potestatis XXV filio, auguri consuli designato per | consc(n)sum omnium studio . . . .
. . . .
. . . .
tetur data cura C. Canio Saturnino II vir(o) et decem primis elig*endi* | aspic(i)endique, uter eorum locus magis idoneus videatur cmend*us*[1] | publica pecúniá a privátis eius loci, quem magis probaverint, utique | apud eam aram quodannis a(nte) d(iem) XII k(alendas) Sept(embres) publice Mánibus eius per magis|tratús eosve, qui ibi iuri dicendo praerunt, togis pullis amictos | quibus eorum ius fasque erit eo die eius vestis habendae inferiae mit|tantur, bósque et ovis átri infulís caerulis infulati diis Manibus eius | mactentur eaeque hostiae eo loco adoleantur superque eas | singulae urnae lactis mellis olei fundantur ac tum demum factam | ceteris potestatem, si quí privatim velint Manibus eius inferias mittere | nive quis amplius uno cereo unave face coronave mittat, dum ii quí im|molaverint cincti Cabino ritu struem lignorum succendant adque | exinde habeant. |

Uti locus ante eam aram quo ea strues congerantur conponantur pate|*at q*uoque versus pedes XL stipitibusque rubustís saepiatur lignorumque | acervos eius rei gratia quodannis ibi constituatur cippoque grandi | secundum aram defixso hoc decretum cum superioribus decretis ad ei*us* | honores pertinentibus incidatur insculpaturve; nam quod ad cetera | solemnía, quae eodem illo

die vitare caverive placuissent placerent|que, id seqnendum quod de iis senatus p(opuli) R(omani) censnisset; utique *primo* | quoque tempore legati ex nostro ordine Imp. Caesare(m) Augustum | patrem patriae pontificem maximnm tribuniciae potestatis XXV | adeant petantqne ab eo, uti colonis Iuliensibus coloniae Opseqnentis | *Iu*liae Pisanae ex hoc decreto ea om(n)ia facere exseqn*i*que permittat.

II.

. . . . *scrib(endo) ad*|fuer(unt) Q. Sertorius Q. f. Atilius Tacitus, P. Rasinins L. f. Bassus, L. Lappius | P. *f. Th*allus[2], Q. Sertorius Q. f. Alpius Pica, C. Vettius L. f. Virgula, M. Herius | M. *f. Pr*iscus, A. Albius A. f. Gutta, Ti. Petronius Ti. f. Pollio, L. Fabius L. f. Bassus, | Se*x*. *Apo*nius Sex. f. Creticus, C. Canius C. f. Saturninus, L. Otacilius Q. f. Panthera. |

Quod *ad*snnt[3] cnm in colonia nostra propter contentiones candi dato|r*um* m*a*gistratus non essent et ea acta essent quae infra scripta sunt. |

Cum *a*(*nte*) *d*(*iem*) *II*II nonas Apriles allatus esset nuntius C. Caesarem, Augusti patris patri|ae *p*ontif(icis) maxsumi cnstodis imperi Romani totiusque orbis terrarum prae|*sidis f*ilium, Divi nepotem, post consulatum qucm nltra finis extremas popu|li *Rom*ani bellum gerens feliciter peregerat, bene gesta re publica, devicteis aut | in *fid*em receptis bellicosissimis ac maxsimis gentibus ipsum volneribns pro re | pu*bli*ca exceptis ex eo casu crudelibus fatis ereptum populo Romano, iam designa|tu*m iu*stissumum ac simillumum parentis sni virtutibus principem coloniaeque | nostrae unicum praesidium eaque res nondum quieto lúctu, quem ex deces|su *L. C*aesaris fratris eius consulis designati auguris patroni nostri princi|pis *iu*ventutis colonia nniversa susceperat, renovasset multiplicassetqne | m*aer*orem omnium singulorum nniversorumque, ob eas res universi decu|rio*nes* coloniqne, quando eo cásù in colonia neque II vir(i) neque praefecti | er*ant* neque quisquam iure dicundo praerat, inter sese consenserunt, pro | m*agn*itndine tantae ac tam inprovisae calamitatis oportere ex ea die, | qu*a ei*us deces(s)us nuntiatus esset usqn*e* ad eam diem, qua ossa relata atque | co*ndi*ta iustaque eius Mánibus perfecta essent, cunctos veste mutata templis|qu*e d*eorum immortalium balneisque publicis et tabernis omnibus clausis | co*nvic*tibus sese apstinere, matronas quae in coloniá

nostra snnt snblugere | d*iem*que eum, qno die C. Caesar obit, qui dies est a(nte) d(iem) VIIII k(alendas) Martias, pro Alliensi | lu*g*ubrem memoriae prodi notarique in praesentia omnium iussú ac | vo*lun*tate caverique, ne quod sacrificium pnblicum neve quae suppli|ca*tio*nes nive sponsalia nive convivia publica postea in eum diem | eo*ve* die, qui dies erit a. d. VIIII k. Mart., fiant concipiantur indican|tur*re* nive qui ludi scaenici circiensesve eo die fiant spectenturve | ut*ique* eo die quodannis publice Mánibus eius per magistrátus eosve | qn*i* *Pisis* iure dicundo praerunt eodem loco eodemque modo, quo | L. C*ae*sari parentari institutum est, parentetur; |

Utique *arc*us celeberrimo coloniae nostrae loco constituatur orna|tu*s* *sp*oleis devictarum aut in fidem receptarum ab eo gentium, super | en*m* *st*atua pedestris ipsius triumphali ornatu circaque eam duae | eq*uest*res inauratae Gai et Lnci Caesarum statuae ponantur;

Utique *cum* primum per legem coloniae duoviros creare et babere po|tu*eri*mus, ií duo viri, qui primi ereati erunt, hoc quod decurionibus | et *uni*versis colonis placuit ad decuriones referant, eorum pu|bl*ica* auctoritate adhibita legitume id caveatur anctoribusque | iis *in* tabulas publicas referatur; interea T. Statulenus Iuncus | fl*ame*n Augustalis pontif(ex) minor publicorum p(opuli) R(omani) sacrorum rogare|tu*r*, *uti* cum legatis excusata praesenti coloniae necessitate hoc | o*fficiu*m publicum et voluntatem universorum libello reddito | Im*p*. *Ca*esari Augusto patri patriae pontif(ici) maxsimo tribuniciae | po*test*. XXVI indicet; |

Idqu*e* *T*. *St*atulenus Iuncus princeps coloniae nostrae flamen August. | pon*tif*. minor publicorum p. R. sacrorum libello ita uti supra scriptum | es*t* *Imp*eratori Caesari Augusto pontif(ici) maximo tribun(icia) potest(ate) XXVI pat(ri) | pa*triae* reddito fecerit, placere conscriptis quae a. d. IIII nonas Apriles, | qu*ae* *Sex*. Aelio Cato C. Sentio Saturnino co(n)s(ulibus)[4] fuerunt, facta acta con|st*ituta* *s*unt per consensum omnium ordinum, ea omnia ita fieri agi ha|be*ri* *ops*ervarique ab L. Titio A. f. et T. Allio T. f. Rufo II viris et ab eis quicum|qu*e* *post*ea in colonia nostra II vir(i) praefecti sive qui ali magistratús | er*unt*, omnia in perpetnom ita fieri agi haberi opservarique, utiq(ue) L. Titius | A. *f*. *T*. *Al*lius T. f. Rufus II viri ea omnia, quae supra scripta sunt, ex decret(o) | n*ostro* coram proquaestoribus primo

qnoque tempore per scribam pn|bl*icum in* tabulas pnblicas referenda curent.
Censnere.

Pisis. Gori Etr. II p. 10 (Orell. 642—643) qui descr. Norisiana supplementa retinuimus. — [1]) *Immo* emend[ique] TH · M. [2]) *Immo* [G]allus. IDEM. [3]) *Immo* quod [v(erba) f(acta)] sunt. IDEM. [4]) *A. p. C. 4.*

---

884 Ti. Caesare tert(ium) Germanico Caesare iter(um) cos.[1] | Cn. Acccio Cn. F. Arn(iensi) Rufo Lutatio T. Petillio P. F. Qui(rina) II vir(is) | decreta: |
Aediculam et statuas has, hostiam dedicationi. Victimae natali Aug. VIII k. Octobr. dnae, quae p(er)p(etuo) | inmolari adsnetae sunt ad aram, quae numini Augusto dedic(ata) est, VIIII et VIII k. Octobr.[3] | inmolentur; item natali Ti. Caesaris perpetue acturi[2] decuriones | et populus cenarent, qnam inpensam Q. Cascellio Labeone | in perpetno pollicenti, ut gratiae agerentnr munificentiae eius eoque | natali ut quotannis vitulus inmolaretur. |
Et nt natalibus Augusti et Ti. Caesarnm, prins qnam ad vescendum | decuriones irent, thure et vino genii eorum ad epulandum ara | numinis Augusti invitarentur. |
Ara(m) numini Augusto pecnnia nostra faciendam curavimus; ludos| ex idibns Augustis diebus sex in *perpetuum*[4] faciendos curavimus. | Natali Augustae mulsum et crustlum mulieribus vicanis ad | Bonam deam pecunia nostra dedimus. |
Item dedicatione statuarum Caesarum et Augnstae mulsum et crustla | pecunia nostra decurionib. et populo dedimus, perpetnoque eius die | dedicationis daturos nos testati sumus, quem diem quo frequentior quod|annis sit, servabimus VI idus Martias qua, die |
Ti. Caesar pontif. maximus felicissime est creatus

Florentiae, sed ubi reperta sit non constat. Gori Inscr. Etr. I p. 316 qui descr. (Orelli 686). — [1]) *A. p. C. 18.* [2]) *Fortasse esse debuit* perpe(tuo) t(ure) v(ino) facturi TH · M. [3]) *Suet. Aug. 57:* eqnites Romanin atalem (Augusti) biduo semper celebrarunt. *Item fratres Arvales cf. Marini Atti tab. XI et p. 81 sq.* [4]) *Malim* in dedicationem eius TH · M.

---

885 GERMANICO · CAESARI · TI · AVG · F | DIVI · AVGVST · NEP · DIVI · IVLI . PRONEP | AVGVRI · FLAM · AVGVST · COS · II · IMP · II[1]
TI · CAE*sari* DI*v* A*ug*. F *augusto*[2] | AVGVRI · PONT · MAX[3] · COS · IIII · IMP · VIII · TRIB · POT · XXII[4] |

DRVSO · CAESARI · TIB · AVG · F | DIVI · AVG · NEP · DIVI · IVLI | PRONEP · PONTIFICI · AVGVRI[5] |
C · IVLIVS · C · IVLI · OTVANEVNI · F · RVFVS · C · IVLI · GEDEMONIS · NEPOS · EPOSTEROVIDI[6] · PRON | SACERDOS · ROMAE · ET · AVGVSTI · AD ARAM · QVAE · EST · AD CONFLVENTEM[7] · PRAEFECTVS · FABRVM · D

Mediolani Santonum (Saintes) in arcu triumphali. Orell. 660 et 661. Ita legendum videtur ad exempla duo ab Orellio proposita. — [1]) *His titulis Germanicus inde ab k. Ian. a. p. C. 18 usque ad diem mortis IX Oct. a. 19 usus est. Pontifex vocatur I. Neap. 2607, interpolatione procul dubio. Haec inscriptio post mortem eius incisa.* [2]) *Traditur in altero exemplo pleniore:* TIB · AVGVST · F · CAES | AVGVRI *cet., in altero* . . . . . . CAE . . . DI · A . . F . . . . . | PONTIF *cet. Praenomine Imperatoris Tiberius abstinuit Suet. Tib. 26 Dio 57, 2.* [3]) *VI id. Martias a. 15 factus est cf. n. 884.* [4]) *Consul quartum processit Tiberius k. Ianuar. a. 21, trib. pot. XXII suscepit 27 Iun. a. 20; titulus igitur positus est inter 1 Ian. et 26 Iun. a. 21. Patris patriae nomen Tiberius saepius ingestum a populo repudiavit. Tac. Ann. 1, 72 Suet. Tib. 26 Dio 57, 8. 58, 12.* [5]) *Summa tantum sacerdotia commemorantur, nam anno 15 iam sodalis Augustalis factus est Tac. Ann. I, 54, fuitque praeterea XV vir sacris faciundis Orell. 652. Item consulatus, quem bis gesserat, omittitur.* [6]) *In alio latere, ubi eadem inscriptio repetatur, legi* EPOTSOROVIDI *adnotat Orellius.* — [7]) *Scilicet Araris et Rhodani cf. infra n. 2220 sq.*

---

886 TI · CAESARE · AVG F[1] | AVGVSTO · IMPERATOR[2] | PONT MAX · TR · POT · XXXV[3] | LEG · IIII · SCYT · LEG · V MACED[4]

Tres tituli in viva rupe incisi non longe a Boljetin (in Moesia superiore). Corp. III, 1698 descr. Mommsenus ectypa. — [1]) *Insolitum* Aug(usti) f(ilius) *pro* divi Augusti filius *interdum invenitur cf. Corp. II, 1660.* [2]) *Tiberius quo tempore titulus positus est iam octies imperator salutatus erat (Eckhel VI p. 197), saepius tamen imperatorius titulus tantum, missis iterationum numeris, ponitur cf. indicem. Consulatus non commemoratur ut saepius cf. ind.* [3]) *A. 33/34.* [4]) *Cf. titulos similes n. 801. 802.*

---

887 OSSA | TI · CAESARIS · DIVI · AVG · F | AVGVSTI | PONTIFICIS · MAXIMI | TRIB · POT · XXXIIX · IMP · VIII · COS · V[1]

Romae. Corp. VI, 885 (Orell. 691) descr. Signorilius Iucundus aliique. — [1]) *Mortuus est XVII kal. April a. 37. Tac. Ann. VI, 50.*

Suet. Tib. 75. Cal. 15. — Reliquos mausolaei Augusti titulos habes n. 880 b. 889 a. 892. 909. 911.

---

888 PLEPS · VRBANA · QVINQVE · ET | TRIGINTA · TRIBVVM | DRVSO · CAESARI · TI · AVG · F | DIVI · AVGVSTI · N | DIVI · IVLII · PRONEPOTI | PONTIFICI · AVGVRI · SODAL · AVGVSTAL[1] | COS · ITERVM · TRIBVNIC · POTEST · ITER[2] | AERE · CONLATO

Romae. Corp. VI, 910 descr. Rossius et Bormannus. — [1]) Omnia eius sacerdotia referri videntur, vix enim recte Henzenus et Labusius in titulo mutilo Orell. 652 quindecimviratum sacris faciundis suppleverunt, cum aliud huius sacerdotii in titulis eius exemplum inveniatur nullum; fortasse ibi legendum XV · VICI · CIVIT · *Camunn(orum). [2]) Consul iterum fuit a. 21; tr. pot. iterum suscepit a. 23, sine dubio eodem quo pater die 27 Iunii; iam cum eodem anno idibus opinor Iuliis (cf. fragmentum senatus consulti (Henz. 5381), quo Druso post mortem honores decreti sunt, idibusque Iuliis inferiae ei mitti videntur) mortuus sit Drusus, titulum hunc post mortem positum esse, veri simillimum est. In senatus consulto autem modo laudato commemorabantur honores nescimus qui a plebe urbana Druso adtributi, ad quos hunc titulum, statuae sine dubio olim subscriptum, pertinere accipiendum. Confirmatur id Taciti verbis Ann. IV, 9:* memoriae Drusi eadem quae in Germanicum decernuntur; *titulus enim huic gemellus Germanici quoque Romae repertus est quem vide supra n. 679.*

---

889 TI · CAESARI | DRVSI · F | TI · AVGVSTI · N | DIVI · AVGVSTI · PRON[1] | P · VARIVS · P · F · AEM | LIGVS · FILIVS[2]

Albae Pompeiae rep. Henzen 5384. — [1]) Natus est a. 19 ex Livia, Drusi uxore, una cum fratre gemello cuius mox mortui nomen ignoramus. Cf. de eo Eckhelium VI p. 207. Mortuus est a. 37. [2]) Ita Varius Ligus a patre cognomine distinguitur.

889a TI · CAESAR | DRVSI · CAESARIS · F | HIC · SITVS · EST

Romae. Corp. VI, 892 (Orelli 654) descr. Henzenus. — Reliquos mausolaei Augusti titulos habes n. 880 m. 887. 892. 909. 911.

---

890 NERONI · CAESARI | GERMANICI · CAESARIS · F | TI · CAESARIS · AVGVSTI · N | DIVI · AVGVSI · PRO · N | FLÁMINI · AVGVSTÁLI | SODÁLI · AVGVSTÁLI | SODÁLI · TITIO · FRÁTRI · ÁRVÁLI | FÉTIÁLI · QVAESTORI | EX · S · C[1]

Romae. Corp. VI, 913 descr. Henzenus (Or. 2366). — [1]) Natus est

circa a. p. C. 7, in Pontiam insulam Seiano auctore eiectus a. 30 et sequente anno ibi fame necatus. Cum quinquennio maturius quam per leges liceret quaestura fungi ei permissum sit (Tac. Ann. III, 29), quaestor fuit anno circiter 27. Incisus igitur videtur esse titulus a. 27 vel 28, vix a. 29, nam eo tempore iam apud senatum Nero accusabatur (Tac. Ann. V, 3). Tacitus Ann. III, 29 eum a. 20 iam pontificem creatum esse narrat, errore, ut videtur; nunquam enim in titulis eius pontificatus mentio fit.

---

891 DRVSO · CAES*ari germa*|NICI · CAESARIS · *f. ti. caes.* | AVG · N · DIVI · AVG · *pronep.* [1] | PRAEFECT · VRBI [2] · *sodali* | *au*GVSTALI

Burdegalae. Grut. p. 237, 2 (Orell. 667). — [1]) *Alter filiorum Germanici cf. supra n. 880i, natus circa a. 8, fame necatus a. 33.* [2]) *A. 25 Tac. Ann. IV, 36.*

---

892 *a* C · CAESAR | GERMANICI · CAESARIS · F | HIC · CREMATVS · EST

b TI · CAESAR | GERMANICI · CAESARIS · F | HIC · CREMATVS · EST

c . . *caes*AR | *ge*RMANICI · CAESARIS · F | HIC · CREMATVS · EST [1]

d OSSA | NERONIS · CAESARIS | GERMANICI · CAESARIS · F | DIVI · AVG · PRON · FLAMIN | AVGVSTALIS · QVAESTORIS [2]

Romae in mausolaeo Augusti, a b c in cippis quadratis, d in urna. Corp. VI, 889. 888. 890. 887 (Orelli 668. 669. 670. 665); a b c descr. Henzenus, d Signorilius, Smetius, alii. — [1]) *Cf. Suet. Calig. 7:* (Germanicus) ex (Agrippina) novem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, unus iam puerascens insigni festivitate *cet. Ad filium illum puerascentem mortuum, Gaium vocatum defunctumque iam a. 12 (Suet. Calig. 8) pertinet titulus: a; ad infantes duos: b et c.* [2]) *Fame necatus in insula Pontia anno demum 37 a Caligula fratre in mausolaeo conditus est Suet. Tib. 54 Cal. 15. Avum Tiberium Augustum contra morem taceri monuit Mommsenus, quod is Neronem necarat. — Reliquos mausolaei Augusti titulos habes n. 880b. 887. 889a. 909. 911.*

---

893 C · CAESARI | GERMANICI · F | TI · AVG · N | DIVI · AVG · PRON | GERMANICO | PONTIFICI [1] · Q [2]

Viennae. Herzog Gallia Narb. p. 105 n. 497 (Henzen 5396). — [1]) *Caligula pontificatu ornatus est a. 31 Dio 58, 7.* [2]) *Q(uaestori). Gessit quaesturam a. 33 Dio 58, 23. Positus igitur est titulus a. 33/37.*

---

894 C · CAESAR · GERMA|NICVS · GERMANICI | CAESARIS · F · TI · AVG · N | DIVI · AVG · PRO · N · DIVI | IVLI · AB · N · AVG · PAT · PAR [2] | COS ·

II[3] · IMP · TRIB · POTE|STATE · II[4] · PONTIF · MAX | A · BAETE · ET · IANO · AVGVSTO | AD OCEANVM[5] | . . . . . .

Miliarius Cordubae rep. Corp. II, 4716 descr. Huebnerus (Henzen 5201). — [1]) *Caligula quoque Imperatoris praenomine abstinuit.* [2]) *'PAT · PAR vocabula posterius addita sunt evidenter litteris aliquanto maioribus, sed tempore antiquo'. Huebnerus. Dio 59, 3 Caligulam omnes priorum imperatorum honores statim arripuisse narrat praeter patris patriae nomen, sed id quoque non ita multo post adsumpsisse (οὐκ ἐς μακρὰν προσεκτήσατο).* Pater patriae *vocari videtur inde a primis mensibus a. 38 cf. Eckhel VI p. 222.* [3]) *A. 39.* [4]) *Exstincto die 16 Martii Tiberio Caligula die 18 eiusdem mensis tribuniciam potestatem suscepit; iterum gessit eam ab 18 Martii 38 usque ad 17 Martii 39. Positus igitur est miliarius initio a. 39.* [5]) *Cf. supra n. 800. Interdum Caligulae nomen erasum reperitur cf. infra n. 910 et I. Neap. 2274.*

---

895 *ti.* *cl*LAVDIO · DRVSI | *ger*MANICI · FIL · NERONI | GERMANICO | *au*GVR[1] · SODALI · AVGVSTAL[2] | SODAL · TITIO · COS[3] | *c.* *n*ORBANVS · C · F · AN | *qu*ADRATVS · PRIM · PIL | *tri*B · MILIT · PRAEF · CASTR | AVGVR · II · VIR | *te*STAMENTO · PONI | IVSSIT

Alexandriae Troadis (Kemally). Corp. III, 381. — [1]) *Augur nondum fuit a. 8 cf. supra n. 880, sed vivo etiamtum Augusto hoc sacerdotio ornatus est cf. Suet. Claud. 4.* [2]) *A. 15. Tac. Ann. I, 54.* [3]) *Suffectus k. Iuliis a. 37 cum Caligula. Positus igitur est titulus a. 37/41.*

---

896 TI · CLAVDIO[1] | DRVSI · F · CAESAR | AVGVSTO · GERM | PONTIF · MAX · TRIB · POT · V[2] | IMP · VIII[3] · COS · III · DESIG | IIII[4] P · P[5]

Polae in museo. Corp. V, 25 descr. Mommsenus. — [1]) *Claudius praenomine Imperatoris abstinuit. Suet Claud. 12.* [2]) *Caeso die 24 Ianuarii a. 41 Caligula Claudius tribuniciam potestatem una cum imperio eodem sine dubio mense suscepit, pertinet igitur trib. pot V fere a 25 Ian. a. 45 usque ad 24 Ian. a. 46.* [3]) *Imp. VIII iam a. 44/45 acclamatus est Grut. p. 176, 4 Corp. II, 4929 cet. Cum eadem tribunicia potestate quinta imperator IX, X, XI appellatus sit Eckhel VI p. 248 sq. Corp. II, 1569 Or. 703 cet., inscriptio Polensis veri aestative a. 45 adtribuenda videtur esse.* [4]) *Anno 45 iam Claudium consulem quartum se designasse, licet fasces eos sumpserit a. demum 47, demonstravit Eckhel VI p. 249 cf. Ioseph. Ant. Iud. XX, 1. Nunc Claudium etiam ante finem Ianuarii a. 45, scilicet tribunicia potestate IIII, consulem designatum IIII se appellasse edocti sumus titulo Veronensi Bull. Inst. arch. 1852 p. 156.* [5]) *Patris patriae titulum Claudius non statim cum imperio accepit sed*

postea demum (Dio LX, 3), scilicet inter 5/13 Ianuarii a. 42. Fuit enim certe iam p. p. a. 42 cf. Eckhel VI p. 239, die autem inter nonas et idus Ianuarias hoc nomine imperatorem honoratum esse scimus ex tab. Arvalium apud Marinium IX.

---

897 TI · CLAVDIO · CAESARI · AVG · GER|MANICO · PONT · MAX · TR · POT · VIII [1] | IMP · XVI · COS · IIII · P · P · CENSORI [2] | TERPVLIA · SAVNI · F · EX · TESTAMENTO | ALBANI · SVNNAE · F · VIRI · SVI

Las Cábezas de San Iuan. Corp. II, 1302 descr. Huebnerus. — [1]) A. 48/49. [2]) Claudii censura a. 47. 48 (cf. Eckhel VI p. 314), quam gessit cum Vitellio patre imperatoris (Suet. Vit. 2 Tac. Hist. III, 66), in titulis eius inprimis iuncta invenitur tribuniciae potestati VII, VIII, IX. Postea perraro commemoratur: Orell. 2652 (a. 52). Corp. II, 1953 (a. 53/54). Praeter Claudium censuram susceperunt Vespasianus, Titus, Domitianus (censor perpetuus), quos vide infra.

---

898 PRO · SALVTE | TI · CLAVDI · CAESARIS · AVG · GERMANICI · PONT · MAX · TRIB · POT · VII · COS · IIII | IMP · XV · P · P · CENSORIS [1] · *et valeriae messalinae aug.* LIBERORVMQVE *eorum* | EX VOTO · SVSCEPTO · C · IVLIVS · SEX · F · COR · POSTVMVS [2] · PRAEF · AEGIPTI | TI · CLAVDI · CAESARIS · AVG · GERMANICI · EX AVRI · P · XVI

Romae. Corp. VI, 918 (Orell. 705) descr. Bormannus. — [1]) A. 47. [2]) Commemoratur C. I. Gr. 4957, 27.

---

899 *a* TI · CLAV*dio drusi f. cai*SARI | AVGV*sto germani*CO | PONTIFIC*i maximo trib. potes*TAT · XI [1] | COS · V · IM*p. xxi(!) patri pa*TRIAI | SENATVS · PO*pulusque* RO*manus* q*VOD* | REGES · BRIT*anniai XI Devictos* [2] *sine* | VLLA · IACTVR*a in deditionem acceperit* | GENTESQVE · *Barbaras trans oceanum* | PRIMVS · IN DICI*onem populi romani redegerit*

899 *b* *gERMANICO* | *CAISARI* | *tI · AVGVSTI · F* | *dIⅎI · AVGVSTI · N* | *dIⅎI · IVLII · PRO · N* [3] | *aVGVRI · FLAM · AVG* | *COS · II IMP · II*

899 *c* ANTONIAI | AVGVSTAI | DRVSI [4] | SACERDOTI · DIⅎI | AVGVSTI | MATRI · TI · CLAVDI | CAISARIS · AVG · P · P

899 *d* IVLIAI · AVG · | AGRIPPINAI [4] | GERMANICI | CAISARIS F | TI CLAVDI CAISAR | AVGVSTI | PATRIS PATRIAI

899 *e* NERON*i* | CLAVDIO AVG · F CAISA*ri* | DRVSO GERMANIC*o* | PONTIF · AVGVRI · XV ⅎIR S *f* | VII ⅎIR · EPVLON | COS *des* | PRINCIPI · IVⅎENTVTI*s* [6]

899 *f* . . . . *C* | . . . . . *V* [7] | *oCTAⅎIAI* | *ti CLAVDII* | *CAISARIS* | *AVGVSTI · P · P* | *FILIAI*

Titulos eodem loco Romae 'nella piazza di Sciarra' repertos diversis temporibus omnes pertinere ad arcum Claudio imperatori dedicatum, ornatum olim statuis eorum, qui domus eius fuissent, vidit Bormannus. Corp. VI, 920. 921. Quae supersunt descr. Henzenus et Bormannus, quae inclinatis dedi in titulo a servavit Nic. Florentius, Claudii titulo inseruerunt Bormannus et Mommsenus; titulum b servarunt Manutius, Cittadinius, alii, hodie primi tantum sextique versus littera postrema superest in extremo marmore eo, in quo leguntur tituli c d e; f servarunt Manutius et Cittadinius. (Orell. 715. 659). — [1]) *A. 51/52.* [2]) *Ita restituit Mommsenus coniectura probabili.* [3]) *Omissam esse in hoc titulo quam expectes clausulam: patri Ti. Claudi Caisaris Aug. p. p., ne numerum versuum septenorum hic titulus egrederetur, recte monuit Mommsenus.* [4]) *Drusi senioris coniugi. Augusta sacerdosque divi Augusti facta est a Caligula nepote a. 37 cf. Eckhel VI p. 179.* [5]) *Augustae cognomento aucta est a. 50 Tac. Ann. XII, 26.* [6]) *Hi honores omnes delati sunt Neroni a. 51 cf. Eckhel 14 p. 261. Imperium proconsulare quod simul accepit (Tac. Ann. 12, 41) non commemoratur secundum constantem saeculi primi usum.* [7]) *Restitutio incerta, Mommsenus proposuit aut scribendum esse:* claudii auG | nurV, *aut, si per adoptionem nomen mutavit (Dio 60, 33), v. 1 substituendum nomen adoptivum.*

---

900 I · O · M [1] · ET | DIVO · CLAVDIO · CAESARI | AVG · GERMAN · TRIB · POT · XIIII [2] | P · ANTEIVS · P · ANTEI · SYRI · L | HERMA · IIIIII · VIR · ET · AVG | PORTICVM · V · S · L · M · LOC · ACCEP · D · D [3]

Salonis. Corp. III, 1947 descr. Mommsenus (Henzen 5403). — [1]) *I(ovi) O(ptimo) M(aximo).* [2]) *Plane soloecum est quod tribunicia potestas divo Imperatori attribuitur, divi enim humanis honoribus omnino carent; cf. tamen Corp. II, 1049:* divus Caesar Augustus Vespasianus censor *et ibid.* 1050. *Saepius fit ut Caesar, Augustus, Germanicus, Dacicus Parthicus nominaque similia vivorum divis quoque addantur (cf. Eckhel VI p. 245), praesertim in titulis extra urbem conceptis aetatisque posterioris. Porticus vota videtur esse Iovi et Imperatori etiamtum vivo, dedicata paullo post mortem eius III id. Octobres, ipso anno 54 ut infra n. 936. De Claudii consecratione cf. Eckhelium VI p. 244.* [3]) *V(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito). Loc(o) accept(o) d(ecurionum) d(ecreto). Hasta supra* P *verbi* ACCEP *litteram* T *indicare videtur.*

---

901 TI · CLAVDIO | TI · CLAVDI · CAESARIS | AVGVSTI · GERMANICI | P · P · F · NERONI | CAESARI [1] | D · D

Fortasse Herculanei rep. I. Neap. 2399 descr. Mommsenus in mus. Neapol. (Henz. 5405). — [1]) *L. Domitius Nero, Cn. Domitii Ahenobarbi et Agrippinae filius, teste Zonara, postquam ab Imperatore Claudio V k. Martias a. 50 adoptatus est, vocabatur* Ti. Claudius Nero Drusus Caesar. *In titulis nummisque inter a. 51 et 54 semper appellatur* Nero Claudius Drusus Germanicus Caesar, *omisso interdum nomine Germanici. Inscriptio supra proposita unicum est quod sciam documentum, cuius nomenclatura propius ad eam, quam Zonaras memoriae prodidit, accedat. Mihi Nero post adoptionem pleno nomine appellatus videtur fuisse:* Ti. Claudius Nero Drusus Germanicus Caesar, *adiectis ad nomina* Ti. Claudii Caesaris *a patre adoptivo acceptis,* Neronis Drusi Germanici, *proavi materni, nominibus, usu eo tempore iam obtinente: mox tamen Tiberii praenomen abiecisse Neronisque praetulisse videtur, id quod certo iam factum est a. 51; titulus Herculanensis fortasse a. 50 statim post adoptionem positus est, quae opinio eo confirmatur, quod honores in eo nulli commemorantur.*

---

902 NERO · CLAVDIVS · DIVI · CLAVDI · F | GERMANICI · CAESARIS · N · DIVI | AVG · AB · N · TI · CAESARIS · PRO · N[1] | TR · POT[2] · IMP[3] · COS[4] | . . . .[5]

Miliarius prope Cordubam rep. Corp. II, 4719 descr. Huebnerus. — [1]) *Errore quadratarii hoc ordine; scribendum erat:* Ti. Caesaris pron(epos), divi Augusti abn(epos). *Item errore omissa sunt Neronis nomina* Caesar Augustus, *quibus nunquam caret. Praenomine* Imperatoris *abstinet Nero quoque plerumque, tamen et inscriptionum nonnulla (I. Neap. 5709 Orell. 732 Corp. II, 4927) et nummorum satis multa exempla (Eckhel VI p. 261—281) inveniuntur, quibus eo utitur.* [2]) *De tribunicia potestate Neronis cf. Mommsenum in Hermae vol. II (1867) p. 56 sq. Imperium iniit die 13 Oct. a. 54 ideoque tum tribuniciam quoque potestatem adsecutus est; ab hoc die vetustiora Neronis monumenta numerant usque ad a. 59; tribunicia igitur potestas prima, qua hic miliarius positus est, pertinet ab 13 Oct. a. 54 ad 12 Oct. a. 55. Inter diem autem 3 Ianuarii a. 59 et k. Ian. a. 60 mutata est ratio, indeque ab eo anno numerantur anni ab die 4 Decembr. a. 53, cuius rei causa ignoratur. Itaque Nero cum die 13 Oct. a. 59 tribuniciam potestatem sextam eodemque die anni sequentis septimam suscipere deberet, die iam 4 Dec. a. 59 tribuniciam potestatem septimam iniit.* [3]) *Imperator dicitur quamquam eo tempore adhuc nulla victoria reportata erat, ex qua hoc titulo salutari potuisset. Sed Mazzo-*

lenus iam Eckheliusque (VIII p. 351 sq.) observarunt, solere Imperatores post primam victoriam salutari imperatores iterum, ideo recte etiam antea dici imperatores, scilicet primum, possunt. [4]) *A. 55. Positus igitur est titulus inter dies 1 Ianuarii et 12 Octobris a. 55. — Patris patriae titulus desideratur, quia Nero eum anno demum 55 exeunte vel a. 56 adscivit. Suet. Nero 8. Eckhel VI p. 263.* [5]) *Milium numerus periit.*

---

903 NERONI · CLAVDIO | DIVI · CLAVDI · F | GERMANICI · CAESARis n | TI · CAESARIS · AVG · pROn. | DIVI · AVG · Abn | CAES · AVg. Germanico | PONT · MAX | TRIB · POT · III | IMP · III[1] · COS · II[2] | COS · DESIG · III | CCXXII

Miliarius rep. Ierez in Hisp. Baetica. Corp. II, 4734. — [1]) *Cf. Corp. II, 183. 184. 1281. Non recte igitur apud Orell. 728 (Herzog Gall. Narb. 621). 3811 imperator iterum cum tribunicia potestate quarta coniungitur.* [2]) *A. 57. Positus igitur est titulus inter 1 Ian. et 12 Oct. a. 57.*

---

904 NERO · CLAVDIVS DIVI CLAVDI · F · GERMANICI · CAESAR | N TI CAESARIS · AVG · PRON · DIVI · AVG · ABN · CAES | AVG · GERMAN · PONT · MAX · TRIB · POT · VII · IMP · VII | COS · IIII[1] · PEDITIB · ET · EQVITIB · QVI · MILIT · IN | COH · VII QVAE · APPELLANTVR · I · ASTVR · ET · CAL|LAECOR · ET · I · HISPAN · ET · I · ALPINOR · ET · I · LVSI|TANOR · ET · II · ALPINOR · ET · II · HISP · ET · V · LVCIENS | ET · CALLAECOR · ET · SVNT · IN · ILLYRICO · SVB · L · SAL|VIDIENO · SALVIANO · RVFO · QVI · QVINA · ET · VICENA | STIPEND · AVT · PLVRA · MERVER · QVOR · NOMIN | SVBSCRIPT · SVNT · IPSIS · LIBERIS · POSTERISQ | EORVM · CIVITATEM · DEDIT · ET · CONVBIVM · CVM · VXORIB · QVAS · TVNC · HABVISSENT · CVM · EST | CIVITAS · IIS · DATA · AVT · SI · QVI · CAELIB · ESSENT | CVM · IIS · QVAS · POSTEA · DVXISSENT · DVM · TAX | SINGVLI · SINGVLAS · A · D · VI · NON · IVL · CN · PE|DANIO · SALINATORE · L · VELLEIO · PATERCVLO | COS[2] · COH · II · HISPAN · CVI · PRAEST · C · CAESIVS | APER[3] · EQVITI · IANTVMARO · ANDEDVNIS · F | VARCIANO · DESCR · ET · RECOGN · EX · TABVLA | AENEA · QVAE · FIXA · EST · IN · CAPITOL · AD · LA|TVS · SINISTR · AEDIS · THENSAR · EXTRISECVS ·

Vindobonae. Corp. III p. 845 descr. Conzius (Henzen 5407). — [1]) *A. 60. Neronem eo anno imperatorem VII appellatum fuisse hoc monumento docemur; Eckhel VI p. 264. Henzenus l. l.* [2]) *Anno 60 Nero ipse per sex menses cum Cornelio Lentulo fasces gessit; kalendis autem Iuliis suffecti*

Velleius Paterculus et Pedanius Salinator, in cuius locum kal. Oct. Pompeius Vopiscus suecessit cf. Borghesi Bull. Inst. arch. 1846 p. 174. Henzenus l. l. [3]) *Cf. titulus eius infra n. 1140.*

---

905 Q · VOLVSIO · SATVRN · | P · CORNELIO · SCIP · COS[1] | AVGVSTALES | QVI *//////* CLAVDIO | CAESARI · AVGVST · ET | *//////////* AVGVSTAE[2] | I · O · M · ET · GENIO · COLONIAE | LVDOS · FECER · XIII · XII · K · MART | C · TANTILIVS · C · C · L · HYLA | CN · POLLIVS · CN · L · VICTOR | C · IVLIVS · C · L · GLAPHYR · | CVRATORIBVS[3] | . . . .

Puteolis tribuit Mommsenus I. Neap. 2463 (Henz. 5406). — [1]) *A. 56.* [2]) *Neronis et Agrippinae nomina erasa.* [3]) *Scilicet Augustalium cf. I. Neap. 2468.*

---

906 IVLIAE · AVG · DRVSI · *fil*[1] · DIVI *aug* · MATRI · TI · CAESARIS · AVG · PRINCIPIS · ET · CONSERVATORIS[2] · ET · DRVSI · GERMANICI · GEN*etrici* · ORBIS[3] · M · CORNELIVS · PROCVLVS[4] · PONTVFEX · CAESARVM

Anticariae (Antequera). Corp. II, 2038 ad exempla duo antiqua. Vv. divisio incerta. (Orell. 617). — [1]) *Cf. titulum Liviae vivo Augusto positum n. 880b. Adoptata est Augusti testamento atque in nomen Iulium et Augustae adsumpta; nunquam tamen divi Augusti filia in monumentis vocatur, eandem enim et uxorem et filiam eiusdem appellare abhorrebant.* [2]) *Satis raro eiusmodi tituli hac aetate reperiuntur.* [3]) *De hoc Liviae titulo cf. Eckhelium VI p. 154.* [4]) *Ab eodem Anticariae aliae duae bases positae sunt Germanico et Druso Ti. filio, quorum uterque iis titulis ornatur, quos gesserunt cum morerentur (a. 19 et 23). Iam cum omnes hi tituli eodem sine dubio tempore positi sint, omnes cadunt inter a. 23 et a. 29, quo Livia mortua est; nam post eius obitum vix incisi sunt.*

---

907 CERERI · IVLIAE · AVGVSTAE[1] | DIVI · AVGVSTI · MATRI | TI · CAESARIS · AVGVSTI | LVTATIA · C · F · SACERDOS · AVGVSTA*e*[2] *cet.*

In insula Gaulo. Torremuzza Insc. Sic. p. 23, III (ed. 2 p. 27, III) cf. Murat. p. 222, 3. (Orelli 618). — [1]) *Cf. Eckhel VI p. 156 sq. et I. Neap. 930:* Apollini divo Augusto, *et nomina collegii Pompeiani infra n. 1942 — 1947. Num praeter Augustum Iuliamque Augustam exempla similia inveniantur, admodum dubito; alia enim res est, quod saepe dii deaeque Augusti Augustaeque in titulis vocantur. Haec inscriptio utrum viva an mortua Iulia exarata sit, decerni non potest;* diva Augusta *inde ab Imperatoris Claudii demum aetate appellatur.* [2]) *Traditur* AVGVSTAL. *Reliqua tam corrupta traduntur ut ea omnino non referre satius duxerim.*

908 AGRIPPINAE[1] | M · AGRIPPAE · F | DRVSI · CAESAR · MATRI | *asinii* | *galli*[2] | D · D

Laude Pompeia. Orelli 658 descr. Labusius. — [1]) Est Vipsania Agrippina Agrippae ex Pomponia, Attici f., filia, Tiberii coniux antequam Iuliam uxorem ducere (a. 743) cogeretur, mortua a. 20, de qua v. Tac. Ann. 1, 2. 3, 19. Suet. Tib. 7 Nepos Attic. 12. 19. 21 cet. [2]) Scilicet uxori, postquam a Tiberio divertere coacta est. Asinii Galli, accusati a Tiberio a. 30, mortui a. 33 (Tac. Ann. VI, 23 Dio 58, 3), nomen consilio erasum esse docet Borghesius Opp. II p. 201.

---

909 OSSA | AGRIPPINAE · M · AGRIPPAE · *f* | DIVI · AVG · NEPTIS · VXORIS | GERMANICI · CAESARIS | MATRIS · C · CAESARIS · AVG | GERMANICI · PRINCIPIS[1]

Romae in urn. marm. quadrata. Corp. VI, 886 (Orelli 659) descr. Henzenus. — [1]) Cf. Eckhelium VI p. 215. Agrippinae a. 33 in Pandataria insula mortuae cineres a Caligula demum conditos esse in mausolaeo, Suetonius narrat Calig. 15. Positus est titulus a. 37 vel una vel paullo post similem Tiberii. — Reliquos mausolaei Augusti titulos habes n. 880m. 887. 889a. 892. 911.

---

910 IVLIAE · DRVSILLAE[1] | GERMANICI · F | *c. caes. aug.* | *germ. sorori* | D .....
Prope Modoetiam Grut. 1022, 4 (Orell. 672).

910 *a.* DIVAE · DRVSILLAE[1] · SORORI | *c. caesaris* · AVGVSTI | GERMANICI
Caere. Henzen 5389 descr. Mommsenus. — [1]) Cf. de ea Eckhelium VI p. 231. Mortua et inter divas relata est a. 38.

---

911 LIVILLA · *m. vinici* | GERMANICI · *Caesaris. f.*[1] | HIC · SITA · *est*
Romae rep. ad mausolaeum Augusti. Corp. VI, 891 (Orelli 677) descr. Henzenus. — [1]) Cf. Eckhelium VI p. 232. Nomen mariti supplendum esse coniecit Mommsenus, cum pro Iulia Livilla Livillam Iuliam scriptum fuisse probabile non sit. — Reliquos mausolaei Augusti titulos habes n. 880b. 887. 889a. 892. 909.

---

912 MEDVLLINAE · CAMILLI[1] | TI · CLAVDII · NERONIS | GERMANICI · SPONSAE | ACRATVS · L · PAIDAGOGVS
Romae. Orelli 716 descr. Marinius. — [1]) [Adde filiae TH · M*] Cf. de ea Suet. Claud. 26.*

913 IÚLIAE · AVGVSTAE · GERMÁNICI · CAISARI*s fil* | AGRIPPÍNAÍ | *ti* · *cl.* *c*AI-SA*ris aug* | *germanici* [1]

Caere. Henzen 5387 descr. Mommsenus. — [1]) *Positus est titulus a. 50/54 cf. supra n. 899 not. 5. Nomen eius abrasum est supra n. 905.*

---

914 *In dextra parte eius tabulae marm. quam dedi infra n. 1619.*
DIVAE · POPPAEAE · AVGVSTAE [1] | IMP · NERONIS · CAESARIS · AVGVST |
sequitur eadem L. Titinii Lucretiani inscriptio quae infra n. 1619. In agro Lunensi rep. Gori I. Etr. 2 p. 46 (Orell. 731). — [1]) *Poppaea Sabina* Augusta *vocata est a. 63, inter divas relata post mortem a. 65 cf. Eckhel VI p. 286. Inscriptio incisa est tribunicia potestate Neronis XIII i. e. inter 4 Dec. 65 et 3 Dec. 66 cf. infra n. 1619.*

---

915 SER · GALBA · IMPERATOR · CAESAR · AVGVST [1] | PONTIF · MAX · TRIB · POT · COS DES II [2] | VETERANIS QVI MILITAVERVNT · IN LEGIONE | I · ADIVTRICE · HONESTAM · MISSIONEM · ET | CIVITATEM DEDIT · QVORVM · NOMINA · SVB|SCRIPTA · SVNT · IPSIS LIBERIS · POSTERIS-QVE | EORVM · ET · CONVBIVM · CVM VXORIBVS | QVAS TVNC · HABVISSENT · CVM · EST · CIVITAS | IIS · DATA · AVT · SIQVI · CAELIBES ESSENT CVM | IIS · QVAS · POSTEA DVXISSENT · DVM · TAXAT | SIN-GVLI · SINGVLAS · A · D · | XI · K IAN | C · BELLICO NATALE | P · CORNELIO SCIPIONE | COS [3] | DIOMEDI ARTEMONIS F | PHRYGIO [4] |
DESCRIPTVM ET RECOGNITVM EX · TABVLA · AE|NEA · QVAE · FIXA · EST · ROMAE · IN CAPITOLIO | IN ARA GENTIS IVLIAE
TI · IVLIVS PARDALA · SARD [4] | C · IVLI · CHARMI · SARDIAN | TI · CLAVDI · QVI · FIDINI · MAONIAN | C · IVLI C · F · COL LIBON · SARD | TI · FONTEIVS CERIALIS · SARD | P · GRALTI · P · F AEM · PRO-VINCIAL IPESIVS | M · ARRI RVFI SARDIAN

Tab. honestae missionis in sarcophago Stabiis (Castellamare) rep. Corp. III p. 847 descr. Zangemeister (Orelli 737). — [1]) *Ita in nummis quoque plerumque appellatur, praenomen* Imperator *haud raro initio ponitur, interdum post praenomen* Servii *additur gentilicium* Sulpicius. L. Livii *nomina quibus teste Suetonio Galb. 3. 4 usque ad imperium utebatur, in nummis tantum Alexandrinis reperiuntur, in nummis inscriptionibusque Romanis nunquam cf. Eckhel VI p. 800.* [2]) Patris patriae *nomine auctus non est; imperavit inde a mense Iunio 68 usque ad diem 15 Ian. 69.* [3]) *Suffecti a. 68.* [4]) *Extrinsecus additur* IAVDIC *i. e. [L]audic(ea). Septem quoque testes omnes oriundi sunt ex Asia minore, quinque enim vocantur Sardiani, unus Ma(e)onian(us), unus Ipesius.*

Imp. M. Othonis Caesaris Augusti nullus quod sciam adhuc titulus inventus est; commemoratur saepius in tabula fratrum Arvalium a. 69. Cf. Henzen *Scavi nel bosco sacro dei fratelli Arvali* (Romae 1868) p. 27 sq. *Bull. Inst. arch.* 1869 p. 91 sq.

---

916 A · TVRRE · XXXVIII | IMP · VITELLIVS · CAESAR[1]
Fragmentum miliarii rep. inter Torralbam et N. S. di Caba Abbas Sardiniae. Henzen 5417 descr. Della Marmora. — [1]) *Suet. Vit. 8:* cognomen Germanici delatum ab universis cupide recepit, Augusti distulit, Caesaris in perpetuum recusavit. *Tac. Hist. I, 64:* nomen Germanici Vitellio statim additum, Caesarem se appellari etiam victor prohibuit. *II, 62:* praemisit in urbem edictum quo vocabulum Augusti differret, Caesaris non reciperet. *II, 90:* abnuenti nomen Augusti expressere ut adsumeret, *sed certe non ante Iunium Iuliumve mensem, usque enim eo pertinet tabula Arvalis huius anni, in qua nunquam hoc nomine utitur. Extremis demum pressus angustiis* quin et Caesarem se dici voluit, aspernatus antea: sed tunc superstitione nominis (*Tac. Hist. III, 58*). *Consentiunt cum his testimoniis et tabula Arvalis, ubi semper legitur* Vitellius Germanicus Imperator (*in rasura, deleto nimirum nomine postquam vicit Vespasianus*), *et nummi, quorum in antiquioribus* A. Vitellius Imp. Germanicus, *in recentioribus praeterea* Augustus *appellatur. Germanici cognomen abest additurque consulis perpetui titulus, quem adsumpsit teste Suetonio c. 11, in titulo eius unico urbano Corp. VI, 929 (descr. Smetius):* A · VITELLIVS · L · F | · IMPERATOR · | · COS · PERP · *Inscriptionem supra propositam noli anno exeunti tribuere propter Caesaris cognomen, sed eodem quo nummos Alexandrinos, idem cognomen exhibentes, modo explica (cf. Eckhel VI p. 310); antea scilicet incisa videtur esse quam in provinciam nuntiaretur, Vitellium Caesaris cognomen sprevisse. Titulis in nummis utitur Vitellius* tribuniciae potestatis *et inde ab 18 Iulii* pontificatus maximi (*Suet. Vit. 11 Tac. Hist. 2, 91*). *Occisus est mense Decembri a. 69.*

Fragmentum legis de imperio Vespasiani.

917 foedusve cum quibus volet facere liceat ita uti licuit Divo Aug(usto), | Ti. Iulió Caesari Aug., Tiberioque Claudio Caesari Aug. Germanico. |

Utique ei senatum habere', relationem facere', remittere, senatus | consulta per relationem discessiónemque facere liceat' | ita uti licuit Divo Aug., Ti. Iulio Caesari Aug., Ti. Claudio Caesari | Aug. Germanicó'. |

Utique, cum ex voluntate auctoritateve iussu mandatuve eius' | praesenteve eo senatus habebitur, omnium rerum ius perinde | habeatur servetur, ac si e lege senatus edictus esset habereturque. |

Utique quos magistratum potestatem imperium curationemve | cuius rei petentes senátui populoque Romano commendaverit, | quibusque suffragationem suam dederit promiserit, eorum' | comitis quibusque extra ordinem ratio habeatur. |

Utique ei fines pomerií proferre promovere, cum ex republica | censebit esse, liceat ita uti licuit Ti. Claudio Caesari Aug. | Germanico. |

Utique quaecunque ex usu reipublicae maiestate divinarum | hum*anarum* publicarum privatarumque rerum esse e (*sic*) | censebit, ei agere facere ius potestasque sit, ita uti Divo Aug.', | Tiberióque Iulió Caesari Aug., Tiberioque Claudio' Caesari' | Aug. Germanicó fuit'. |

Utique quibus legibus plebeive scitis scriptum fuit, ne Divus Aug.', | Tiberiusve Iulius Caesar Aug., Tiberiusque Claudius Caesar Aug.' | Germanicus tenerentur, iís légibus plebisque scitis Imp. Caesar' | Vespasianus solútus sit, quaeque ex quaque lege rogatione' | Divum Aug., Tiberiumve Iulium Caesarem Aug., Tiberiumve' | Claudium Caesarem Aug. Germanicum facere oportuit', | ea omnia Imp. Caesari Vespasiano Aug. facere liceat. |

Utique quaecunque ante hanc legem rogatam acta gesta | decreta imperata ab Imperatore Caesare Vespasianó Aug. | iussú mandatúve eius a quoque sunt, ea perinde iusta rataq(ue) | sint ac si populi plevisve iussú acta essent. |

Sanctió.

Si quis huiusce legis ergo adversus leges rogationes plebisve scita | senatusve consulta fécit fecerit sive quod eum ex lege rogatione | plebisve scito s(enatus)ve c(onsulto) facere oportebit non fecerit, huius legis | ergó id ei ne fraudi esto, neve quit

ob eam rem populo dare debeto, | neve cui de ea re actio neve iudicatio esto, neve quis de ea re apud | *se agi* sinito.

In tab. magna aenea, quae nunquam sub terra latuit; Nicolaus Laurentius (Cola di Rienzi) eam in pariete ecclesiae S. Ioannis in Laterano figendam curavit eaque usus populo Romano iura eius exposuit; nunc est in mus. Capitolino. Corp. VI, 930 descr. Henzenus.

---

918 T · CAESARI | VESPASIANO[1] · IMP · III[3] | PONTIF · TR · POT · II[2]
COS · II[4]
IMP · CAESARI | VESPASIANO · AVG[5] | PONT · MAX · TR · POT · IIII[6] · |
IMP · VIIII · COS · IIII | P P
CAESARI · AVG · F | DOMITIANO | COS · DESTINATO · II | PRINCIPI ·
IVVENTVTIS[7]
C · PAPIRIVS · AEQVOS[8] · 7 · LEG · III · AVG · TESTAMENTO · PONI ·
IVSSIT | EX · AVRI · P · X

Romae in basi plana atque oblonga, in qua tria foramina, quibus adfixa creduntur fuisse simulacra capitum trium patris et filiorum. Corp. VI, 932 (Orell. 743). Totum monumentum exhibent antiquiores inter quos Iucundus et auctor emendationum Mazochii (Accursius?); Titi titulum vidit Mommsenus. Tituli Titi Vespasiani Domitiani iuxta positi sunt, ita ut medium locum Vespasianus obtineat, infra eos sit C. Papirii dedicatio. — [1]) *Interdum Titus vivo quoque patre Imperatoris praenomine ornatus invenitur cf. supra n. 803 I. Neap. 2401 Corp. II, 3732, quamquam id certe inde ab a. 79 demum gessit cf. Eckhel VI, 361 sq.* [2]) *In tribuniciae potestatis communionem adsumptus est a patre k. Iuliis a. 71 cf. Eckhel VIII p. 409.* [3]) *Ob expugnata Hierosolyma die 2 Sept. a. 70 a militibus imperator acclamatus est Suet. Tit. 5 Dio 66, 7, sed titulum gerere demum videtur inde ab eo tempore quo Romam reversus cum patre triumphavit et tribuniciam potestatem adeptus est; ex eadem victoria Vespasianus septimum imperator dictus est. Iam pater et filius ex omnibus victoriis uterque imperatores salutantur, ita ut Titi acclamatio imperatoria II respondeat Vespasiani VIII, Titi III Vespasiani IX cet.* [4]) *A. 72. Positus igitur est titulus inter 1 Iul. et 31 Dec. a. 72. Titus omnes consulatus cum patre gessit, ita ut Titi II respondeat Vespasiani IV, Titi III Vespasiani V cet.* [5]) *Inde a Vespasiano omnes Augusti* Imperatoris *praenomine utuntur.* [6])*Post Vitellii mortem ultimis a. 69 diebus* senatus cuncta principibus solita Vespasiano decernit (*Tac. Hist. IV, 3*) *et inter ea sine dubio tribuniciam potestatem (Suet. Vesp. 12). Nihilominus tribuniciae potestates numerantur iam ab k. Iuliis a. 69, quo die exercitus*

Alexandrinus ei imperium detulit; is enim principatus dies in posterum servatus est *Suet. Vesp. 6 cf. Eckhel VIII p. 409 et Mommsenus Hermes 2 p. 57.* [7]) *Titus et Domitianus a. 69 principes iuventutis vocati sunt; uterque hoc nomen deposuit tribuniciam potestatem adsecutus ille a. 71, hic a. 81, non ut antea C. Caesar cum consulatu.* Sacerdos conlegiorum omnium *praeterea dicitur Domitianus Orell. 764.* [8]) *Vetus scribendi ratio cum duplicem* u *non ferret, littera illa aut semel ponebatur* (*pro* fluvius - fluius) *aut pro altera* u - o; *hunc usum in inscriptionibus primi maxime sed etiam secundi et tertii saeculi haud raro invenimus.*

---

919 IMP · CAESARI · VESPASIANO | AVG · PONT · MAX · TRIB · POt | IIII · IMP · X · P · P · COS · IIII · *Design* | V [1] · CENSORI · DESIGN [2] · ANN · IIII | IMPE-RII · EIVS · FELICITAS · IVt

In munic. Felicitate Iulia Olisipone (Lisboa) rep. Corp. II, 185. — [1]) *Inter 1 Ian. et 1 Iul. a. 73.* [2]) *Censoris titulis in nummis iunctus reperitur consulatui iam quarto, ante k. Ian. a. 74 igitur cusis, quo die quintum consulatum Imperator iniit cf. Eckhel VI p. 331; suscepisse igitur censuram videtur Vespasianus cum filio k. Iuliis a. 73. Inde ab eo tempore censura plerumque inter titulos Vespasiani et Titi commemoratur, nec tamen raro praetermittitur praesertim in provincia cf. Corp. II, 2041. 1423. 2477 cet. sed etiam in Italia extra urbem I. Neap. 2384. Eckhelius VI p. 344 censuram a. 71—74 adsignat, propter verba Plin. h. n. 7, 162:* accedunt experimenta et exempla recentissimi census, quem intra quadriennium Imperatores Caesares Vespasiani pater filiusque censores egerunt; *sine dubio tamen verba* intra quadriennium *interpretanda sunt* ante hos quattuor annos, *unde Plinium librum septimum historiae naturalis a. 77 scripsisse recte concludas.*

---

920 *imp. caesar.* | *vespasianus aug. pont.* mAX · TRIB · POT · VI · IMp. *xiii* | P · P · CENSOR · COS · VI · DESIG · V*ii*[1] *et* | T · CAESAR · AVG · F | VESPASIANVS · IMP · VII [2] | PONT · TRIB · POT · IV · CENSOR | COS · IV · DESIG · V · AVCTIS · P · R | FINIBVS · POMERIVM | AMPLIAVERVNT · TERMINAVE-RVNTQ [3]

in latere sinistro: XLVII

Romae 'tra il monte Testaccio e la porta di S. Paolo' in cippo terminali. Bull. Inst. arch. 1857 p. 9 descr. Henzenus. — [1]) *Inter k. Ian. et k. Iul. 75.* [2]) *I. e.* VII. [3]) *Cf. supra n. 843.*

921 *imp. caesari* | *VESPASIANO · AVGVSTO* | PONTIFICI · MAXIMo | TRIBVNIC · POTESTAT · *ix*(?) | IMP · XVIIi [1] · P · P | COS · VIII · DESIG · VIIII [2] · CENSORI | CONSERVATORI · CAERIMONIARVM | PVBLICARVM · ET | RESTITVTORI · AEDIVM · SACRARVM | SODALES · TITI

Romae. Corp. VI, 934 ad exempla Poggii, Accursii, Smetii, aliorum (Henz. ad Orell. n. 2364 p. 199). — [1]) *Ita necessario emendandum est, quamquam exempla quae habemus in numero* XVII *consentiunt; nam a. 77 Vespasianus iam imp.* XVIII *dicitur I. Neap. 6247 Corp. II, 2041 cf. Eckhel VI p. 336.* [2]) *A. 78; itaque numerus trib. pot. aut* IX *aut* X *fuit.*

---

922 SENATVS · POPVLVSQ · ROMANVS · IMP · TITO · CAESARI · DIVI · VESPASIANI · F · VESPASIANo [1] · AVGVSTO · PONTIF · MAX · TRIB · POT · X [2] · IMP · XVII · cOS [3] · VIII · P · P · PRINCIPI · SVO · QVOD · PRAECEPTIS · PATRIs [4] · CONSILIISQ · ET · AVSPICIIS · GENTEM · IVDAEORVM · DOMVIT · ET · VRBEM · HIERVSOLYMAM · OMNIB · ANTE · SE · DVCIBVS · REGIBVS · GENTIBVS · AVT · FRVSTRA · PETITAM · AVT · OMNINO · INTEMpTATAM [5] · DELEVIT

Romae in arcu in circo maximo. Servavit unus Einsiedlensis f. 71 (ed. Haenel p. 123). Vv. divisio ignota (Orell. 759). — [1]) Vespasiani *traditur.* [2]) *K. Iul. 80/81.* [3]) Pos *traditur.* [4]) Patriae *traditur.* [5]) Intemtatam *traditur.* — *Abest ab hoc titulo censoris nomen, quod plerumque adicitur cf. n. 764. 765 cet.*

---

923 SENATVS | POPVLVSQVE · ROMANVS | DIVO · TITO · DIVI · VESPASIANI · F | VESPASIANO · AVGVSTO

Romae in arcu Titi in via sacra adhuc extanti. Corp. VI, 945 descr. Henzenus (Orell. 758).

---

924 IMP · CAESAR · DIVI · VESPASIANI | *f. domitianus* [1] AVG · POnT · MAX [2] | TRIB · POTEST [3] · COS · VIII · DESIG · VIIIi [4] · P · P · PER | A · CAESENNIVM · gALLVM [4] LEG | PR · PR · VIAS · PROVINCIARVM | GALATIAE · CAPPADOCIAE | PONTI · PISIDIAE · PAPHLAGONIAE | LYCAONIAE · ARMENIAE · MINORIS | STRAVIT | VIII | 'H

Miliarius rep. Ancyrae in Galatia. Corp. III, 312 descr. Perrotius. — [1]) *Erasum est nomen eius post damnatam memoriam senatusconsulto a. 96 (Suet. Domit. 23).* [2]) *Pontificatum maximum suscepit anno quidem 81 sed aliquanto serius, quam tribuniciam potestatem. Eckhel VI p. 395.* [3]) *Inde a die 14 Sept. a. 81 ad 13 Sept. a. 82; cf. Henzenus, Scavi nel bosco dei frat. Arv. 1868 p. 40.* [4]) *A. 82. Positus igi-*

tur est titulus inter k. Ian. et 13 Sept. a. 82. [4]) *Cf. Borghesius Opp. V p. 348 et Henzenus Bull. 1862 p. 67.*

---

925 IMPERATOR · CAESAR | DIVI · VESPASIANI · F | DOMITIANVS · AVG | GERMANICVS [1] · PONTIFEX | MAXSVMVS · TRIBVNICIAE | POTESTATIS · VIIII [2] · IMP · XXI | COS · XV [3] · CENSOR | PERPETVVS [4] · P · P · AB ARCV | VNDE · INCIPIT · BAETICA | VIAM AVG [5] *restituit* | . . . .

Miliarius incerto loco rep., nunc Cordubae. Corp. II, 4721 descr. Huebnerus. — [1]) *Germanici nomine auctus est a. 84 cf. Eckhel VI p. 396 sq.* [2]) *14 Sept. a. 89/13 Sept. a. 90.* [3]) *A. 90.* [4]) *Dio 67, 4 Domitianum reversum ab expeditione Germanica censorem perpetuum designatum esse senatus consulto narrat. Vocatur Domitianus in nummis a. 84 exeuntis:* censoria potestate *cf. Eckhel VI p. 396 eodemque modo etiamtum nonis Septembribus a. 85 in tabula honestae missionis Corp. III p. 855 et in nonnullis nummis eiusdem anni, in aliis autem iam* censor perpetuus *eodemque modo in tab. hon. miss. Corp. III p. 856 a. d. XIII kal. Martias a. 86. Adsumpsit igitur hunc titulum a. 85 post 5 Sept. Postea raro desideratur.* [5]) *Cf. n. 800 not. 2.*

---

926 FLÁVIAE · DOMITILLAE [1] | *imp.* VESPÁSIÁN*i* *c*AESAR*is* AVG

Herculanei. I. Neap. 2400 (Orell. 747) descr. Mommsenus. — [1]) *Cf. Eckhel VI p. 345 sq. Positus est titulus antequam Domitilla, quae privata mortua est, Augusta diceretur et consecrarstur, quod evenit imperante Tito, fortasse iam sub Vespasiano.*

---

927 IVLIAE · AVG | T · FIL [1]

Tereventi (Trivento). I. Neap. 5165 (Orell. 762) descr. Mommsenus. — [1]) *Ex Marcia Furnilla; Augusta dicta est ab Tito cf. Eckhel VI p. 365; positus igitur titulus est a. 79/81.*

---

928 DOMITIAE · CN · F [1] | DOMITIANI · CAESARIS | D · D

Herculanei in theatro rep. I. Neap. 2402 descr. Mommsenus (Orell. 774). — [1]) *Cf. Eckhel VI p. 399. Filia fuit Cn. Domitii Corbulonis, nupsit Domitiano a. 70; positus igitur est titulus inter a. 70 et a. 79 quo Herculaneum cineribus sepultum est.*

928 *a* DOMITI*ae* | AVGVST*ae* [1] | Q · LICINIVS | SATVRNINVS | ET · L · MVMMIVS | POMPONIANVS | II · VIRI

Metellini (Medellin). Corp. II, 610. — [1]) Augusta *dicta est a. 82 cf. Eckhelium l. l. et supra n. 752.*

929 M · COCCEIVS · *m. f.* . . . . . *nerva cos* | AVGVR · SODAL*is* · *august* . . . . *quaest* | VRB · VI · VIR · TVRMA*e eq. r* . . . . . *salius* | PALAT · TRIVMPHA-LIB*us ornamentis* | HONORATVS[1] · PATRON*us* . . . . . . | VETVSTATE · CONLA*ps* . . . . . .

Saxoferrati. Henzen 5435. Cf. de hoc titulo Borghesium Opp. V p. 29 sq. — [1]) *Tac. Ann. XV, 72.*

---

930 IMP · NERVAE · CAESARI · AVG | PONTIFICI · MAXIMO · TR · | POTEST[1] · P · P · COS · III | *desiG* · IIII[2] · PVDENS · AVG · LIB | pROCVRATOR | *de suO* POSVIT

In lamina ahenea rep. in fodinis aerariis antiquis, hodie 'de Rio-tinto' vocatis, in conventu Hispalensi. Corp. II, 956 descr. Huebnerus quae supersunt. — [1]) *Suscepit eam die 18 Sept. a. 96 cf. supra n. 64.* [2]) *A. 97. Incisa igitur est inscriptio inter k. Ian. et 17 Sept. a. 97.*

---

931 IMP · NERVA | CAESAR | AVGVSTVS | GERMANICVS[1] | PONTIFEX | MAXIMVS | TRIBVNICIA · POTESTATE · II · COS · III | DESIGNATVS · IIII[2] | FACIVNDVM · CVRAVIT

Miliar. viae Appiae. Henzen 5438 qui descr. — [1]) Germanici *nomen Nerva et Traianus adsumpserunt ex bello Suebico mense Octobri vel Novembri a. 97. Cf. Mommsenum Hermes III p. 131.* [2]) *A. 97 inter 18 Sept. et 31 Decembr.*

---

932 IMP · CAESAR | NERVA · AVG · GERMAN | PONTIFEX · M | TRIB · POTEST · III[1] | COS · IIII · P · P | VIAM · A TRIPVNTIO · AD | FORVM · APPI · EX GLAREA | SILICE · STERNENDAM | SVA · PECVNIA · INCOHAVIT | IMP · CAESAR · NERVA · DIVI · NERVAE · F · TRAIANVS · AVG | GERMA*nicus* | TRIB · POTEST · COS · III[2] | CONSVMMAVIT

Miliarius in paludibus Pontinis rep. Orelli 780. — [1]) *Cf. Mommsenum Hermes III p. 132. Traianus cum rationem qua usque eo tribuniciae potestates numeratae erant mutaret semperque eam k. Ianuariis renovaret, eandem rationem etiam ad Nervam transtulisse videtur in monumentis, quibus ab illo inchoatis, ipse titulum imposuit.* [2]) *A. 100.*

---

933 IMP CAESARI | DIVI NERVAE | FILIO NERVAE | TRAIANO AVG[1] | GER[2] PON MAX | TRIB POTEST II[3] | COS · II · P · P[4] | D D[5]

In ruderibus mun. Flavii Neviodunі. Corp. III, 3924 descr. Mommsenus. — [1]) *Traianus autumno a. 97 adoptatus a Nerva,* simul filius, simul Caesar, mox Imperator et consors tribuniciae potestatis, et omnia pariter et statim factus est *Plin. Paneg. 8,* Augustus *post mortem demum Nervae vocatus est exeunte Ianuario a. 98.* [2]) *Germanici no-*

men cum Nerva adsumpsit autumno a. 97 cf. ad n. 931. [3]) *Tribuniciam potestatem primam gessit inde a mense Octobri vel Novembri 97, sed renovasse eam videtur iam k. Ianuariis 98, ut secunda expleat hunc annum: ab hoc tempore mos tribuniciae potestatis k. Ianuariis renovandae valuisse videtur cf. Mommsenum Hermes III p. 127 sq.* [4]) *Plin. Paneg. 21:* tu patris patriae (titulum) recusabas - - nomen illud, quod alii primo statim principatus die, ut Imperatoris et Caesaris receperunt, tu usque eo distulisti, donec tu quoque - - te mereri fatereris. *Suscepisse tamen videtur hoc nomen anno iam 98.* [5]) *D(ecurionum) d(ecreto).*

---

934 IMP · CAES · NERVA | TRAIANVS · AVG · GER · DAC [1] | PONT · MAX · TRIB · POT · VII | IMP · IIII · COS · V [2] · P · P

Miliarius viae Bracara Asturicam. Corp. II, 4796. — [1]) Dacici *cognomen adsumpsit Traianus post bellum Dacicum primum a. 103, fortasse iam exeunte a. 102 cf. Mommsenum Hermes III p. 127 sq.* [2]) *A. 103 cf. Mommsenum Hermes l. l.*

---

935 SENATVS · POPVLVSQVE · ROMANVS | IMP · CAESARI · DIVI · NERVAE · F · NERVAE | TRAIANO · AVG · GERM · DACICO · PONTIF | MAXIMO · TRIB · POT · XVII [1] · IMP · VI · COS · VI · P · P | AD DECLARANDVM · QVANTAE · ALTITVDINIS | MONS · ET · LOCVS · TAN*TIS* · *OPE*RIBVS · SIT · EGESTVS

Romae in columna Traiani. Corp. VI, 960 descr. Henzenus, quae inclinatis dedi servavit Einsiedlensis. — [1]) *A. 113.*

---

936 IMP · CAESARI · DIVI · NERVAE · F · | DIVO · TRAIANO · OPTVMO | AVG [1] · GERM · DACICO · PARTHICO [2] | PONTIF · MAX · TRIB · POTEST · XXI [3] · IMP | XIII · COS · VI · PATER (*sic*) · PATRIAE · OPTVMO | MAXVMOQVE · PRINCIPI [4] · CON|SERVATORI · GENERIS · HVMANI | RES · PVBLICA · ARATISPITANORVM | DECREVIT · DIVO · DEDICAVIT

Aratispi (Cauche el viejo). Corp. II, 2054 descr. Huebnerus. — [1]) Optimus Augustus *dicitur Traianus ab a. 114 (trib. pot. XVIII) cf. Eckhel VI p. 448.* [2]) Parthicus *captis in Mesopotamia Nisibi et Batanis dictus est a. 115, sed utitur eo nomine ab Ctesiphonte demum capta a. 116. Dio 68, 23 et 28 Eckhel VI p. 461.* [3]) *A. 117, cuius anni mense Augusto mortuus est.* [4]) *Cf. Corp. II, 2010 (a. 109 vel 112) et I. Neap. 561 (a. 104/11);* optimus princeps *I. Neap. 2487 (a. 111);* fortissimus princeps *I. Neap. 1408 (a. 114);* providentissimus princeps *Grut. 247, 6 (a. 115); videtur igitur talibus titulis uti inde ab a. 111.*

937 P · AELIO · P · F · SERG · HADRIANO[1] | COS[2] · VII · VIRO · EPVLO-
NVM · SODALI · AVGVSTALI · LEG · PRO · PR · IMP · NERVAE · TRAIANI |
CAESARIS · AVG · GERMANICI · DACICI · PANNONIAE · INFERIORIS · PRAE-
TORI · EODEMQVE · | TEMPORE · LEG · LEG · I · MINERVIAE · P · F ·
BELLO · DACICO[3] · ITEM · TRIB · PLEB[4] · QVAESTORI · IMPERATORIS |
TRAIANI · ET · COMITI · EXPEDITIONIS · DACICAE[5] · DONIS · MILITARI-
BVS · AB · EO · DONATO · BIS · TRIB · LEG · II · | ADIVTRICIS · P · F ·
ITEM · LEGIONIS · V · MACEDONICAE · ITEM · LEGIONIS · XXII · PRIMI-
GENIAE · P · F[6] · SEVIRO | TVRMAE · EQ · R · PRAEF · FERIARVM · LA-
TINARVM · X · VIRO · S · I[7]

Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Η ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ ΚΑΙ Ο | ΔΗΜΟΣ
Ο ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΟΝ ΑΡΧΟΝΤΑ[8] ΕΑΥΤΩΝ | ΑΔΡΙΑΝΟΝ

Athenis. Corp. III, 550 contulit Mommsenus ectypum. Commentarium dant Henzenus Ann. inst. arch. 1862 p. 137 sqq. Mommsenus l. l. — [1]) *Natus Italicae in Hispania, itaque tribum Italicensium Sergiam habet.* [2]) *Suscepit consulatum 1 Iun. a. 108 vel 109 cf. Mommsenum Hermes III p. 46 n. 5. Eodem anno legationem Pannoniae suscepisse videtur.* [3]) *Vit. Had. 2:* secunda expeditione Dacica Traianus eum primae legioni Minerviae praeposuit secumque duxit . . . . praetor factus est sub Surano bis Serviano iterum consulibus. *Consules hi sunt a. 102, errore positi pro* Surano *III* Senecione *II a. 107.* [4]) *Vita l. l.:* Candido et Quadrato iterum cos. *i. e. a. 105.* Item *vocabulo indicatur tribunatum quoque una cum legatione gessisse Hadrianum; anno igitur 105 tribunus plebis et legatus legionis in Daciam cum Traiano profectus, legatus legionis et praetor absens creatus Romam rediit.* [5]) *Vita l. l.:* quaesturam gessit Traiano quater et Articuleio consulibus (*i. e. a. 101 annos natus XXV*). Post quaesturam acta senatus curavit atque ad bellum Dacicum Traianum familiarius prosecutus est. *Titulus cum coniungat quaesturam cum comitatu copula interposita, hoc ostendit Hadrianum cum Traiano exiisse quaestorem etiamtum; reversus videtur esse a. 102 exeunte cum imperatore. Actorum curam tanquam munus potius quam honorem praetermittit titulus; administrasse videtur a. 103 vel 104.* [6]) *Vita l. l.:* inde tribunus secundae adiutricis legionis creatur. Post haec in inferiorem Moesiam translatus est extremis iam Domitiani temporibus (*c. a. 96*)*: hic est tribunatus leg. V Macedonicae, eo tempore Moesiam obtinentis.* Traiano a Nerva adoptato (*a. 97*) ad gratulationem exercitus missus in Germaniam superiorem translatus est: *id est tribunus legionis XXII factus est, quae castra habuit eo tempore Moguntiaci.* [7]) *Xvir s(tlitibus) i(udicandis) cf. Vit. l. l.* [8]) *A. 112 Phlegon fr. 54 (ed. Mueller) cf. Spart. vita c. 19 eoque ipso anno statua haec dedicata videtur esse.*

938 *S · P · Q · R* | *IMP · CAESARI · DIVI · TRAIANI* | *PARTHICI · F · DIVI · NER-VAE · NEPOTI* | TRAIANO · *HADRIANO · AVG · PONT* | MAX · TRib · *POT · II*[1] *· COS · II* | QVI · PRIMVS · OMN*IVM · PRINCIPVM · ET* | SOLVS · RE-MITTENDO · *SESTERTIVM · NOVIES* | *M*ILIES · CENTENA · M*ILIA* · *N* · *DE-BITVM · FISCIS* | *NON · PRAESENTES · TANTVM · CIVES · SVOS · SED* | *ET · POSTEROS · EORVM · PRAESTITIT · HAC* | LIBERALITATE · SECVROS[2]

Romae in foro Traiani (Einsiedlensis in praecedente dicit: in columna Traiani; in hac: item ibidem). Corp. VI, 967 quae supersunt descr. Henzenus, quae inclinatis dedi servavit Anonymus Einsiedlensis f. 68—69 (ed. Haenel p. 120). Vv. divisionem ad partem superstitem restituere conatus est Henzenus. (Or. 405). Litterae aeneae inauratae sunt. — [1]) *Tribuniciam potestatem primum suscepit die 11 Aug. a. 117, iterum k. Ian. a. 118. deinde semper eam hoc die renovavit cf. supra ad n. 933. Positus igitur est titulus a. 118 quo etiam secundum consulatum gessit.* [2]) *Cf. Vit. Hadr. 7 Dio 69, 8 Eckhel VI p. 478.*

---

939 IMP · CAESARI | DIVI · TRAIANI · PARTHIC · F | DIVI · NERVAE · NEPOT | TRAIANO · HADRIANO | AVG · PONT · MAX · TR · POT · V[1] | COS · III | OPTIMO · MAXIMOQ · PRINC[2] | DECVRIONES | MVNICIPESQ · SVRREN-TINI | PECVNIA · CONLATA

Surrenti. I. Neap. 2112 (Orell. 3742) descr. Mommsenus. — [1]) *A. 121.* [2]) *Idem titulus invenitur Corp. II, 3239 et I. Neap. 3990 (a. 129).* Optimus princeps *Corp. II, 1371. 4633 (a. 128. 135). Satis crebro vocatur praeterea* sacratissimus imperator, *vel* sacratissimus princeps *cf. indicem et Or. 133. 134. 3858. 3306 cet. sed nunquam quod sciam in titulis aut iussu ipsius positis aut ipsi dedicatis; usurpatur id ita fere:* ornatus a sacratissimo principe honore *illo, similibusque expressionibus, eodemque modo ita iam vocatur Nero in tabula Arvali a. 66 (Henzen Scavi 1868 p. 25).* Divinus princeps *quoque hoc modo Claudius iam dicitur in tabula Arvali Henzen n. 7419, cum tituli positi* in honorem domus divinae *non reperiantur ante medium secundum saeculum, imperatores ipsi infima demum aetate in titulis dedicatoriis* divini *appellentur.*

---

940 IMP · CAESAR · DIVI · | TRAIANI · PARTHCI · F · | DIVI · NERVAE · NEPOS · | TRAIANVS · HADRIANVS · | AVG · PONTF · MAX · TRB · | POT · XVI[1] · COS · III · P · P[2] · PROCOS[3] · | VI

Miliarius viae Celeia Poetovionem, prope Celeiam rep. Corp. III, 5733 descr. Mommsenus. — [1]) *A. 132.* [2]) *Cf. Oros. VII, 13 Spart. Vit. Hadr. 6 Eckhel VI p. 515.* Patris patriae *nomen receptum est ab Hadriano trib. pot. XII i. e. anno 128 indeque ab eo anno in nummis marmoribusque eius nunquam desi-*

deratur. Sed antea iam primis imperii annis interdum obvium est, praesertim in titulis extra urbem incisis, positis nimirum antequam Hadrianum hoc elogium distulisse nuntiaretur. Idem de nummis observat Eckhelius l. l.
[3]) Proconsulis *nomen imperatoris titulis primo saeculo nunquam quod sciam additur, interdum titulis Traiani (Bull. Inst. arch. 1859 p. 119) Hadriani (Orell. 811. 8455 Corp. II, 1339) Antoninorum (cf. n. 949. 951), plerumque omnibus inferioris aetatis inde ab Septimio Severo titulis. In nummis Diocletianus demum hoc nomen cudi iussit.*

---

941 IMP CAES DIVI TRAIANI PAR|THICI FIL DIVI NERVAE NEPO | TRAIANO HADRIANO AVG | P M TR POT · XVI[1] · COS · III · P P S | OLYMPIO[2] | COLONIA IVLIA AVGVSTA | DIENSIVM S PER · LEGATVM | C MEMMIVM LYCVM S | ΔΙΕCΤΩΝ[3]

Athenis. Corp. III, 548 descr. Bursianus. — [1]) *A. 132.* [2]) *Cf. de hoc nomine Eckhelium VI p. 518 et Henzen 5453 (Priapi rep):* IMP | CAESARI | TRAIANO | HADRIANO | AVG · IOVI | OLYMPIO | CONDITORI | CO-[*l(oniae)*], *qui in monumentis Latinis deorum nomina cognominum loco imperatoribus admodum raro indita inveniri adnotat, quamvis saepe id adulationis genus in titulis Graecis obvium sit.* [3]) *Dienses apud Pausaniam 9, 30, 8 (cf. Steph. Byz. s. v. Δῖον) appellari Διασταί adnotat Bursianus.*

---

942 L · AELIO · CAESAR[1] | IMP · CAES · TRAIANI | HADRIANI · AVG · PONT · MAX · TRIB · POT · XXI[2] | IMP · II[3] · COS · III · P · P · FILIO | DIVI · TRAIANI · PARTHICI | NEPOTI · DIVI · NERVAE | PRONEPOTI · TRIB · POT | COS · II · PONITIF . . . .

Olim S. Angeli in Vado, nunc Urbini. Descr. Bormannus (Orelli 829). — [1]) *Cf. de eo Eckhelium VI p. 524 Borghesium Opp. III, 11. IV, 172.* [2]) *A. 137.* [3]) *Imperator iterum legitur in marmoribus inde ab a. 135; est unica Hadriani acclamatio, ex victoria Iudaica sine dubio parta cf. Henzen n. 5457.*

---

943 S · P · Q · R · | IMP · CAESARI · T · AELIO · HADRIANO | ANTONINO · AVG · PIO · P · P[1] | PONTIF · MAX · TRIB · POT · VI[2] · COS · III · OPTIMO | MAXIMOQ · PRINCIPI · ET · CVM · SVMMA | BENIGNITATE · IVSTISSIMO · OB INSIGNEM · ERGA | CAERIMONIAS · PVBLICAS · CVRAM · AC · RELIGIONEM[3]

Romae. Corp. VI, 1001 descr. Henzenus; quae inclinatis dedi hodie non apparent. (Orell. 844). — [1]) *Pater patriae vocatus est a. 139 cf. Eckhel VII p. 35.* [2]) *A. 143.* [3]) *Cf. Eckhel VII p. 29 sq.*

944 IMP · CAES · DIVI · HADRIAN · F | DIVI · TRAIANI · PARTHICI · NEPOTI | DIVI · NERVAE · PRONEPOTI · | T · AELIO · HADRIANO · ANTONINO | AVG · PONT · MAX · TRIB · POT · VIIII[1] | IMP · II[2] · COS · IIII · P · P | SCAPHARI · QVI · ROMVLAE | NEGOTIANTVR · | D · S · P · D · D[3]

In col. Iulia Romula Hispali (Sevilla) rep. Corp. II, 1168 descr. Huebnerus. — [1]) *A. 146.* [2]) *Invenitur in titulis inde ab a. 142 (trib. pot. V).* [3]) *D(e) s(ua) p(ecunia) d(ederunt) d(edicarunt).*

---

945 DIVO · ANTONINO · AVG · PIO | ANTONINVS · AVGVSTVS · ET | VERVS · AVGVSTVS · FILII

Romae in columna Antonini. Corp. VI, 1004 descr. Rossius (Or. 848).

---

946 M · AELIO AV|RELIO VERO | CAES[1] · COS · II[2] | IMP · CAES · T · AE|L · HADRIANI | ANTONINI · AVG · | PII · PP · F · DD · P · P[3]

Sufetulae (Sbéitla). Guérin voy. arch. I p. 378 qui descr. — [1]) *Caesar factus est a. 139, adoptatus a Pio, a quo tempore vel ita vel* M. Aurelius Verus Caesar *vel* M. Aurelius Caesar *vocatur.* [2]) *A. 145. Titulus hoc anno sequenteve positus videtur, cum tribunicia potestas, quam accepit a. 147 nondum commemoretur.* [3]) *D(ecurionum) d(ecreto) p(ecunia) p(ublica) vel: p(ermissu) p(roconsulis).*

---

947 L · AELIO · AVRELIO | COMMODO[1] | IMPERATORIS · CAESA|RIS · T · AELI · HADRI|ANI · ANTONINI | AVG · PII · P · P · F | D · D · PP

Thysdri (El Djem in regno Tunetano). Guérin Voy. arch. I p. 100 qui descr. (Henz. 5482). — [1]) *Ante a. 154 positus videtur, nam eo anno Lucius consul fuit.*

948

IMP · CAES · M	IMP · CAES · L · AV-
AVRELIO · ANTO	RELIO · VERO · AVG
NINO · AVG · TRIB	TRIB · POT · $\overline{II}$[1] · COS · $\overline{II}$
POT · XVI[1] · COS · III	DIVI · ANTONINI · F
DIVI · ANTONINI · F · DIVI	DIVI · HADRIANI
HADRIANI · NEP · DIVI	NEP · DIVI · TRAIANI
TRAIANI · PARTHIC · PRO	PARTHIC · PRON
DIVI · NERVAE · ABNEPOT	DIVI · NERVAE · AB
PVBLICE	NEPOTI
	PVBLICE
D D[2]	D D

Iuxta in eadem basi Hydrunti (Otranto) I. Neap. 442 et 443 descr. H. Schulzius. — [1]) *A. 162. In M. Aurelii titulo omittitur pontifex*

maximus, ne frater collega offenderetur, ad quem hic titulus non pertinebat. [2]) *Basem positam videri Imperatoribus, cum L. Verus a. 162 ab Hydrunto contra Parthos in orientem proficisceretur, adnotat Mommsenus.*

---

949 IMP · CAeS · DIVI · ANTONIN | FIL · DIVI · HADrIANI · NEP · | DIVI · TRAIANI · PARTHICI · | PROnEP · DIVI · NErVAE · AbnEP | L · AVRELIO · VERO · aVg · ARMENIACo [1] | IMP · $\overline{II}$ · PONTIf · MAX [2] · TRIB · POT · IIII [3] | COS · II · PROCOS [4] | TI · CL · SAETHIDA · CAElIANVS | ET · frONTINVS · NICErATVS [5]

Messenae. Corp. III, 495 sec. Fourmontium. — [1]) *Suscepit hoc nomen L. Verus subacta Armenia a. 163, Marcus anno sequente demum 164 cf. Eckhel VII p. 72. Ex eadem victoria et Lucius et Marcus imperatores II acclamati sunt.* [2]) *Saepius in provincia (cf. Henzen 5483) L. Verus pontifex maximus dicitur, quamvis nunquam hoc sacerdotio functus sit, aut adulatione aut errore.* [3]) *A. 164.* [4]) *Cf. supra n. 940.* [5]) *'Fratres Ti. Claudii Saethida Caelianus et Frontinus Niceratus noti sunt ex titulis aliis cum Latinis I. Neap. 1879. 1881 tum Graeco item Messenae reperto C. I. Gr. 1318 (cf. H. Keil mus. Rhen. nov. 14, 531)'. Mommsenus l. l.*

---

950 IMP · CAES | L · AVRELIO | VERO · AVG · AR|MEN [1] · PART · MAX [2] | MED [3] · P · M · TR · P · VII | COS · $\overline{III}$ [4] | L · ALFENVS · AVI|TIANVS · P · P [5] · TR | COH · $\overline{III}$ · VIG | XIII · VRB . . . . | . . . . . .

In col. Iulia Gemella Acci (Guadix). Corp. II n. 3399 descr. Huebnerus. — [1]) *Inde ab a. 163 cf. ad n. 949.* [2]) *Verus hoc nomen a. 165, Marcus 166 recepit cf. Eckhel VII p. 72.* [3]) *Medicus uterque imperator vocatur ab a. 166. Eckhel VII p. 52.* [4]) *A. 167.* [5]) *P(rimi)p(ilaris).*

---

951 DIVO VERO PARTH MAX FRATRI | IMP CAESARIS M AVRELI ANTONIN AVG | ARMENIAC · MEDIC GERM [1] PARTHIC MAX | TRIBVNIC POTESTATIS $\overline{XXVI}$ [2] IMP V PP [3] | COS III PROCOS | COLONIA VLPIA TRAIAN AVG DAC | SARMIZEGETVSA

Sarmizegetusae. Corp. III, 1450 descr. Mommsenus. — [1]) Germanici *nomen meruit Marcus a. 172 cf. Eckhel VII p. 73.* Parthici maximi *nomen, licet antea iam partum, post Germanicum ponitur ut omnium maximum, eadem de causa divo etiam Vero additur. In nummis Marcus anno iam 169 post Veri mortem abiecit nomina illius victoriis adquisita, in marmoribus postea quoque passim inveniuntur.* [2]) *A. 172.* [3]) *Vita*

Marci c. 9: patris patriae nomen delatum fratre absente in eiusdem praesentiam distulit. *c. 12:* posteaquam autem e Syria victor rediit frater (*fine a. 166*), patris patriae nomen ambobus decretum est. *Confirmant id marmora, nam post a. 167 et Marcus et Lucius in iis fere semper patres patriae appellantur, contra in nummis L. Verus hoc nomine nunquam utitur, Marcus inde ab anno demum 177 (cf. Eckhel VII p. 70.*

---

952 S · P · Q · R · IMP · CAES · DIVI · ANTONINI · FiL · DIVI · VERI · PARTH · MAX · FRATRI · DIVI · HADRIANI · NEP · DIVI · TRAIANI · PARTH · *pro*NEP · DIVI · NERVAE · ABNEP · M · AVRELIO · ANTONINO · AVG · GERM · SARM [1] · PONTIF · MAXIM · TRIBVNIC · POT · XXX [2] · IMP · VIII · COS · III · P · P · QVOD · OMNES · OMNIVM · ANTE · SE · MAXIMORVM · IMPERATORVM · GLORIAS · SVPERGRESSVS · BELLICOSISSIMIS · GENTIBVS · DELETIS · AVT · SVBACTIS . . . .

Romae in Capitolio (in arcu triumph.) Corp. VI, 1014. Solus servavit Anon. Einsiedl. Vv. divisio ignota. (Or. 861). — [1]) Germanicus *ab a. 172,* Sarmaticus *ab a. 175. Eckhel VII p. 73.* [2]) *A. 176; arcus igitur eo anno exstructus est, quo Marcus et Commodus de Germanis et Sarmatis triumpharunt.*

---

953 IMP · CAES · IMPER | M · AVREL · ANTONINI | AVG · P · DIVi · PII · NEP · DIVI | HADR*iani* · PRON · DIVI | TRAI · PARTHICI · ABNEP | L · AVRELIO · COMMODO | AVG · GERMAN · SARM [1] | FEL · IVL · OLIS | PER · Q · COELIVM · CASSIANVM | ET · M · FABIVM · TVSCVM · IIVIR

Olisipone (Lisboa). Corp. II, 187. — [1]) Caesar *Commodus a. 166 appellatus est,* Imperator Augustus *et* pater patriae *a. 177, cum anno 176 exeunte iam tribuniciam potestatem accepisset. Germanici et Sarmatici nomina cum patre a. 172 et 175 sumpsit. Positus igitur est titulus a. 177/180.*

---

954 *imp. caes.* | *l. aur. commodo* | AVG | *germ. sarm.* [1] | IMP · ANTONINI | AVG · *f.* | RES · PVBL | SISCIANOR

Sisciae. Corp. III, 3968 descr. Mommsenus. — [1]) *Titulus positus est a. 177/180; nomina Commodi post mortem execrationemque eius erasa sunt cf. Eckhel VII p. 130.*

---

955 ⚬ PRO ⚬ SALVTE ⚬ | IMP · CAES · M · AVRELI | COMMODI · ANTONINI · AVG · PII [1] · SARM · GER | BRITT [2] · FEL [3] · P · P · PONT · MAX [4] · TR · P · XII [5] · IMP · VII | COS · V · MVNVS · GLADIAT · ET · VENAT · VARI · GEN |

DENTATAR · FERAR · ET · *man*SVET[6] · ITEM · HERBAT | M · COSINIVS · M · F · QVIR · CELERINVS | IN · COL · VENER · RVSICADE · DE SVA · PEC | PROMISIT EDIDIT

Rusicade (Philippeville). Bull. Inst. arch. 1859 p. 51 ed. Renierus. — [1]) Pii *elogium in Commodum collatum est a. 183. Eckhel VII p. 111.* [2]) Britannicus *et* imperator VII *vocatus est ex victoriis Ulpii Marcelli in Britannia a. 184. Eckhel VII p. 111. 135.* [3]) Felix *post caesum Perennem a. 185. Eckhel VII p. 135.* [4]) Pontificis maximi *titulus in nummis inscriptionibusque ab anno demum 184 invenitur, excepta una tabula Arvali a. 183 (Marini tab. 32), in qua, cum bis Commodi tituli enarrentur, priore quidem loco abest pontificatus, additur altero; quare, nisi error subest quadratarii, Commodum labente a. 183 sacerdotium suscepisse accipiendum. Eckhel VII p. 137.* [5]) *A. 187.* [6]) *In lapide* ET VCISVET.

---

956 IMP · CAESARI | DIVI · M · ANTONINI · PII | GERMAN · SARMATIC · FILIO | DIVI · PII · NEPOTI · DIVI · HADRIAN | PRONEPOTI · DIVI · TRAIANI · PARTHIC | ABNEPOTI · DIVI · NERVAE · ADNEPOTI | M · AVRELIO · COMMODO · ANTONIN | PIO · FELICI · AVG · SARMAT · GERM · MAXIM | BRITTAN · PONT · MAX · TRIB · POTEST · XIIII[1] | IMP · VIII · COS · V · P · P | FORTISSIMO PRINCIPI[2] | M · NONIVS · ARRIVS · MVCIANVS

Brixiae. Gruter 262, 5 descr. Mommsenus. — [1]) *A. 189.* [2]) Nobilissimus omnium et felicissimus princeps *Renier 4408 (a. 186 cf. eiusdem anni nummos:* NOBILITAS · AVG *Eckhel VII p. 116).*

---

957 CRISPINAE | AVG[1] | IMP · CAES ∽ | L · AELI · AV|RELI COM|MOD ∽ AVG | CONIVGI[2] | D · D · P P[3]

Thamugade. Renier n. 1496. — [1]) *Cf. Eckhel VII p. 139. Ob adulterium palatio exturbata est anno circiter 183. Vit. Commod. c. 5 Dio 72, 4. Positus igitur est titulus a. 177/183.* [2]) *In litura reposita sunt. Nomina sunt Commodi quae gessit inde ab anno demum 191 (cf. tit. sepulcr. eius n. 969 et Eckhelium VII p. 127); itaque olim sine dubio in lapide scripta erant nomina eius antiquiora M. Aurelii Commodi Antonini Pii (?) Augusti, quibus post interitum eius erasis imperante Severo (cf. Eckhel VII p. 132) ea reposita sunt, quae postremis imperii sui annis gessit.* [3]) *D(ecurionum) d(ecreto) p(ecunia) p(ublica).*

Inscriptiones molis Hadrianae.

Supra portam in introitu:

958 IMP · CAES · DIVI · TRAIANI · PARTHICI · FILIO · DIVI | NERVAE · NEPOTI · TRAIANO · HADRIANO · AVGVSTO | PONT · MAX · TRIB · POT · XXII[1] · IMP · II · COS · III · P · P · ET · DIVAE · SABINAE | IMP · CAESAR · T · AELIVS · HADRIANVS · ANTONINVS · AVG · PIVS | PONTIFEX · MAX · TRIBVN · POTEST · II · COS · II · DESIGN · III · P · P | PARENTIBVS · SVIS

Corp. VI, 984 ad exempla Signorilianum, Poggianum, Cyriacanum (Henzen 5459). — [1]) A. 138, quo mortuus die X Iulii primum Puteolis, deinde in Hadrianeo ab Antonino sepultus est (cf. vit. Hadr. c. 25) anno 139. Eo tempore consecratam fuisse iam Sabinam, nondum vero eundem honorem habitum esse Hadriano, indeque colligendum esse, Sabinae non ab Antonino, sed ab ipso marito extremum eum honorem habitum esse, adnotavit Mommsenus l. l.

In muri australis flumen versus siti ea parte quae adspicienti est a sinistra portae:

959 IMP · CAESARI · TITO · AELIO | HADRIANO · ANTONINO | AVG · PIO[1] · PONTIFICI · MAX | TRIBVNIC · POT · XXIIII | IMP · II · COS · IIII · P · P

Corp. VI, 986 ad exempla Anon. Einsiedlensis, Signorilianum, Cyriacanum. — [1]) Mortuus est die 7 Martii a. 161 cf. Eckhel VII p. 26.

---

960 DIVAE · FAVSTINAE · AVGVSTAE · IMP · CAESARIS · T · AELII · HADRIANI · ANTONINI · AVG · PII · PONTIF · MAXIMI · TRIB · POT · IIII · COS · III · P · P[1]

Corp. VI, 987 servavit Anonym. Einsiedl. (Or. 851). — [1]) A. 141 cf. de Faustina Eckhelium VII p. 37 sq.

---

961 M · AVRELIVS · FVLVVS · ANTONINVS[1] · FILIVS · IMP · CAESARIS · T · AELII · HADRIANI · ANTONINI · AVG · PII · P · P

Corp. VI, 988 servavit Anon. Einsiedl. (Or. 852).

---

962 M · GALERIVS · AVRELIVS · ANTONINVS[1] · FILIVS · IMP · CAESARIS · T · AELII · HADRIANI · ANTONINI · AVG · PII · P · P

Corp. VI, 989 servavit Anon. Einsiedl. (Or. 853). — [1]) Filii sunt Antonini Pii, quos ille cum M. Aurelium et L. Verum iussu Hadriani adoptavisset ab omni succedendi spe amovit; ideo neque Caesares dicuntur neque honoribus ornati sunt qui conferri solebant in imperatores destinatos.

963 AVRELIA · FADILLA[1] · FILIA · IMP · CAESARIS · T · AELII · HADRIANI · ANTONINI · AVGVSTI · PII · P · P

Corp. VI, 990 servavit Anon. Einsiedl. (Or. 854). — [1]) *Lamiae Silani uxor. Vita Pii c. 1. 3.*

---

964 T · AVRELIVS · ANTONINVS[1] · M · AVRELII · CAESARIS · FILIVS · IMP · ANTONINI · AVGVSTI · PII · P · P · NEPOS

Corp. VI, 993 servavit Anon. Einsiedl. (Or. 870).

---

965 T · AELIVS · AVRELIVS[1] · M · AVRELII · CAESARIS · ET · FAVSTINAE · AVG · FILIVS · IMP · ANTONINI · AVGVSTI · PII · *p. p.* NEPOS

Corp. VI, 994 servavit Anon. Einsiedl. (Or. 871). — [1]) *Cf. de eo Borghesium opp. 7, 113.*

---

966 DOMITIA · FAVSTINA[1] · M · AVRELII · CAESARIS · FILIA · IMP · ANTONINI · AVGVSTI · PII · P · P · NEPTIS

Corp. VI, 995 servavit Anon. Einsiedl. (Or. 872). — [1]) *Omnes hi M. Aurelii liberi commemorati hoc titulo et praecedentibus duobus mortui sunt vivo Pio, Marco nondum Augusto. De Domitia Faustina cf. Frontonem ad M. Caesarem 4, 11. 12 et Borghesium opp. 3 p. 238.*

Ab altera parte portae:

967 L · AELIO · CAESARI[1] · DIVI · HADRIANI · AVG · FILIO · COS · II

Corp. VI, 985 descr. Anon. Einsiedl., Signorilius, Cyriacus. (Or. 830). — [1]) *Cf. supra n. 942. K. Ianuariis a. 138 mortuus est. Vita eius c. 4. De sepultura eius cf. Vit. Veri 11.*

---

968 IMP · CAESARI · L · AVRELIO | VERO · AVG · ARMENIAC · MED | PARTHIC · PONTIFIC · TRIBVNIC | POT · VIIII[1] · IMP · V · COS · III · P · P

Corp. VI, 991 descr. Smetius. (Or. 875). — [1]) *Mortuus est initio a. 169.*

---

969 IMPERATORI · CAESARI · DIVI · MARCI · ANTONINI · PII · GERMANICI | SARMATICI[1] · FILIO · DIVI · PII · NEPOTI · DIVI · HADRIANI · PRONEPOTI | DIVI · TRAIANI · PARTHICI · ABNEPOTI · DIVI · NERVAE · ADNEPOTI | L · AELIO · AVRELIO · COMMODO[2] · AVGVSTO · SARMATICO | GERMANICO · MAXIMO · BRITANNICO · PONTIFICI · MAXIMO · TRIBVNICIAE | POTEST · XVIII[3] · IMPERAT · VIII · CONSVLI · VII · PATRI · PATRIAE

Corp. VI, 992 descr. Smetius (Or. 887). — [1]) SARMATICI *deest in Eins.* [2]) *His nominibus utitur Commodus inde ab a. 191 cf. Eckhel VII p. 127.*

[3]) *Interfectus est Commodus pridie kalendas Ianuarias nocte a. 192/193. Anno 192 Commodus gessit tribuniciam potestatem XVII; de tribunic. pot. XVIII cf. Eckhelium VII p. 131. VIII p. 418. De Commodi sepultura cf. Vitam eius c. 17.*

970a PLOTINAE | AVG[1] | CONIVGI · AVG

970b IMP · CAESARI · DIVI · NERVAE · F · NERVAE | TRAIANO · OPTIMO · AVG · GERMANICO · DACICO | PONT · MAX · TR · POT · XVIIII[2] · IMP · VIIII | COS · VI · P · P · PROVIDENTISSIMO · PRINCIPI | SENATVS · P · Q · R · QVOD · ACCESSVM | ITALIAE · HOC · ETIAM · ADDITO · EX · PECVNIA · SVA | PORTV · TVTIOREM · NAVIGANTIBVS · REDDIDERIT

970c DIVAE | MARCIANAE | AVG[1] | SORORI · AVG

Anconae in arcu Traiani. Titulus Traiani in medio positus est, a sinistra Plotinae, a dextra Marcianae. Orelli 792. — [1]) Et Plotina et Marciana, primo iam Traiani imperii tempore a senatu Augustae vocatae, hoc nomen distulerunt, receperunt inter a. 100 et 105; utraque consecrata est post mortem, sed Plotina imperante Hadriano demum decessit. Cf. Eckhel VI p. 465 sq. [2]) A. 115.

---

971 MATIDIAE | AVG[1] | FEL · IVL · OLISIPO | PER | Q ANTONIVM GALLVM | T MARCIVM MRCIANVM | IIVIR

Olisipone (Lisboa). Corp. II, 4993 ad exemplum antiquum. — [1]) Cf. Eckhel VI p. 469. Neptis est Traiani ex Marciana sorore, Augusta vocata aliquanto post matrem.

---

972 DOMITIAE | PAVLINAE · SORORI | IMP · CAESARIS | TRAIANI · HADRIANI | AVG · P · P | FVNDANI | D · D

Fundis (Fondi). I. Neap. 4142 (Orell. 821) ad exempla antiqua.

---

973 SABINAE · AVG[1] | IMP · CAES · TRAIANI | HADRIANI · AVGVSTI | DIVI · NERVAE · NEPOTIS | DIVI · TRAIANI · DAC · PARTH · F · D · D | FELICITAS · IVLIA · OLISIPO | PER | M · GELLIVM · RVTILIANVM | ET · L · IVLIVM · AVITVM · IIVIR

Olisipone (Lisboa). Corp. II, 4992 ad exempla antiqua. — [1]) Sororis Marcianae neptis, huius filiae Matidiae filia, nupsit Hadriano vivo etiamtum Traiano, Augustae nomen accepit a. 128, obiit a. 136 exeunte vel 137 initio cf. Eckhel VI p. 520.

---

974 MATIDIAE | AVG · FIL[1] · DIVAE | MARCIANAE · AVG | NEPTI · DIVAE SABINAE | AVG · SORORI | IMP · ANTONINI | AVG · PII · P · P · MATERTERE[2] (*sic*) | MINTVRNENSES | D · D ·

Minturnis (prope Trajetto). I. Neap. 4055 descr. Mommsenus (Orell. 836). Cf. titulos huic plane similes I. Neap. 4022. 4029. 4030. 4031, omnes Suessae inventos, ubi hunc quoque inventum esse traditur, recte fortasse. — [1]) *Legendum:* Aug(ustae) fil(iae), *scilicet Matidiae maioris. Patrem eius* L. Vibium *quendam fuisse probavit Borghesius Opp. III p. 239 sq. ex titulis libertorum Sabinae Augustae, Matidiae sororis, qui dicuntur* L. Vibii. Augustae *nomen nunquam accepit.* [2]) *Secundum usum horum temporum etiam Sabina parens facta creditur Pii per adoptionem; itaque Matidia Sabinae soror Pii matertera. Positus est titulus inter a. 139/161, nam Pius iam pater patriae, nondum divus appellatur.*

---

975 DIVAE | FAVSTINAE[1]

Tarracone. Corp. II, 4096 descr. Huebnerus. — [1]) *'Propter brevitatem rettuli ad Faustinam maiorem, a qua iunior post mortem solet aliquo modo distingui.' Huebnerus l. l. Cf. eiusdem titul. sepulcralem n. 960.*

---

976 FAVSTINAE | AVG[1] | IMP · CAES · T · AELI | HADRIANI · ANTONI|NI · AVG · PII · P · P · TR · P · X[2] | IMP · II · COS · IIII | FILIAE | M · AVRELI · CAESARIS | VXORI

Tiferni Tiberini (Città di Castello). Gori Etr. II p. 340 (Orell. 865). — [1]) *Cf. Eckhel VII p. 76. Eam Augustam iam eo tempore fuisse, quo maritus Caesar fuit, (fortasse ab a. 147) nummis quoque probatur.* [2]) *A. 147.*

---

977 FAVSTINAE · AVG | IMP · CAES · M · AVRELI | ANTONINI · AVG · GERM|NICI · TR · POT · XXVII[1] | COS · III · P P | C · LABERIVS QVAR-TINVS | COS[2] VII VIR · EPVL

Ferentini. Henzen 6015. Lectio certa. — [1]) *A. 173.* [2]) *Suffectus anni incerti.* — Matris castrorum *nomen, quod primam Faustinam suscepisse ex nummis constat, in titulis eius nunquam, quod sciam, invenitur, nam Orell. 866 ad Iuliam Domnam spectat cf. Corp. III, 1565.*

---

978 DIVAE | FAVSTINAE | PIAE[1] | IMP · ANTONIN | AVG | P · D · D

Aeclani (Mirabella). I. Neap. 1101 descr. Mommsenus (Henz. 5472a). — [1]) Piae *cognomen post consecrationem demum (a. 175) invenitur.*

---

979 VIBIAE AV|RELIAE DI|VI M F DIVI | SEVERI SOR | SABINAE[1] | PATRO-NAE | MVNICIPII | DECVRIONes | . . . .

Calamae. Renier n. 2719. — [1]) *Vibiae Aureliae, divi M(arci) f(iliae), divi Severi sor(ori), Sabinae. Cf. de ea Borghesium Opp. III, 238 sq.*

V, 433. Petronio Mamertino videtur nupta fuisse. Positus est titulus imperante Caracalla.

---

980 I · O · M | ET · MARTI | CVSTODI | P · HELVIVS | PERTINAX | PRAEF[1]
Sirmii (Mitrovic). Corp. III, 3232 (Henzen 5490). — [1]) *Pertinacem scimus primum ordinem duxisse, deinde cohorti in Syria, alae in Moesia praefuisse (vita c. 1. 2).*

---

981. 982 IMP · CAES · P · HELVIO | PERTINACI AVG | COS · II PONTIFICI | MAXIMO · TRIB · POT | P · P[1] · PRINCIPI SEN[2] | FORTISSIMO DVCI | ET OMNIVM VIR|IVTVVM (*sic*) PRINCIPI | CAPENATES FOEDER | PR · C LICINIO SPERAN|DO[3]

In dextro latere: DEDICATA · XIII · KAL · APRIL | CVR · P · SEXTILIO PROSPECTO Q Q | *ET · L* · MVCIO MVCIANO | FALCONE ET CLARO COS[4]

Olim Capenae nunc Romae. Orelli 896 descr. Henzenus. Inclinatis expressi quae nunc vel latent vel perierunt. — [1]) *Vit. Pertin. 5:* primus omnium ea die, qua Augustus est appellatus, etiam patris patriae nomen recepit *cf. Dio 73, 5.* [2]) Principis senatus *nomen abest a nummis, sed inscriptionibus addi solet cf. Dio 73, 5* καὶ ἔλαβε τάς τε ἄλλας ἐπικλήσεις τὰς προσηκούσας καὶ ἑτέραν ἐπὶ τῷ δημοτικὸς εἶναι βούλεσθαι· πρόκριτος γὰρ τῆς γερουσίας κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐπωνομάσθη. [3]) *Capenates foeder(ati), pr(aetore) C. Licinio Sperando.* [4]) *A. 193.* — *Titulus Orell. 895 quo uxor* Flavia Titiana *filiusque* P. Helvius Pertinax Caesar *commemorantur mihi quidem valde suspectus est, Pertinax enim filius nunquam* Caesar *fuit cf. Eckhel VII p. 146. Si genuinus est Caesaris cognomen additum errorem provincialem iudico.*

---

983 IMP · CAES · L · SEPTIMIO · SEVERO · PERTINACI[1] · AVG · P · M | TRIB · POT · III · IMP · V[2] · COS · II · P P · PARTHICO · ARA|BICO · ET PARTHICO · AZIABENICO[3] · D D · P P[4]

Ammaedarae (Haïdra) in arcu. Guérin voy. arch. I p. 350 qui descr. — [1]) *Pertinacis nomen Severum a senatu accepisse narrant biographi, sed recte Herodianus Severum hoc nomen sibi ipsum indidisse cum adhuc in Illyrico ageret, refert. Ceterum eodem quo haec basis posita est anno (195), Severus Pii nomen adsumpsit, quo usque ad mortem usus est. Eckhel VII p. 192.* [2]) *Priore parte a. 195, eodem enim anno* VI *et* VII imperator *acclamatus est.* [3]) Patris patriae *nomen a. 194,* Arabici *et* Adiabenici *a. 195 accepit.* [4]) *D(ecurionum) d(ecreto) p(ermissu) p(roconsulis), vel: p(ecunia) p(ublica).*

984 M · AVRELIO | ANTONINO | CAES[1] | IMP · DESTIN[2] | IMP · L · SEPTIMI | SEVERI · PII · PERTI|NACIS · AVG | FILIO | D · D

Casini. I. Neap. 4233 descr. Guarinius. — [1]) *Caracalla in Antoninorum familiam adoptatus et Caesar appellatus est a. 196 cf. Eckhel VII p. 199, indeque ab eo tempore appellatur aut ita ut supra aut* M. Aur. Anton. Severus Caesar. [2]) *A. 197; tribunicia potestate Augustoque nomine ornatus est a. 198. In nummis eiusdem anni praeterea* princeps iuventutis *vocatur cf. Eckhel VII p. 199 sq., in marmoribus quod sciam hic titulus nondum inventus est, nam Gori Etr. 1 p. 13, 10 aut spurius aut certe interpolatus est.* Pontificatus *quoque quem item a. 197 accepit vivo patre perraro commemoratur.*

---

985 HERCVLI · INVICTO · SACR | GENIO · NVM · EQ · SING · | AVGG · NN[1] · PRO SALVTE | IMPP · CESAR · L · SEPTIMI | SEVERI · ET · M · AVRELI AN|TONINI · ET GETE CESARI[2] | ET · IVLIAE · AVG · MATRI | CASTROR · ET AVGG[3] | eT PLAVTILLE aVG et | P · FuLVI · plaVtianI PR | PR CV[4] ToTIVSQVE DO|MVS DIVINE[5] · ET · TRIB | OCCIO VALENTE ET · OCTAVIo | PISONI · ET · ꟽ · EXSERC[6] · FL · | TITIANO ET · AVREL · LVPO | C · IVLIVS SECVNDVS | VEXIL · ERE · SVO DEO · DED

In latere sinistro: DEDIK · IDB · SEPT | SEVERO III · ET | ANTONINO · AV|GG NN C$\overline{O}$S[7]

Romae. Henzen n. 5508 descr. Bormannus. — [1]) *Genio num(eri) eq(uitum) sing(ularium) Aug(ustorum) n(ostrorum).* [2]) *De Getae nomine eraso cf. tit. sequentem.* [3]) *Proprie dicendum erat* Aug(usti) et Caesaris, *sed ita saepius brevitatis causa.* [4]) *Pr(aefecti) pr(aetorio) c(larissimi) v(iri). 'Plautianus ut praefectus praetorio eminentissimus vir erat, sed propter consulatum bis gestum clarissimum eum appellatum esse credo'. Henzenus. Cf. de hoc clarissimatus usu Boeckingium Not. dign. Ind. p. 37 s. v. Nomina Plautillae et Plautiani post condemnationem eorum erasa sunt cf. Eckhel VII p. 224 et infra* procurator ad bona Plautiani. [5]) Domus Augusta *vocatur* divina *in titulis inde a medio fere saec. II cf. supra ad n. 939.* [6]) *Centurionibus exerc(itatoribus) (duobus).* [7]) *A. 202.*

---

986 *fulviae plautillae augustae* | IMP · M · AVRELI · ANTONINI | AVG · PII · FELICIS · PONTIFICIS · CONS[1] | IMP · L · SEPTIMI · SEVERI · AVG · PII · FELICIS | PONTIFICIS · ET · PARTHICI · MAXIMI · COS · $\overline{III}$ · NVRVI | FILIAE | *p. fulvi plautiani c. v.* | PONTIFICIS · NOBILISSIMI · $\overline{PR}$ · PR · NECESSARII |

AVGG · ET · COMITIS · PER · OMNES · EXPEDITIONES · EORVM | T · STATILIVS · CALOCAERVS · NOMENCL | CVM · STATILIO · DIONYSIO · TRIB · LEG · XVI · FLAVIAE | ET · STATILIO · MYRONE · DISSIGNATORE · SCAENAR | FILIIS · ET · STATILIO · DIONYSIO · DISCIPVLO · FICTORVM | PONTIFICVM · C · C · V · V · NEPOTE · SVO | AMPLA · BENEFICIA · DE · INDVLGENTIA | AVGVSTORVM · SVFFRAGIO · PATRIS · EIVS | CONSECVTVS

Romae rep. Gruter 270, 6 descr. Smetius (Orell. 934). — [1]) *Scilicet:* coniugi. *Consul fuit Caracalla a. 202 quo ipso sine dubio titulus exaratus est.*

---

987 Imp · CAES · LVCIO · SEPTIMIO · M · FIL[1] · SEVERO · PIO · PERTINACI · AVG · PATRI · PATRIAE · PARTHICO · ARABICO · ET | PARTHICO · ADIABENICO · PONTIFIC · MAXIMO · TRIBVNIC · POTEST · XI[2] · Imp · XI · COS · III · PROCOS[3] · ET | Imp · CAES · M · AVRELIO · L · FIL · ANTONINO · AVG · PIO · FELICI[4] · TRIBVNIC · POTEST · VI · COS · PROCOS · P · P | OPTIMIS · FORTISSIMISQVE · PRINCIPIBVS [5] | OB · REM · PVBLICAM · RESTITVTAM · IMPERIVMQVE · POPVLI · ROMANI · PROPAGATVM[6] | Insignibvs · VIRTVTIBVS · EORVM · DOMI · FORISQVE · S · P · Q · R

Romae in foro in arcu Septimii. Grut. 265, 1 descr. Smetius (Orell. 912). — [1]) *Debuit esse* divi M(arci) fil(io). [2]) *A. 203. Ceterum nescio cur absit* Parthici maximi *titulus, quem suscepit Severus iam a. 199.* [3]) *Cf. ad n. 940.* [4]) Pius *vocatur inde ab a. 201,* Felix *in nummis ab a. 213 itemque in lapidibus ab hoc demum anno constanter, sed saepissime etiam antea Ann. Inst. arch. 1858 p. 286 (a. 205) Or. 4975 (a. 206) cet. Titulis* Arabici *et* Adiabenici *abstinet Caracalla vivo patre, partis scilicet antequam Augustus esset, post patris mortem interdum sed perraro iis utitur (Henzen 5595).* [5]) *Legebatur olim:* ET | P · SEPTIMII · GETAE · NOBILISSIMI · CAESARIS, *sed Getae nomina iussu fratris Caracallae, postquam eum a. 212 occidit, in omnibus monumentis erasa sunt cf. Dio 77, 12, 6. Lacunam vario modo titulis Caracallam praedicantibus supplevere, nihil ratione habita temporis, quo olim inscriptio incisa erat; ita hic quoque* patris patriae *elogium tribuitur Imperatori, quod patre demum mortuo a. 211 accepit; in paucis enim exemplis, in quibus vivo patre positis hoc nomen legitur, id aut quadratarii aut, idque plerumque, descriptoris errori debetur, lituram scilicet indicare neglegentis.* [6]) *Indicantur res in Oriente prospere gestae.*

988 IMP · CAES · L · SEPTIMIO · SEVERO · PIO · PERTINACI · AVG · ARABIC · ADIABENIC · PARTH · MAX[1] · FORTISSIMO · FELICISSIMO | PONTIF · MAX · TRIB · POTEST · XII[2] · IMP · XI · COS · III · PATRI · PATRIAE · ET | IMP · CAES · M · AVRELIO · ANTONINO · PIO · FELICI · AVG · TRIB · POTEST · VII · COS · III[1] · P · P · PROCOS · FORTISSIMO · FELICISSIMOQVE · PRINCIPI[3] · ET | IVLIAE · AVG · MATRI · AVG · N[4] · ET · CASTRORVM · ET · SENATVS · ET · PATRIAE · ET[5] · IMP · CAES · M · AVRELI · ANTONINI · PII · FELICIS · AVG | PARTHICI · MAXIMI · BRITANNICI · MAXIMI[3] | ARGENTARI · ET · NEGOTIANTES · BOARI · HVIVS LOCI · QVI INVEHENT[6] · DEVOTI · NVMINI · EORVM

Romae in arcu Severi minore in foro boario. Corp. VI, 1035 descr. Henzenus et Bormannus (Or. 913). — [1]) Parthici maximi *nomen adsumpserunt Severus et Caracalla a. 199, sed Caracalla hoc titulo vivo patre saepissime abstinet.* [2]) *A. 204.* [3]) *Haec in litura reposita sunt, olim Getae nomen legebatur.* [4]) *Repositum est pro altera* G. [5]) *Erasa videntur* FVLVIAE · PLAVTILLAE · AVG *et versu sequente fere* FILIAE · P · FVLVI · PLAVTIANI · PONTIFICIS · NOBILISSIMI · PR · PR · COS · II · NECESSARII · ET · COMITIS · AVGG. *De titulis Iuliae cf. nummos apud Eckhelium VII p. 196. Iulia Domna est prima, quae in marmoribus his nominibus utitur, pro* patriae *interdum legitur* populi Romani; *postea eadem nomina gesserunt Iulia Mammaea et Marcia Otacilia Severa,* matris castrorum *aliae quoque nonnullae, sed omnes hi tituli post Diocletianum nunquam inveniuntur.* [6]) *Reposita pro eraso vocabulo* LOCI.

---

989 IVLIAE AVGVSTAE[1] MATRI CAS|TRORVM CONIVGI | IMP ◇ CAES ◇ DIVI ◇ M ◇ ANTONINI PII GERM | SARM ◇ FILI DIVI COMMODI FRATRIS DIVI | ANTONINI PII NEPOTIS DIVI HADR ◇ PRONEP | DIVI TRAIANI PARTHIC ◇ ABNEPOT ◇ DIVI NER|VAE ADNEPOTIS | L SEPTIMI SEVERI PII PERTINACIS AVG ◇ ARABIC | ADIABENICI PARTHIC MAX PONT MAX TRIB POTES | XIII[2] IMP XI COS III PROCOS PROPAGATORIS IMPERI | FORTISSIMI FELICISSIMQ PRINCIPIS P P MATRI | IMP CAES L SEPTIMI SEVERI PII PERTINACIS AVG | ARABIC ADIABEN BARTHIC (*sic*) MAX FIL DIV ◇ M ◇ AN|TONINI PII GERM SARM NEPOTIS DIVI ANTONINI | PII PRONEP ◇ DIVI HADRIANI ABNEPOTIS | DIVI TRAIANI PARTHIC ET DIVI NERVAE ADNEP | M ◇ AVRELI ANTONINI PII FELICIS AVG ◇ | PONT MAX TRIB POT ◇ VIIII ◇ COS ◇ III ◇ PROCOS | FORTISSIMI FELICISSIMIQ PRINCIPIS P ◇ P ◇ | ET SVPER OMNES RETRO PRINCIPES INVIC|TISSIMI[3] RESP ◇ PHVENSIVM

In pago Phuensium. Renier n. 2374. — [1]) *Vocatur ita aut* Iulia Domna Augusta, *adiectis saepe ab eodem ut videtur tempore, quo Caracalla iis uti coepit, cognominibus* Piae Felicis. [2]) *A. 205.* [3]) *In litura repositum pro* ET · L · SEPTIMI · GETAE · NOBILISSIMI · CAE|SARIS.

---

990 IMP · CAES · M · AVRELIO ANTONINO AVG · | PIO FELICI PRINCIPI ·
IVVENTVTIS[1] · PP | IMP · CAES · L · SEPTIMI SEVERI PII PERTINA|CIS
AVGVSTI ARABICI ADIABENICI PARTHICI | MAXIMI P P FILIO ET |
| PART MAX BRIT MAX GER MAX PONT MAX P P[2] | | DECRETO
DECVR PECVNIA PVBLICA

Verecundae. Renier n. 1426 qui descr. — [1]) *Caracalla primus Augustus est, qui hoc titulo utitur.* [2]) *In litura reposita sunt; fuit olim:* fratri P. Septimii Getae nobilissimi Caesaris. Britannici *Severus et Caracalla vocantur ab a. 210,* Germanicus *Caracalla ab a. 213,* pontifex maximus *a patris morte a. 211. Getae nomen igitur erasum et quae nunc leguntur loco eius reposita sunt non ante a. 213, ipse autem titulus incisus est inter a. 201, quo Caracalla Pii nomen adsumpsit, et 210 quo Severus Britannici.*

---

991 IMP · CAES · DIVI · SEPTIMI | SEVERI · PII · ARAB · ADIAB | PARTH · MAX ·
BRITT · MAX · FILIO | IMP · CAES · M · AVR · ANTONINI · PII · AVG |
PARTH · MAX · BRITT · MAX · FRATRI | DIVI · MARCI · ANTONINI · PII ·
GERM | SARM · NEPOTI · DIVI · ANTONINI | PII · PRONEPOTI · DIVI ·
HADRIANI | ABNEPOTI · DIVI · TRAIANI · PARTH | ET · DIVI · NERVAE ·
ADNEPOTI *p. septimio getae pio aug. britt. trib. pot. III. cos. II. p. p.*[1] PRO-
COS | EX · DEC · $\overline{C}$ · VIR · PEC · SEV[2] | CVRATORE · M · VIBI . . . . |
TIANO · E · V[3] | L · VALERIO · SABINO · I . . . . .

Curibus (La Fara) rep. Orell. 3739 descr. Henzenus. — [1]) *Tres versus erasos ita supplevit Borghesius Opp. V. p. 280 ex nummis, in secundo* GETAE *etiamnunc in litura apparet. Cum Severus iam divus sit, titulus incisus est aut a. 211 post Severi mortem, aut initio a. 212, cuius mense fere secundo Geta occisus est a fratre; a. 211 tribuniciam potestatem tertiam habebat Geta, cum eam a. 209 una cum* Pii *et* Augusti *nominibus accepisset;* Britannicus *cum patre et fratre vocatus est a. 210,* pater patriae *in nummis inde a morte patris appellatur. Cf. Eckhelium VII p. 227 sq. VIII p. 426 sq.* [2]) *'Ex dec(reto) centumvir(um) pec(unia) Sev(eriana?).' Henzenus.* [3]) *E(gregio) v(iro).*

992 *i*MP · CAES · M · AVRELIO | *a*NTONINO · PIO · | *feli*CI · INVICTO[1] · AVG · |
*tr*iB · POTEST XVII[2] · | *co*S IIII · PROCOS · | P · P · | *co*L HEL[3] AVGVSTA |
*li*LYBITANORVM | *devota* NVMINI *eius*
In latere: *d*EDICATA · VII · ID · SE*pt* | *i*MP · ANTONINO AVG · IIII | ET ·
D · CAELIO · BALBINO · *ii* | COS[4] · | PER · M ANTIVM GRAT*i*|LIANVM · Q ·
PR · PR · PR*ov. sic* | C · V[5]

Lilybaei (Marsala). Bull. Inst. arch. 1868 p. 169 descr. et rest. Bormannus. — [1]) *Cf. Eckhel VII p. 192 qui in nummis Severum* Invictum *vocari coeptum esse post bellum Parthicum demonstravit; in marmoribus saepe quidem vocatur Severus* invictus princeps, dominus noster invictus *cet., pro cognomine autem Caracalla demum* Invicto *utitur et ne is quidem constanter: post eum imperatores plerique.* [2]) *Scribendum* XVI, *erravit quadratarius, annus enim est 213.* [3]) *Col(onia) Hel(via), a Pertinace ita dicta.* [4]) *A. 213.* [5]) *Q(uaestorem) pr(o) pr(aetore) pro-v(inciae) Sic(iliae), c(larissimum) v(irum).*

---

993 FORTVNAE ◆ REDVCI ◆ AVG[1] | IMP · CAES · M · AVRELII ·
ANTONI|NI · PII · FEL · AVG · PARTHICI · MAX · BRI|TANNICI · MAX · PONT ·
MAX · TRIB · POT | XVI[2] · IMP · II · COS · IIII · PP · PROCOS · DIVI | SEVERI
PII ARABICI ADIABENICI PAR|THICI MAX BRITANNICI MAX FILI | DIVI ·
M · ANTONINI PII GERMANICI | SARMATICI NEPOTI DIVI ANTO|NINI
PII PRONEP · DIVI HADRI|ANI ABNEP · DIVI TRAIANI | PARTHICI ◆
ET · DIVI NERVAE | ADNEP · R · P · P · D · D ·[3]

In pago Phuensium. Renier n. 2375. — [1]) *Cf. eiusdem anni nummos Eckhel VII p. 210:* PROFECTIO AVG, *in Galliam scilicet.* [2]) *A. 213.* [3]) *R(es) p(ublica) P(huensium) d(ecreto) d(ecurionum).*

---

994 IMP · CAES · M · AV*relio* | SEVERO · ANTONINO | PIO · FELICI · AVG ·
PARTH | MAXIM · BRITANNIC · MAX | GERM · MAX · PONTIF · MAX |
TRIB · POT · XVIII[1] · IMP · III · COS · IIII | P · P · PROCOS · DIVI · SEPTIMI |
SEVERI · PII · ARAB · ADIAB · PARTH | MAXIM · BRITANNIC · MAX · FILIO ·
DIVI | M · ANTONINI · PII · GERM · SARM · NEP | DIVI · ANTONINI · PII ·
PRONEPOT · DIVI | HADRIANI · ABNEP · DIVI · TRAIANI | PARTH · ET ·
DIVI · NERVAE · ADNEPOT | DOMINO · NOSTRO · INVICTISSIMO |
AVGVSTO · | C · GRANIVS · C · F · Q[2] · CARENSIS · DEVOTIS|SIMVS ·
NVMINI · EIVS · CVM · GRANIIS | ACVLINO · ET · SATVLLO · ET · FESTO ·
FILIS . SVIS | SVA · P · P · LOC · DAT · D · D

Rusicade (Philippeville). Bull. inst. arch. 1859 p. 52 ed. Renierus. — [1]) *A. 215.* [2]) *Q(uirina) (tribu).* — *Corp. II, 4676 Caracalla* pater militum *vocatur in lapide qui hodie periit; probat id Huebnerus, mihi*

male solutum ex P · M *i. e. pontifex maximus, videtur; 4889 certo* P · M *hoc modo legendum.*

---

995 M OPELLI MACRINI PR PR CV[1]
M · OPELLI DIADVMENIANI C P[2]

In fistulis aquariis Romae rep. Henzen 5512. 5513 descr. Marinius. — 1) *'Macrinus a. 212 praetorio a Caracalla praefectus est, Papiniano interfecto cf. vit. Carac. 8 (Dio 78, 11), quamquam Tillemont hist. des empereurs III p. 124 conferendus est.' Henzenus l. l.* 2) *C(larissimi) p(ueri).*

---

996 IMP CAES M *opellio* SEVERO *macrino* PIO FELICI AVG PON*t* MAX TRIB PO*tes*T COS DESIG[1] PP PRO COS | PROVIDENTISSIMO ET SANCTISSIMO PRINCIPI · ET *m. opellio antoni*NO *diadumeniano*[2] | NO*bi*LI*ss*IMO CAESARI[3] PRINCIPI IVVENTVTIS RESPV*blica dia*NEN*siu*M · EX · DEC · DEC

Dianae. Renier n. 1731 qui descr. — 1) *A. 217.* 2) *Nota* Opelli, Macrini, Diadumeniani *tantum nomina erasa, retenta* M., Severi, Antonini *cet., non execrata scilicet.* 3) Nobilissimus Caesar *primus vocatus Geta, inde ab eo omnes Caesares.*

---

997 IMP · CÆS | M · OPELLIVS · SEVERVS | MACRINVS · PIVS · FELIX · AVG · PONT · MAX · TRIB · P · II[1] | P · P · COS · PROCOS · ET · M | OPELLIVS · ANTONINVS | DIADVMINIANVS | NOBILISS · CÆS | PRINC · IVVENTVT | PROVIDENTSSIMI | AVGG · FECER | AB AG M · P[2] · | LVI

Miliarius viae Aguonto in Raetiam rep. Sonnenburg prope S. Lorenzen (prov. Noricum). Corp. III, 5708 descr. Mommsenus ectypa duo. — 1) *A. 218.* 2) *Ab Ag(uonto) m(ilia) p(assuum).*

---

998 IMP · CAES · DIVI · SEPTIMI | SEVERI · NEPOTI · DIVI | ANTONINI · PII · MAGNI · FILIO | M · AVRELIO · ANTONINO · PIO · FEL · AVG | PONT · MAX · TRIB · POT · II[1] | COS[2] · PROCOS · P · P | FORTISSIMO FELICISSIMOQVE | PRINCIPI | A BRAC · AVG | M · P · XXI

Miliarius viae Bracara Asturicam. Corp. II, 4805. — 1) *A. 219.* 2) *Recte in miliariis reliquis huic paribus dicitur* COS · II.

---

999 . . . *hon*ORI IM*p* | *m.* AVRELII ANTO|*n*INI PII FELICIS AVG | *sa*CERD*ot. dei*[1] INVIC|TI SOLIS ELAGABA|*li p*ONT MAX TRIB · POT | III[2] COS III PP | *s.* P ɒ Q ɒ F ɒ[3]

Olim Ferentini. Henzen 7414a ex schedis Marinii Vaticanis. — [1]) *Traditur* . . CERDA'III [2]) *Ita vel* IIII *i. e. a.* 220 *vel* 221. [3]) *S(enatus) p(opulus)q(ue) F(erentinas).*

1000 IMP · CAES | *m. aurelio* | ANTONINO | *pio felici*[1] | INVICTO | AVG · PONT | MAX · TRIB · *p* | V[2] · COS · IIII · PRO|COS · AB · AQ · MP[3] | VIII

Miliarius viae Aquinco Mursam rep. in promontorio Csepeliensi. Corp. III, 3713. Lectio certa. — [1]) *De ratione, qua nomina erasa sunt cf. ad n. 996.* [2]) *A. 222.* [3]) *Ab Aq(uinco) m(ilia) p(assuum).*

1001 IVLIAE MAESAE | AVG · AVIAE · IMP | CAES //////////[1]

Minturnis. I. Neap. 4057 (Henzen 5516). — [1]) *Elagabali aut Severi Alexandri nomina erasa sunt.*

1002 IMP · CAESARI | DIVI · SEPTIMI · SEVERI · | PII · NEP · DIVI · ANTONINI | MAGNI · PII · FILIO | M · AVRELIO · SEVERO | *Alexandro* · PIO · FELICI | AVG[1] · PONTIFIC · MAXIM | TRIB · POTEST · V[2] · COS · II · P · P · | COL · FL · AVG · PVTEOLI

Puteolis. I. Neap. 2495 descr. Mommsenus (Henz. 5519). — [1]) Severi Pii Felicis *nomina una cum* Augusti *nomine a. 222 suscepit; postquam adoptatus est ab Elagabalo a. 221 et antequam imperium iniret vocabatur* M. Aurelius Alexander nobilissimus Caesar imperii heres *cf. Henz. 5514. 6053.* [2]) *A. 226.*

1003 IMP · CAES · | M · AVREL · | SEVERVS · | ALEXANDER | P · F · AVGVST | PONT · MAX · | TRIB · POT | VIIII[1] · COS · III · P · P | RESTITVIT · | AB · AQ[2] · M P LXXIII

Miliarius viae Aquinco Mursam in opp. Paks in Danuvio rep. Corp. III, 3731 descr. Mommsenus. — [1]) *A. 230.* [2]) *Ab Aq(uinco).*

1004 I · O · M | CONSERVATORI | IMP · CAES · M · AVRELI SE|VERI ALEXANDRI INVIC|TI PII FELICIS AVG ❧ ET *iu|liae mamaeae aug. matris* | AVG TOTIVSQ DOMVS DIVINAE | L · MARIVS CRESCENTI|ANVS · Q · AEDIL ❧ II ❧ VIRA[1] | DEVOT ❧ NVMN EORVM A|RAM QVAM DEVOVIT SVA |
5 PECVNIA POSVIT ❧

Lambaesi. Renier n. 1406. — [1]) *Q(uaestor), aedil(is), duumvira(licius).*

1005 IVLIAE · AVITAE | MAMEAE · AVG[1] · | MATRI · DOMINI | N · SANCTISSIMI | IMP · SEVERI · ALE|XANDRI · PII · FE|LICIS · AVG · ET | CASTRORVM · ET | SENATVS · ET · PA|TRIAE · ET · VNIVER|SI · GENERIS · HV|MANI · CONVEN|TVS · KARTHAG

Carthagine nova. Corp. II, 3413 descr. Huebnerus. — 1) *'Iuliam Mamaeam etiam Avitam dictam esse ex hoc titulo solo nisi fallor discimus; cum filia esset Maesae ex Iulio Avito cognomen Avitae nihil habet offensionis'. Huebnerus l. l.*

1006 GNAEAE | SEIAE · HEREN|NIAE · SALVS|TIAE · BARBIAE | ORBIANAE · AVG[1] | CONIVGI · DOMI|NI · NOSTRI · AVG | VALENTINI · VE|TERANI · ET | VETERES

Valentiae. Corp. II, 3734. Lectio certa. — 1) *Cf. Eckhel VII p. 284.*

1007 IMP · CAEs. c. iulio | vERo maximino | P F AVG GERMAN | maX SARMAt max | dACICO maX[1] TRIB POT | iMP · V[2] COS · P · P · PROCOS | et c. iulio vero maximo | gERMAN MAX SARMAT | max DACICO MAX[3] | nobilissimo caesari | filio AVG N | pONTIF MAX[4] | AB AQ MP | XXXIIII

Miliarius viae Aquinco Mursam. Corp. III, 3722 descr. Mommsenus. — 1) *Interdum Maximinus* Pius Felix Invictus Aug. *vocatur Corp. III, 3708. 3711. 3739. Orell. 1256 (?). Renier 4376 cet.* Germanici *nomen suscepit a. 236 cf. Eckhel VII p. 291 eodemque aut certe sequente anno* Sarmatici *et* Dacici. 2) *A. 237 trib. pot. III fuit imperator III, IV, V Corp. II, 4731 Henz. 5045 cet., ad hunc igitur annum pertinet inscriptio.* 3) *Antea Augusti tantum nomina illa ex victoriis parta accipiebant.* 4) *Iunge: Aug(usti) n(ostri) ponti(f)(icis) max(imi).*

1008 IMP CAESAR C IVLIVS | VERVS MAXIMINVS[1] | FELIX AVG GERM MAX SAR|MAT MAX DACICVS MAX PONT | MAX TRIB · POTES IIII[2] IMP · VI | C IVLIVS VERVS MAXIM[1] | noBILISSIMVS CAES PRINCEPS | IVVENTVTIS GERM MAX SAR|MAT MAX DACICVS MAX | VIAM A KARTHAGINE VS|QVE AD FINES NVMIDIAE | PRoVinCIAE LONGA INCVR | CorruPTAM ADQVE Dilapsam | RESTITVERVNT | LXX

Tuneti. Henzen 5312. — 1) *In litura reposita sunt. Capellianum Maximini et Maximi nomina, deleta ab Gordianis, restituenda curavisse coniecit Letronnius Revue archéol. I p. 821.* 2) *A. 238.*

1009 IMP · CAESARI · C · IVLIO · VERO | MAXIMINO · PIO · FELICI · AVG · GERMANICO | MAX · DACICO · MAX · SARMATICO · MAX | PONT · MAX ·

TRIB · POT · V[1] · IMP · VII · P · P · COS | PRO COS · | C · IVLIO · VERO · MAX · NOB · CAESARI | GERMANICO · MAX · DACICO · MAX | SARMATICO · MAX · PRINCIPI · IVVENTVTIS | FIL · D · N | IMP · C · IVLI · VERI · MAXIMINI · P · FEL · AVG | VIAm et PONTES TEMPORE VETVSTATIS | CONLAPSOS RESTITVERVNT | CVRANte Q · DECIO[2] · LEG · AVGG · PR · PR · C · V

Miliarius rep. 'en el valle de Mena' (in conventu Cluniensi). Corp. II, 4886 cf. similes titulos 4756, 4816 cet. quorum partem contulit Huebnerus, ita ut lectio plane certa sit. — [1]) *Tribunicia potestas quinta Maximini extra Hispaniam nunquam invenitur, ibi autem persaepe, quae, Maximino aestate a. 238 iam occiso (cf. Eckhel VII p. 291 sq.), quomodo explicanda sit, non liquet. Id quoque notandum in Hispania Maximini nomen erasum non esse.* [2]) *Legatum hunc Traianum Decium esse postea imperatorem coniecit Borghesius Opp. IV p. 288, sed rem admodum dubiam esse ibidem recte adnotavit Huebnerus.*

1010 MAXIMO CLODIO PVPIENO | LIBERALI AVGVSTO

Recineti in basi statuae. Murat. 252, 2 (Orell. 967). — *Unicus est adhuc Pupieni lapis, [si quidem genuinus est. Th. M.], cum Balbini nullus repertus sit; imperaverunt a mense fere Maio usque ad exeuntem mensem Iulium a. 238. Pupienus in nummis vocatur:* Imp. Caes. M. Clodius Pupienus Maximus Augustus p. m. tr. p. cos. II p. p. *Eckhel VII p. 306 sq.*

1011 IMP · CAES · M · ANto|NIO GORDIANO INVicto | PIO FELICI AVG[1] · PON|TIFIC · MAX · TRIB · POT | III[2] · IMP · III · PP · COS · PROCOS | DIVI GORDIANI[3] NE|POTI ET DIVI GOR|DIANI[4] SORORIS FILIO[5] | RESP VERECVNDENS | DEVOTA NVMINI · | MAIESTATIQ · EIVS

Verecundae. Renier n. 1431 qui descr. (Henz. 5529). — [1]) Invicti *cognomine plerumque abstinet;* Pius Felix *in lapidibus anno iam 238, in nummis sequente demum anno vocatur.* [2]) *A. 240.* [3]) *Gordianus I est, qui proconsul Africae vere a. 238 Augustus proclamatus est.* [4]) *Gordianus II, praecedentis filius et una cum eo Augustus appellatus occisusque.* [5]) *'Hac inscriptione refellitur sententia eorum qui Gordianum III filium dicebant Gordiani II cf. Vit. Gord. III c. 22.' Henzenus. A Gordiano II eum adoptatum esse haud credo Henzeno, tum enim sine dubio ipsius divi filius diceretur.*

1012 FVRIAE · SABINIAE | TRANQVILLINAE[1] | SANCTISSIMAE | AVGVSTAE[2] | CONIVGI · DOMINI · N | M · ANTONI · GORDIANI | PII · FELICIS · INVICTI |

AVGVSTI | DECVRIALES | AEDILIVM · PLEB · ET | PLEB · CERIALIVM | DEVOTI · NVMINI | MAIESTATIQVE · EORVM

Romae. I. Neap. 6787 ad exempla antiqua (Orell. 977). — [1]) *Filia est C. Furii Sabinii Aquilae Timisithei cf. infra n. 1293 et Eckhelium VII, 318.* [2]) Sanctissima Augusta *prima ni fallor vocatur Iulia Maesa, posteriores saepe.*

1013 MAXIMO · ET · INVICTO · AC SVPER OM*nes fortissimo* | IMP · CAES · M · IVLIO · PHILIPPO · PIO · *Felici aug. pont. max.* | PERS · MAX [1] · TRIB · POT · *cos. desig.* [2] *p. p. procos. et* | M · IVLIO · PHILIPPO · NOBILISSIMO · *caesari princ. iuv. et* | *otaciliae severae aug. ma*TRI · *caes et castror.* | . . . .

In parastata simul reperto: VOT · XX ANNAL · FELIC [3]

Romae in castris praetorianis. Ann. Inst. arch. 1864 p. 9 descr. Henzenus et restituit. — [1]) *Cf. nummos a. 244:* PAX FVNDATA CVM PERSIS *Eckhel VII p. 321, sed nomen illud in aliis monumentis nondum repertum est; adulatione praetoriani, qui hunc titulum Imperatori dedicarunt, id ei tribuisse videntur; Philippus certe non accepit, nimis scilicet turpe.* Germanici *quoque et* Carpici *nomina in nummis a. 248 Philippis tributa cf. Eckhel VII p. 323, in lapidibus nondum reperta sunt.* [2]) *A. 244; ad annum enim Philippi primum pertinere titulum recte Henzenus ex Persici nomine et ex votis concludit.* [3]) *Parastatam similem periisse, in quo scriptum fuerit* VOT · X ANNAL · FELIC, *recte coniecit Henzenus l. l.*

1014 IMP · CAE | M · IV̄L · PHILIPPO · AVG | PONTIFI · MAXIMO · TRIB | POTESTATIS [1] · COS · P · P · PRO|COS · ET · M · IV̄L · PHILIPPO | NOBILISSI · CAESARI [2] · ET | MARCIAE · OTACILIAE · SEVERAE | SANCTISSIMAE · CONIVGI · AVG · N | AB · AQ · MP | VIII

Miliarius viae Aquinco Mursam, rep. in promontorio Csepeliensi cf. n. 1000. Corp. III, 3718. Lectio certa. — [1]) *Et* Pii Felicis Invicti *nomina et tribuniciae potestatis numerus neglectus est, nam post trib. pot. primam miliarium positum esse ostendit consulatus, quem suscepit Philippus k. Ian. a. 245 cum trib. pot. II.* [2]) *Caesar fuit a. 244/247; incisus igitur est titulus a. 245/247. Omissus est titulus* principis iuventutis, *quo plerumque ornatur.*

1015 MARCIAE OTACILIAE SEVERAE | AVG CONIVGI D N IMP CAES | M IVL PHILIPPI PII FELIC AVG | PONT MAX TRIB POT V̄ [1] COS ĪĪĪ | PROCOS P P MAT IMP CAES M IVLI | PHILIPPI AVG F PII FELICIS | PONT MAX TRIB POT ĪĪ COS | ĪĪ PROCOS PP PRINCIPIS IV|VENTVTIS

AVG[2] ET CASTRO|RVM ET SENATVS ET PATRIAE | RES P CVICVLI-
TANOR DEVoTA | NVMINI MAIESTATIQ EORVM | D D P P

Cuicul. Renier n. 2540. — [1]) *A. 248.* [2]) *Philippus iunior imperator appellatus est collatis omnibus Augusti honoribus, ipso etiam pontificatu maximo a. 247 cf. Eckhelium VII p. 333 sq. Duo pontifices maximi antea iam fuerant Pupienus et Balbinus cf. Eckhelium VII p. 308.*

1016 IMP · CÆS | C MESSIO QVINTO TRAIANO | DECIO · P · F · INVICTO
AVG | PONTIFICI MAXIMO TRIbu|NICIÆ POTESTATIS BIS COS | BIS
DESIGNATO TER[1] ET | Q HERENNIO ETRVSCO | MESSIO DECIO NO-
bi|LISSIMO CÆSARI COS DES | E C VALENTI HOSTILIANO | *messio*
*quinto nobili*SSIMO | *caesari* . . . .

Prope Budam Vörösvar versus rep. Corp. III, 3746 descr. Mommsenus. — [1]) *A. 250, quo anno secundum hunc titulum tribuniciam potestatem secundam gerebat, secundum sequentem tertiam; in hoc igitur tribunicia potestas prima a. 249, in illo a. 248 adsignatur, eodemque modo reliqua quoque Decii monumenta discrepant. Cf. de hac re Mommsenum Bull. Inst. 1865 p. 27 sq., qui ita rem explicavit, ut hi ab eo tempore numerent, quo Decius victis Philippis a senatu Augustus appellatus sit, illi ab eo tempore, quo a legionibus in Moesia imperator acclamatus sit.*

1017 *q* · HERENNIO · AETRVSCO MES
*si*O DECIO[1] NOBILISSIMO CAES
*p*RINCIPI · IVVENTV
*ti*S · TRIB · POT · COSS · DE
*si*GNATO[2] FILIO
*im*P · CAES · C · MESSI · Q · TRA
*ia*NI · DECI · INVICTI · PII
*fel*ICi*s* *a*VG PONTI/IC *ma*X
trib · *pot* · *iii* *coss* · *ii* *des* · *iii*
p · *p* · *pro cos.*

C · VALENTI · HOST*iliano messio*
Q · NOBILISSIMO *caes* · *filio*
IMP · CAES · MESSI *q* · *traiani*
DECII · INVICTI *pii felicis*
AVG · PONT · MA*x* · *trib* · *pot*
III · COSS · II DE*signato iii*
P · P · PRO *cos*

Faleriis. (Civita Castellana). Bullett. Inst. arch. 1865 p. 27 descr. Mommsenus. — [1]) *Unicus videtur esse titulus quo Deciorum nomina consilio erasa sunt, eorum enim nomina semper honorata fuisse scimus. Confert Mommsenus obscurum locum Vict. Caes. c. 29:* Decio quam potuit maturrime Roma digresso, Iulius Valens cupientissimo vulgo imperium capit *atque per breve imperii illius tempus nomina deleta esse conicit.* [2]) *A. 250, nota* COSS *pro* COS, *quod ante hoc tempus vix invenitur.*

1018 IMP · CAES · Q · meSSIO | C · TRAIANO · deCIO [1] | PIO FELICI INVIC|TO AVg DAC | MAX [2] PONT | MAX P O [3] TRIB POT | IIII [4] P P COS | III [4] PRO|COS ET Q HEREN|NIo ETRVSCO | MESSIO DECIO | COS · et Q [5] (*sic*) VAL | HOSTIL

Miliarius viae a Carthagine nova ad summum Pyrenaeum. Corp. II, 4958. Lapidem huic plane similem descripsit Huebnerus (n. 4957). — [1]) *In titulo gemello consuetum* C. Messio Q. Traiano Decio. [2]) *Cf. Corp. II, 4949 (tr. p. II cos. II a. 250) in eiusdem viae miliario; num praeter hos titulos* Dacici *nomen ei adtributum inveniatur, dubito, conferendi tamen nummi eius* DACIA FELIX *et Murat. 1101, 3 ubi dicitur* restitutor Daciarum *cf. Eckhel VII p. 343 sq.* [3]) *P(rincipi) O(ptimo), recte Huebnerus, in tit. gemello:* [optimo] maximoque principi. [4]) *A. 251, numeratur ab a. 248.* [5]) *In tit. gemello solitum* C, *ubi enim* Quinti *cognomen omnino exhibetur, in fine nominis poni solet cf. titulum praecedentem.*

1019 C · VALENTI · HOSTILIANo | MESSIO · QVINTO | NOBILISSIMO CAESARi | TRIB · POTEST · II [1] PRINCIPI IVVENt | FILIO | . . . . . .

Romae. Henzen 5539. Lectio certa. — [1]) *Cum Hostilianus patre mortuo Augustus vocatus sit, hunc lapidem ante eius mortem i. e. non post autumnum a. 251 inscriptum esse certum est; itaque hic quoque Decii filius a. 250 tribuniciam potestatem accepit sed post fratrem maiorem cf. n. 1017.*

1020 HERENNIAE | CVPRESSENIAE | ETRVSCILLAE · AVG | CONIVGI · D · N · DECI | AVG · MATRI · AVGG | NN · ET · CASTROR | S · P · Q · C [1]

Carseolis. Maffei Mus Ver. p. 102 qui descr. (Or. 994). — [1]) *S(enatus) p(opulus)q(ue) C(arseolitanus).*

1021 IMPP CAESS | C VIBIO TREBO|NIANO GALLO | INVICTO PIO | FEL AVG P M T P|OT P P II [1] COS PR|OCOS ET C V|IBIO AFINIO G|ALLO VOLDVM|IANO VOLVSS|IANO INVI PIO | FEL AVG P M T P|OT II COS PRO | RESP COL THAMV|G | III V

Miliar. viae Lambaesi Thamugadem, rep. Enchir-Touchin. Renier n. 4380 qui descr. — [1]) *Ita in lapide errore quadratarii, legendum: p(ontifici) m(aximo) t(ribunicia) pot(estate) II p(atri) p(atriae) cet. Tribuniciam potestatem cum filio suscepit autumno a. 251, annus igitur est 252, quo Volusianus cum patre (II) consul fuit.*

1022 IMP · CAESARI · C · VIBIO · TREBONIANO · GALLO · PIO · FELICI · *Aug* | PONTIF · MAX · TRIB · POT · IIII [1] · COS · II · P · P · PROCOS *et* | IMP · CAES · C · VIBIO · AFINIO · GALLO · VELDVMNIANO · *Volussiano* | PIO · FELICI · AVG · PONTIF · MAX · TRIB · POTEST · IIII · COS · II · P · P · *Pro-cos* | TRIBVS · PALATINA · CORP · IVNIORVM · IVVENAL · HO . . . . | CLIENT · DEVOTI · NVMINI · MAIESTATIQVE · EOR*um* | HOMINES · NVM · DCCCCLXVIII

Romae. Orell. 1000. — [1]) De tribunicia potestate quarta Treboniani et Volussiani confer optimam Eckhelii quaestionem VII p. 361, licet iudicio erraverit. Cum enim a. 251 imperium inierint Vibii, tribuniciam potestatem IIII suscipere debebant k. Ian. a. 254, quo tempore eos iam mortuos fuisse antea iam gravissimae causae, luculenter ab Eckhelio expositae, demonstrare videbantur; nunc res decisa est inscriptione ante hos non multos annos reperta infra n. 1472, qua a. 253 die XI kal. Novembres Valerianum et Gallienum iam imperasse, tandem certo statutum est. Imperatores igitur a. 253 aliam tribuniciae potestatis numerandae rationem instituerint necesse est, ita ut k. Ian. illius anni pro tertia quartam susceperint, idque ea re confirmari videtur, quod nullum adhuc monumentum repertum est tribuniciam potestatem tertiam exhibens, praeter nummum Eckhel III p. 356 qui fortasse iam anno praecedente cusus est.

1023 M · P · LXXVIIII · | IMP · CAES · M · AEMILIO · AEMIL|IANO · PIO · FELIC · INVICTO · AVG [1] | PONT · MAX · TRIB · POT · P · P · PROCOS | VIAM · QVAE · DVCIT · A · KAR · TVRR | CVRANTE · M · CALPVRNIO · CAELIANO | PRAE*s. prov. sard. proc.* SVO

Miliarius viae a Karalibus Turres in Sardinia, rep. Fordungiani. Henzen 5542 descr. Della Marmora. — [1]) Imperavit aestate a. 253.

1024 IMP · CAES · P · LICINIO · VALE|RIANO · PIO · FELICI · INVICTO | AV*g* [1] · PONTIFICI · MAXIMO | COS · II [2] · PROC · TRIB · POT · II · | PATRI · PATRIAE · RESTITVTORI | PVBLICE · SAECVRITATIS (*sic*) · | AC LIBERTATIS · CONSERVA|TORI · ORDO · FOROCLO|DIENSIVM · DICATISSIMVS · | NVMINI · MAIESTATIQVE · EIVS · | CVRANTIBVS · C · ANTISTIO · MARTIA|LE · E · Q · R [3] · C · VETTIO · FELICISSIMO E · Q · R [3] · | Q · AEMILIO · SEVERIANO

Fori Clodii (Sabate). Bull. Inst. arch. 1864 p. 99 descr. Zangemeisterus et Nissenus. — [1]) AVC *in lap. [2]) A. 254, cui convenit tribunicia potestas II. [3]) Eq(uite) R(omano).*

1025 IMP · CAES | P · LICINIO · EGN|ATIO · GALLIENO | PIO · FEL · AVG | PONT | MAX · TRIB · POT · III · COS[1] · PROCOS · P · P | D · D

Aquaspartae. Murat. 254, 3 (Orell. 1004). — [1]) *Cum Valerianus et Gallienus a. 253 imperium inierint, tribuniciam potestatem III renovarunt a. 255, quo anno Gallienus iam non consul, sed consul iterum erat. Ita omnino et in nummis et in lapidibus Valeriani et Gallieni consulatus cum numeris tribuniciae potestatis saepe nullo modo conspirant; sed in his quoque rebus infelicissimo illo tempore omnia perturbata sunt cf. Eckhelium VIII, 444 sq. Lapis igitur anno aut 254 aut 255 adsignandus est.*

1026 M · P · CLXVI | DD · NN | IMP · CAESARE · P · *licinio* · *val*ERIANO | INBICTO · AVG · P · PATR · *Pont* · MAX | GERMANICO · MAXIMO[1] · TRIBV*Nic* | POTESTATIS · COS · III · P · PATRIAE[2] | IMP · CAESARE · LICINIO · *Gallie*ÑO · PIO · FELICI · INBICTO · AVG · *pont. max* | GERMANICO · MAXIMO[1] · *tribun. potest* | COS · III[3] · PAT · PATRIAE · PROCOS · *et*[4] | P · *licinio* · *salonino* · VALERIANO | CAE*s*[5] · *principe* · *iuventutis* | *Biam* · *quae* · *karalibus* · *ducit* | *Olviae vetust*ATE · CORR*uptam* | *restituit* · *curante* . . . . *i*ANVARIO | PROC · SVO

Miliarius rep. inter Oschiri et Terranova Sardiniae. Henzen 5544 descr. Della Marmora. — [1]) *Pertinet ad victorias, quas primis imperii annis Gallienus de Germanis rettulisse gloriabatur cf. Eckhelium VII p. 385 sq. 400 sq.* [2]) *'Corr.* COS IIII · PROCOS'. *Henzenus.* [3]) *A. 257.* [4]) IIII *traditur, corr. Henzenus.* [5]) *Ante* Caesar *excidisse* NOB(ilissimo) *iudicat Henzenus.* — *Ceterum nomina videntur consilio abrasa esse, id quod in nonnullis horum Imperatorum monumentis inveniri monuit iam Borghesius Bull. Inst. arch. 1846 p. 168 collatis Trebelli Pollionis verbis vit. Gallieni 15:* Gallienum tyrannum militari iudicio in fastos publicos retulerunt *et Victoris Caes. c. 34 fin., qui gravia senatus in satellites propinquosque Gallieni decreta commemorat,* cum inruens vulgus pari clamore Terram matrem deosque inferos precaretur, sedes impias uti Gallieno darent. *Sed postea patres* Gallienum subacti a Claudio, quod eius arbitrio imperium cepisset, Divum dixere. *Cf. infra n. 1029.*

1027 · Ñ[1] · CORNELIAE · SALONINAE | AVG · CONIVGI · D̄ · Ñ · | IMP · CAES · P · LICINI · GALLIENI | PII · FEL · ET · INVICTI · AVG | DACICI · MAXIMI · GERMANICI | MAXIMI[2] · TRIB · POTEST · IIII | COS · III[3] · IMP · III · P · P · PROCOS | PROVINCIAE · BAETICAE | DEVOTA · NVMINI | MAIESTATIQ · EIVS · CORD[4] . . . .

Cordubae. Corp. II, 2200. Lectio non nimis certa. — [1]) *D(ominae) n(ostrae). Antea vix invenitur.* [2]) Germanici *nomen gessit ab a. 256 exeunte vel 257 cf. Eckhel VII p. 390 sq.;* Dacicus *praeter hunc titulum vix nominatur.* [3]) *A. 257.* [4]) 'Provinciae Baeticae *fortasse errore quadratarii ortum, qui male iunxit cum proconsulis titulo qui praecedit. Sed non magis liquet, quomodo* CORDubensium *mentio si modo recte lecta, cum dedicatione a provincia facta coniungenda sit'. Huebnerus l. l.*

1028 GALLIENO · CLEMENTISSIMO · PRINCIPI · CVIVS · INVICTA · VIRTVS · SOLA · PIETATE · SVPERATA · EST · ET · SALONINAE · SANCTISSIMAE · AVG | AVRELIVS · VICTOR · V · E · DICATISSIMVS · NVMINI · MAIESTATIQVE · EORVM

Romae in arcu Gallieni ad emissarium aquae Claudiae. Grut. 274, 5 (Orell. 1007) descr. Henzenus.

1029 GENIO | IMP · P *lic. galli*ENI [1] | INVICTI · AVG · CLEMENTIVS · | SILVIVS · V E · A V P · ET | VAL · MARCELLINVS | PRAEF · LEG · PROT | AVG · N · A · V · L · MVNICIPES | EX · PROVINCIA | RAETIA · S · L · L · M · | PATERNO · ET | ARCHESILAO COS [2]

Aquinci rep. Corp. III, 3424 descr. Mommsenus. — Legendum: Genio imp(eratoris) P. Lic(inii) Gallieni invicti Aug(usti) Clementius Silvius, v(ir) e(gregius), a(gens) v(ices) p(raesidis), et Val(erius) Marcellinus, praef(ectus) leg(ionis), prot(ector) Aug(usti) n(ostri), a(gens) v(ices) l(egati), municipes ex provincia Raetia s(olverunt) l(aeti) l(ibentes) m(erito) cet. — [1]) *'Gallieni nomen erasum iussu Ingenui vel Aureoli, quos eo tempore in Illyrico contra eum in armis fuisse constat'. Mommsenus l. l. Causa enim, quam supra dixi n. 1026, hic accipi non potest.* [2]) *A. 267.*

1030 P · CORNELIO | LICINIO VA|LERIANO | NOBILISSI|MO CAES | AVG [1] RESP | COL THAMVG | NVMINI | MAIESTA|TIQVE EIVS | DEVOTA

Thamugade. Renier n. 1510. — [1]) *De Caesaris nomine cum Augusti coniuncto cf. Borghesium Opp. III p. 484. Titulus positus est ante a. 259 cf. n. 1031.*

1031 DIVO CAESAR | P CRNELIO LICINIO VA|LERIANO [1] NEPOTI | IMP CAES P LICIN VALERA|N AVG FILIO IMP CAES | P LICINI GALLEN AVG FRA|TRI P CRNELI LICIN SA|LONN NOBILISSIM CAES | AVG | COL · NERVIANA AVG MRT VETERNOR SITIFENS | D D P P [2]

Sitifi in basi. Renier n. 3282 (Henz. 5335). — [1]) *Titulus positus est post a. 259, quo hic Valerianus a Postumo coloniae Agrippinae interfectus est. De consecratione eius cf. Eckhelium VII p. 422 sq. Henzen 5546.* [2]) *Col(onia) Nerviana Aug(usta) Mart(ialis) veteranor(um) Sitifens(ium) d(ecurionum) d(ecreto) p(ecunia) p(ublica).*

1032 DIVO | *Vale*|*riano* | CAES | CING|VLANI | D · D · P · ~
Cinguli (Borgo). Bull. Inst. arch. 1846 p. 167 (Henz. 5546).

1033 P · CORNEL | SALONINO | VALERIANO | NOBIL · CAES | PRINCIPI · IV-VEN|TVTIS · FILIO | IMP · GALLIENI | AVG · SOD
Asisii. Henzen n. 5546.

1034 P · *lic*I|*nio corn*E|LIO · SALONI|NO · NOBILI|SSIMO · CAE|SARI ~ CIN|GVLANI | PVBLICE | D · D · P · ~
Cinguli (Borgo). Bull. Inst. arch. 1846 p. 167 (Henz. 5546).

1035 IMP · CAES | M · CASSIANI|VS · LATINIVS · POS|TVMVS PIVS FEL · | INVICTVS AVG | GER · MAX | PONT · MAX | TRIB · POT | COS · III [1] · P · P · | PROCOS · RES|TITVIT
Miliarius viae a Carthagine nova Acci tendentis, rep. Acci. Corp. II, 4943 descr. Accursius (Orell. 1015). — [1]) *Postumi imperium annis potius 259/268 quam 258/267 videtur adsignandum esse, itaque cum in nummis consulatus eius tertius iungatur potestati tribuniciae III—VII (cf. Eckhel VII p. 438), hic titulus ad a. 261/265 pertinere videtur. — Cf. alterum huius Imperatoris miliarium Hispanicum Corp. II, 4919; monumentum Britannicum refert Orell. 1016, Germanicum Brambach n. 1948. Hispania paullo post mortem Postumi videtur amissa esse cum a. 269 Claudius iam ibi celebretur cf. Corp. II, 3619. 3737 cet. Successorum Postumi* M. Piavonii Victorini *et* C. Poesuvi Tetrici *monumenta in Galliis et Britannia reperta sunt Orell. 1018. 1019. Henz. 5548. 5549.*

1036 IMP · CAES · M · AVR | CLAVDIO · PIO | FELICI · INVICT | AVG · PONT · MAX | TRIB · POT · CONS [1] | P P PROC · VALENTINI | VETER · ANI · ET | VETE · RES [2] (*sic*)
Valentiae. Corp. II, 3737 descr. Huebnerus. — [1]) *Qui annus indicetur, non liquet; nimirum ex vit. Claudii c. 18 indeque quod fasti a. 269 et nummi iterati consulatus mentionem non faciunt, sequi videtur, Claudium*

antequam ad imperium veniret consulem non fuisse, sed primum hoc honore functum esse cum trib. pot. II a. 269; quod si verum est, numerus trib. pot. hoc titulo neglectus titulusque ipse a. 269/270 adsignandus est. Sed in inscriptionibus Hispanicis nonnullis Corp. II, 3619. 3834. 4505 (descr. Huebnerus) Claudius consul II vocatur itemque cod. Iustin. III, 34, 6; quod si recte ita dicitur, titulus Valentinus ad a. 268 spectat. [2]) *Valentini veterani et veteres.*

1037 IMP · CAES · M · | AVREL · CLAVDIO | GERMANICO [1] · | P · F · INVICTO *o* | AVG · PONT · MAX | TRIB · POTEST · | III [2] · COS · PRO · | COS · P · P · LEG · II · | *a*DI · VI · P · VI · F · | *co*NSTANS · | *c*LAVDIANA [3] | NVMINI · MA|IESTATIQVE · | EIVS · | DICATISSIMA

Aquinci. Corp. III, 3521 descr. Mommsenus (Orell. 1024. 4985). — [1]) *Ita ab a. 269 vocatur ex* VICTORIA GERMANICA *Eckhel VII p. 474, cuius mentionem facit Vict. Epit. Caes. 34.* [2]) *A. 270.* [3]) *Leg(io) II adi(utrix) sextum p(ia) sextum f(idelis) constans Claudiana.*

1038 DIVO · CLAVDIO · GOTHICO | MAXIMO [1] · PIO · FELICI · VICTORI · AC | TRIVMPH*atori* · SEMPER · AVGVSTO [2] | MVNICIPI · *conser*VATORI | AMPLIFICATORIQ | OB ILLVSTRIA · IPSIVS · GESTA | ET · AMOREM · IVXTA · CIVES | ORDO · INTERAMNATIVM | ARCVM · TRIVMPHIS · INSI*gnem* | DEDICA*vit* . . . . . | M · CL · TACIT*o* [3] . . . . . . | PATRO*no* . .

Firmi in arcu triumphali. Doni p. 76, 39 (Orell. 1025). — [1]) *Gothicus vocatus est ex victoria quam a. 269 apud Naissum rettulit; hoc tamen unicum videtur esse monumentum, quo nomen illud ei tribuitur, nam nummus Eckhel VII p. 478* D *suspectus est cf. ibid. p. 476.* [2]) *'Prima haec est inscriptio certae fidei, in qua Imperator* semper Augustus *vocatur' Orellius l. l.* [3]) *Tacitus est qui postea imperavit; in consulatu eius a. 273 arcus videtur dedicatus esse.* — [*Vide ne titulus fictus sit ab homine Interamnate patriae studiosiore quam veritatis. Th. M.*].

1039 IMP · CAES | LVC · DOM | AVRELIANO | P · FEL · INV | AVG | PONT · MAX | GERM · MAX | GVTICO · MAX | CAR · MAX [1] | PR · *i*V*e*N · *t* · P [2] | III · COS | P · P XXXVIIII

Miliar. viae Vienna Valentiam, rep. prope confluentem Isarae et Rhodani. Herzog Gall. Narb. n. 638 descr. Millinus (Orell. 1029). — [1]) *De his cognominibus cf. infra n. 1041.* [2]) *Traditur* PRO · V · INP, *emendavit Orellius* PR(inceps) IVV(entutis) IMP(erator), *num recte, admodum dubito; nam neque imperatoriae acclamationes in titulis Aureliani referri solent et tribunicia potestas aegre desideratur; propter Carpici nomen*

miliarius ante finem a. 271 positus esse non potest, propter consulatum semel tantum gestum a. 274 antiquior est; numerus III igitur ad trib. pot. pertinere videtur, quam gessit Aurelianus a. 272; princeps iuventutis vocatur Orell. 1026.

1040 IMP ⊙ CAES | L · DOMITIO · AV|RELIANO · PIO · FE | INVICTO · AVG | ARABICO · MAX | GOTHICO · MAX | CARPICO · MAX | TRIB · P · III · COS · III [1] | PROC · III [1] · PRINCPI · N · ORDO · BARC | NVMINI · MAIESTATIQ · EIVS | *semper devotissimus* ·

Barcinone. Corp. II, 4506 ad exempla antiqua. — [1]) *Tribunicia potestas III est anni 272, numerus post* PROC *omnino corruptus est ab eo, qui lapidem descripsit (fuit fortasse* P(ater) P(atriae)), *quod de altero numero post* COS *certo adfirmari non potest. Licet enim satis certum sit, Aurelianum initio a. 270 imperatorem factum esse, diem obiisse a. 275 tribuniciamque ideo potestatem sexies renovasse, consulem denique fuisse I a. 271, II a. 274, III a. 275, tamen monumenta non pauca extant et sinceritatis et lectionis indubitatae, quae cum his computationibus nullo modo conspirant cf. tit. sequentes et Eckhelium VII p. 481 sq. Rossi Inscr. christ. p. 20. 21. Nodum hunc solvere vix unquam nobis continget, ut enim res ipsae ita memoria temporum illorum imperii Romani infelicissimorum inde a Gallieno usque ad Diocletianum vel maxime confusa est. — De cognominibus cf. ad n. 1044; ordo quo accepta sunt neglectus est, praecedere enim debuit* Gothico maximo.

1041 RESTITVTOR · ORB | IMP · CAES | L · D · AVRELIANO | PIO · FEL · INVICTO | AVG · PONT | MAX · GERM · MAX | GOT · MAX · PART · MAX | TRIB · P · IIII [1] · COS · III | P · P · PROCOS

Miliar. viae Foro Iulii Aquas Sextias. Herzog Gall. Narb. 623 descr. Maffeius (Orell. 1030). — [1]) *A. 273. De consulatu cf. n. 1040.*

1042 PERPETVO VICTORI|OSISSIMO INDVL|GENTISSIMO IMP | RESTITVTORI OR|BIS · L · DOMITIO | AVRELIANO PIO | FELICI AVG · PONT | MAX · TRIB · POT · V | COS · II [1] · P P · PROCOS | RESP · COL · THA|MVG | VIIII

Miliar. viae Lambaesi Thamugadem rep. Ouled-Zaza. Renier n. 4378 qui descr. (Henz. 5343). — [1]) *A. 274.*

1043 MAGNO | AVGVSTO | PRINCIPI · MAX | IMP · FORTISSIMO | CONSERVATORI · ORBIS | L · DOMITIO · AVRELIANO [1] | P · F · PONT · MAX ·

TRIB · POT · V[2] · | P · P · COS · III · PROCOS · GOT · MAX · | PALMYR · MAX · GERM · MAXIM[3] | ORDO · BRIXIANOR

Brixiae. Grut. p. 276, 5 contulit Mommsenus. — [1]) *Unicum fortasse exemplum est, quo Aureliani nomina scalpro deleta sunt, neque perspicitur, cuius iussu.* [2]) *A. 274. De consulatu cf. supra n. 1040.* [3]) *Cognomina non eo quo adsumpta sunt ordine referuntur cf. ad n. 1041.*

1044 IMP · C · L · D · AVRE|LIANO · P · F · INVI · C | AVG · PONT · M · T · P · VII | COS III[1] · GER · M · GOT · M · PA|R · M · DA · M · CAR · M[2] · IM[3]

Miliarius rep. prope Aurelianum Galliae (Orléans). Henzen 5551. — *Legendum: Imp(eratori) C(aesari) L. D(omitio) Aureliano P(io) F(elici) invic(to) Aug(usto) pont(ifici) m(aximo) t(ribunicia) p(otestate) VII co(n)s(uli) III, Ger(manico) m(aximo), Got(ico) m(aximo), Par(thico) m(aximo) Da(cico) m(aximo) Car(pico) m(aximo) . . .* [1]) Cos. III *a. 275; tribunicia potestas* VII *in nummis quoque invenitur iuncta* COS II *et* COS III *Eckhel VII p. 481, sed* COS II *errore sine dubio; cum Aurelianus certo iam a. 275 mortuus sit, quomodo septimus numerus explicandus sit, non liquet.* [2]) *Omnia haec nomina ad victorias pertinent, quas Aurelianus a. 270. 271 rettulisse videtur:* Germanicus maximus *ad victoriam de Alamannis et Iutumnis* (?), Goticus maximus *ad bellum contra Vandalos et Iazyges in Pannonia sine dubio gestum,* Parthicus maximus *ad victoriam de Zenobia reportatam,* Carpicus *ad victos Carpos, quo tempore in Daciam quoque denuo exercitum duxisse indeque* Dacici *nomen sibi peperisse videtur. Bellum Germanicum et Goticum a. 270 gessit, Zenobiae imperium certe ante 29 Aug. 271 evertit, testibus nummis Aegyptiacis, Dacicum Carpicumque ex oriente reversus, sed eodem adhuc, ut videtur, anno. Ad victoriam de Zenobia Palmyrenici quoque nomen pertinet, sed plerumque non ita vocatur, quia Palmyra pars erat imperii Romani ideoque imperator inde nomen trahere non potuit, vocatur igitur aut* Arabicus *(n. 1040) aut plerumque* Parthicus, *nam Zenobia a Persis et Saracenis adiuta erat cf. Vit. Aureliani c. 27. 28.* [3]) IM *litterae non intelleguntur.*

1045 VLPIE SEVE|RINE AVG | CONIVGI D N | AVRELIANI · IN|VICTI AVG | MATRI CAS|TRORVM | RES · PVB | POLENS

Polae. Corp. V, 29 descr. Mommsenus.

1046 VERAE LIBERTATIS | AVCTOR IMP CAES | MARCVS CLAVDIVS | TACITVS PIVS FELIX | AVG · PONTIFEX · MAXIMVS | GHOTYCVS (*sic*) MAXIMVS[1] | TRIBVNICIA PO|TESTAS BIS COS | II[2] P P PROCOS

Miliar. rep. ad oppidum Tournon. Bullett. Inst. arch. 1861 p. 10. Lectio certa. — [1]) *Cf. Eckhel VII p. 498:* VICTORIA GOTHI(*ca*) *Vit. Tacit. c. 13 Zosim. I, 63.* [2]) *A. 276.*

1047 MAGNO ET INVICTO | IMP · CAES · M · ANNIO | FLORIANO PIO FELICI | INVICTO AVG · P · M · | TRIB · POTEST [1] · COS · P · P · | PROCOS · RESPVBLICA | ITALICENS · DEVOTA | NVMINI MAIESTATI|QVE EIVS · DEDICANTE | AVRELIO · IVLIO · V · P · A · V · P [2] · | CVRANTE · AVRELIO | VRSINO · V · E [3] · CVRATORE | REIP · ITALICENSIVM

Italicae (Santiponce). Corp. II, 1115. — [1]) *A. 276.* [2]) *V(iro) p(erfectissimo) a(gente) v(ices) p(raesidis).* [3]) *V(iro) e(gregio).*

1048 *pie*TATE IVSTITIA FORTITVDINE [1] | ET PLENO OMNIVM VIRTVTVM | PRINCIPI VER*o gothi*Co VEROQVE | GERMANICo [2] AC VICTORIARVM | OMNIVM NOMINIBVS INLVSTRI | M · AVR · *probo* [3] · P · F · INVICT · AVG | PONT · MAX · TRIB · P · V [4] · P · P · CoS · III PRoCoS | ALLIVS · MAXIMVS · V C · LEG · IVR | PROV HISP · TARRACONENS | MAIESTATI EIVS AC NVMINI | DICATISSIMVS

Valentiae. Corp. II, 3738 descr. et rest. Huebnerus. — [1]) Insigni *vel simile vocabulum excidisse putat Mommsenus l. l.* [2]) '*Quod dicitur Probus* verus Gothicus *et* verus Germanicus, *inde ea nomina non tam colligas eum adscivisse, sed cum adsciscere posset recusavisse*'. *Mommsenus l. l. Cf. Eckhel VII p. 506:* VICTORIA GERM, VICTORIA GOTHIC. *Praeterea* GVTTHICVS *vocatur Orell. 1038.* [3]) '*Probi memoria cum remanserit illaesa, hic autem nomen eius appareat erasum esse, lituram eam factam esse existimo in rebellione Proculi et Bonosi, quos tradunt praeter Galliam et Britanniam etiam Hispanias sibi vindicasse (v. vit. Probi c. 18)*'. *Mommsenus l. l.* [4]) *A. 280.*

1049 IMP · CAESARI · M | AVRELIO · PROBO | PIO · FEL · INVICTO | AVG · P · M · TRIB · POTES|TATIS · VI · COS · IV · P · P · RES [1] | PVBLICA TVCCITANOR | DEVOTA · NVMINI · MAIES|TATIQVE · EIVS . . . | CVRATORE · IVLIO · CLAV|DIO · //////VE · CONSS [2] · D · D

Tucci. Corp. II, 1673 sec. Accursium et Rambertum (Orell. 1040). — [1]) TATIS · III · COS · /// PP · RES *Acc.*, TATIS · VI · COS · IIII · RES *Ramb.* '*Quartus consulatus convenit tribuniciae potestati sextae, patris patriae autem titulus non videtur posse omitti*'. *Huebnerus l. l. A. 281.* [2]) '*Ita Accursius; Rambertus:* CVRATOR ET/RIO CLA|VDIO · SVB · COLOSSO; *in* ///VE · CONSS *aut* SVB · COLOSSO *videtur latere cognomen aliquod*'. *Huebnerus l. l.*

1050 IMP · CAES | M · AVR · CARO · | PIO · FELICI · INVICTO | AVG · PONT · MAX · TRIB | POT [1] · *p* · P · CoS · PROCOS | RESP · ITALICENS · | DEVOTA · NVMINI · MAIESTATIQ | EIVS

Italicae (Santiponce). Corp. II, 1117 descr. Huebnerus. — [1]) *A. 282.*

1051 *imp. caes. m. aurelio caro* | PIO · FEL · INV*icto aug* | *e*T M · AVRELIO · CA*rino* | *n*OB · CAES · PRINC · IVB | ET · M · AVRELIO | NVMERIANO | *n*OBILISSIMO · CAES [1] | *c*VRANTE · M · ELIO · VITALE | V P [2] · PRAES · PROVINCIAE | SARDINIAE

Miliar. rep. Fordungiani Sardiniae. Henzen 5556 descr. Della Marmora. — [1]) *Positus est titulus a. 282 vel 283 antequam Carus in orientem adversus Persas proficisceretur; tunc enim Carinum et Numerianum* imperatores *dixit cf. Eckhel VII p. 516.* [2]) *V(iro) p(erfectissimo).*

1052 M AV*rel*IO | NVM*er*IO | NV*meri*A|NO NOBI|LISSIMO | CAESARI | MVT · PVBL

Mutinae. Bullett. Inst. arch. 1856 p. 152.

1053 M AVRELIO CARINO | NOBILISSIMO CAES AVG · PR · IV | COS · FILIO | IMP CAES M AVRELI CARI | INVICTI P F AVG · P P · TR · P · II [1] · P | M · CONS · *Pro*COS FRATRI | M AVRE*li numeriani* NO|BILISSIM CAES AVG · PR ◊ IV | RESPVBL ◊ COL ◊ KAL ◊ CVR ◊ | MACRINIO SOSSIANO | C · V [2] · CVR · REIPVBL

Calamae. Renier n. 2726. — [1]) *A. 283. Nota Augusti nomen Carino et Numeriano patre vivo datum cf. Eckhel VII p. 516.* [2]) *Cf. n. 2369.*

1054 IMP · CAE|S · M · AVR | CARIN|O · P · F · INV|ICTO · AVG | P · M · TRIB | P [1] · P · P · COS · P|RO COS

Miliar. rep. Agoncillo (in conventu Cluniensi). Corp. II, 4882. — [1]) *A. 283 post Cari mortem.*

1055 IMP · CAES*a*RI · M · AVRE|LIO · *numer*IANO | PIO · FELICI · INVIC|TO · AVG · P · P · COSV|LI · TRIBVNICIAE | POTESTATI [1] | CASTRONOVANI | D D P

Castronovi rep. Henzen 5559 qui descr. — [1]) *A. 283 post Cari mortem.*

1056 MAGNIAE VR|BICAE · AVG · MA|TRI · CASTRORVM | CONIVGI · D N | CARINI INVIC|TI · AVG [1] · CoL · IVL · G · | ACCIS [2] · DEVoTA · NV|MINI EIVS

Acci (Guadix). Corp. II, 3394 descr. Huebnerus. — [1]) *A. 283/4.* [2]) *Col(onia) Iul(ia) G(emina) Accis. Alibi semper Acci vocatur cf. l. l. p. 458.*

1057 IMP · CAES · G [1] · VALERIO | DIOCLETIANO | PIO · FELICI | INVICTO · AVG · PONTIF · MAX | BRITANNIC · MAX · GERM | MAX [2] · TRIB · POTEST · II · COS · II [3] | P · P · PROCOS | HONORATI · ET · DECVRION | ET NVMERVS · MILITVM | CALIGATORVM

in latere sinistro: CVRA AGENTIBVS | CN · SERGIO · MERCVRIO | M · LICINIO · PRIVATO | T · CLAVDIO · SOSIPOLE | MAGISTRIS · Q·Q· LVSTRI · XXIX

Romae. Fabretti p. 747 n. 546 et Maffei Mus. Ver. 253, 8 (inscr. in latere) qui descr. — [1]) L *Fabr., sed recte ita Grut. p. 279, 3.* [2]) *Cum inscriptio a. 285 posita sit, ad victorias pertinent nomina hoc ipso anno reportatas, nam a. 284 Carinus adhuc occidentem tenebat; a scriptoribus nihil de his bellis traditur.* Britannici *tamen nomen fortasse ad Carausii victorias antequam ipse imperium sumeret referendum cf. Victor de Caes. 39 Eutr. 21,* Germanici *ad Bagaudas a Maximiano domitos (cf. l. l.), qui licet* rusticani Galliae et latrones *vocentur, tamen sine dubio aut ipsi Germani aut a Germanis adiuti erant.* [3]) *A. 285.*

1058 PROVIDENTISSIM*O* | PRINCIPI RECTOR*I* | ORBIS AC DOMIN*O* | FVN*D*ATORI PACIS | AETERNAE | DIOCLETIANO *p. f.* | INVICTO AVG PONT | MAX GER · MAX PERS | MAX [1] TRIB POT VII [2] | COS IIII PATRI PAT | PROCOS SEPT | *vale*NTIO V P P P R | *D N M QVE* EIVS D *D* [3]

Augustae Vindelicorum (Augsburg). Corp. III 5810 descr. Mommsenus; quae inclinatis dedi, hodie sub calce latent. — [1]) *Hoc nomen Diocletianus assumpsisse videtur pace cum Persis composita anno fere 288 cf. Mamertin. Paneg. 7 sq. Tillemont Hist. IV p. 11.* [2]) *A. 290, quo in Raetia fuisse Diocletianum scimus Mamert. Paneg. c. 9 p. 44.* [3]) *Sep- t(imius) Valentio v(ir) p(erfectissimus) p(raeses) p(rovinciae) R(aetiae) d(icatus) n(umini) m(aiestati)que eius d(edit) d(edicavit). Idem Septimius Valentio agens vices praefectorum praetorio a. 293/6 commemoratur Or. 1049.*

1059 I O M E*t* | G · H · L · PRO | SALVTE D D | N N IOVIO | *E* HERCVLIO [1] | AVGG N N

Sirmii (Mitrovic). Corp. III, 3231. Lectio satis certa. (Henzen 5560 a). — *Legendum: I(ovi) o(ptimo) m(aximo) et g(enio) h(uius) l(oci) pro salute d(ominorum) n(ostrorum) Iovio(rum) et Herculio(rum) Aug(ustorum) n(ostrorum).* — [1]) Iovius *dictus est Diocletianus, deinde post adoptionem Galerius, tum Maximinus Daza denique Licinius pater et filius*

(*Eckhel VIII p. 9. 36. 52. 67*), Herculius *Maximianus et Constantius* (*Eckhel VIII p. 19. 30*). — *Cf. alterum titulum Vindobonae rep. Corp. III, 4413* (*Orell. 1051*): D(eo) S(oli) I(nvicto) M(ithrae) fautori imperii sui Iovii et Herculii religiosissimi Augusti et Caesares sacrarium restituerunt.

1060 !!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!! | !!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!! | !!!!!!!!!!!!!!![1] ET · IMP · CAES |
M ◦ AVR ◦ VALERIO · MAXIMIANO *p. f.* INVICT | AVG ◦ P ◦ M ◦ TRIB ◦
POT ◦ VIII[2] ◦ CONSVI[3] · P · P · | PROCONS ◦ ET · FLAVIO · VALERIO ◦ |
CONSTANTIO ◦ ET ◦ GALERIO ◦ VA|LERIO ◦ MAXIMIANO ◦ NOBI*liss. caess* |
NOSTRI · CONSTI*tuti*[4]

Lorillae (*ad Ostipponem pertinet*). *Corp. II, 1439 descr. Huebnerus.* — [1]) *Diocletiani nomina omnia erasa sunt.* [2]) *Maximianus Caesar dictus est a Diocletiano a. 285, Augustus a. 286 cf. Eckhelium VIII p. 16.* [3]) '*Numeri clare ita leguntur, ut appareat* V *litteram reliquis paulo minorem a quadratario fortasse omissam postea additam esse.*' *Huebnerus l. l. Cf. notam Mommseni quam adscripsi.* [4]) *Die 1 Martii a. 293, nam eodem die a. 312 Galerius vicennalia celebrare debuit Lactant. de mort. pers. c. 35; minus recte Tillemont IV p. 603 et qui eum sequitur Clintonus a. 292 Caesares constitutos esse iudicant. — De titulo adnotat Mommsenus l. l.: 'Titulus omnino insignis collocatus est non ante diem Mart. 1 a. 293, quo Caesares facti sunt Constantius et Galerius, videtur autem collocatus propter eam ipsam Caesarum creationem: quo ducit cum quod in fine legitur per anacoluthiam* Caesares nostri constituti *tum quod tribuniciae potestates in Caesaribus adscribuntur nullae. Notae autem adscriptae ad Maximianum* trib. pot VIII cons. VI *omnino corruptae facile tamen ita emendabuntur, ut item ad a. 293 pertineant, cum in extrema nota* VI *prior numerus aperte postea insertus sit, scilicet loco non suo; ita* cons. IV *recte signabit annum 293, quo ipse Maximianus quartum consul processit. Eidem anno videtur tribui posse tribunicia potestas eiusdem tam nona quam octava; nam licet tituli plerique illam numerationem retineant, tamen inveniuntur etiam accommodati ad alteram non connumerato anno primo, quo Caesar tantum fuit Maximianus* (*cf. Corp. III n. 22*). *Ceterum vix puto extare alterum titulum, in quo erasa inveniantur nomina Augustorum Diocletiani et Maximiani relictis Caesarum nominibus; quod quomodo factum sit non perspicio, nisi forte cum primum rumor increbuit apud Hispanos iam Augustos factos esse qui Caesares fuerant, errore putaverunt Augustos vi regno pulsos esse, non callide ad abdicationem adductos.*'

1061 *imp. caesar. c. aurel. val. diocletianus. p. f. inv. aug. po*NT · MAX · GERM · MAX ·
VI · SARM · MAX · IIII · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · CARPIC · MAX ·
ARMEN · MAX · MEDIC · MAX · ADIABENIC · MAX[1] · TRIB · P · XVIII[2] ·
COSS · VII · IMP · XVIII · P · P · PROCOSS · ET · IMP · CAESA*r* · M ·
AVREL · VAL · MAXIMIANVS · P · F · INV · AVG · PONT · MAX · GERM · MAX ·
VI[3] · SARM | *max. iiii. persic. max. ii. britt. max. carpic. max. armen. max. medic.*
*max. adiabenic. max. tri*B · P · XVII[2] · COSS · VI · IMP XVII P P PRO-
COSS · ET · FLA · VAL · CONSTANTIVS · GERM · MAX · II · SARM ·
MAX · II · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · CARPIC[4] · MAX · ARMENIC ·
MAX · MEDIC · MAX · ADIABEN · MAX · TRIB · P · VIIII[2] · COSS · III ·
NOBIL · CAES · ET · G · VAL · MAXIMIANVS · GERM · MAX · II · SARM |
*max. ii. persic. max. ii. britt. max. carpic. max. armenic. max. medic. max. adia*B ·
MAX · TRIB · P · VIIII[2] · COSS · III · NOBIL · CAES *cet.*

Exordium edicti de pretiis rerum venalium exempli Aegyptiaci nunc Aquis Sextiis extantis. Corp. III p. 802. 803 descr. Mommsenus ectypum (Henzen 5560) cf. Mommsenum Ber. d. sächs. Gesellsch. d. Wissensch. 1851 p. 1—80 et 383—400. — [1]) *Nominum singulorum tempora accuratius definiri non possunt, facile autem separantur ea quae Augusti ante 1 Mart. 293 adsumpserunt ab iis quae postea demum inter a. 293/301 adepti sunt; nam Constantius Chlorus et Galerius postquam Caesares facti sunt, eadem omnia acceperunt quae Augusti. Quare Diocletianus et Maximianus a. 293 nominibus usi sunt* Germanici maximi IIII *et* Sarmatici maximi II, *quae conveniunt fere ad ea, quae a scriptoribus narrantur.* Germanici *nomen primum partum esse iam a. 285 supra ad n. 1057 adnotavi, iterum tertium quartum ita videntur appellati esse ex victoriis Maximiani a. 287 et sequentibus relatis (cf. Tillemont Hist. IV p. 12. 14);* Sarmatae *bis devicti referuntur ab Diocletiano a. 289 et 291 (Tillemont p. 16. 19). Aegre autem* Persici maximi *nomen desideratur, quod a. 290 Diocletiano iam tribuitur n. 1058, nec quomodo inter a. 293/301 bis imperatores hunc titulum sibi adtribuere potuerint perspicitur, unum enim hoc tempore bellum tantum a Galerio adversus Narseum gestum est; quare errore videtur Constantio Persici nomen bis tribui numerusque II delendus esse. Contra intellegitur cur Britannici nomen absit, quod a. 285 iam Diocletianus gerit n. 1057; supra enim Carausii id victoriis deberi probabiliter, opinor, posuimus; is autem paulo post a Diocletiano et Maximiano defecit seque ipsum in Britannia Augustum dixit, quo facto Imperatores hoc nomen deposuisse videntur et anno demum 296, recuperata Britannia, redintegrasse. Inter annos 293 et 301 Augusti et Caesares susceperunt nomina* Germanicum bis, *ex Constantii sine dubio victoriis a. 294 (Tillemont IV p. 28) et*

c. a. 299 (ibid. p. 42. 43), Sarmaticum bis *a. 293 (Grut. 166, 8) et c. a. 299 (Eutrop. IX, 25)*, Britannicum *a. 296 provincia a Constantio recepta (Victor Caes. c. 39 Eutr. IX, 22)*, Carpicum *a. 295, cum haec gens Romanis se dedidisset (Tillemont IV p. 31 Clinton Fasti h. a.)*, Persicum Armeniacum Medicum Adiabenicum *ex bello Diocletiani et Galerii a. 297 et sequentibus gesto (Tillemont p. 37 sq.).* [2]) *A. 301.* [3]) *Ita sine dubio emendandum ut in Diocletiani titulo, Diocletianus enim antequam Maximianum Augustum eligeret cum Germanis omnino non conflixit. In exemplo corporis inscriptionum video scribi* SARM; *quod si est in lapide error est quadratarii.*

1062 IMP · CAES · C · VAL · DIOCLE|TIANVS · P · F · INVICT · AVG · ET | IMP · CAES · M · AVREL · VAL · MAXI|MIANI (*sic*) · P · F · INVICT · AVG · ET | FL · VAL · CONSTANTI*us et* | *gal. val. maximianus* | NOBB CAESS[1] | M · P · VIIII

Veronae. Maffei mus. Ver. 103, 2 cont. Mommsenus. — [1]) *Positus est titulus inter a. 293/305, nam a. 305 Diocletianus et Maximianus senior abdicarunt.*

1063 *i*MP CAES FLA|*vi*O VALERIO C|ONSTANTIO | *i*NVICTO PIO | FELICI AVG PON|TIFICI MAXIMO | TRIBVNICIAE | POTESTA*tis* X*iv*[1] | *i*MP II[2] CON-S*uli* | *p*I PP P VAL *a*|NTON*inus proc an*NONA*e sacrae*[3] | P P P[4]

Thibili (Announah). Renier n. 2577 (Henzen 5563). — [1]) *Cum Constantius a. 305 Augustus factus sit, a. 306 autem mortuus, numerus* XIII *aut* XIV *tantum suppleri potest; a. 305 Constantius cos.* V, *a. 306 cos.* VI *erat; itaquè cum numerum consulatus* VI *fuisse ex hasta, quae superest, certum sit, trib. pot. XIV in lapide fuisse sequitur.* [2]) *Numerus sine dubio corruptus est cf. n. 1061.* [3]) *Ita restituit Renierus l. l.* [4]) *P(ropria) p(ecunia) p(osuit).*

1064 DD NN FLA|VIO VALERIO | CONSTANTIO | ET GALERIO M|AXIMIANO I|NVICTIS ET CLE|MENTISSIMIS | AVGG ET DD | NN FLAVIO V|ALERIO SEVE|RO ET *Galeri*|O VALERIO M|AXIMI*no*[1] NO|BILISSIMIS AC | FORTISSIMIS | *caesaribus*

Fabriani. Murat. 258, 4 (Orell. 1057). — [1]) *Traditur* GNEIO VALERIO MAXIMIANO. — *Positus a. 305/306.*

1065 VICTORIAE AVGVSTÆ | *sac*RVM PRO SALVTEM | *dd.* NN MAXIMINI ET | *con*STANTINI ET LICINI | *se*MPER AVGG[1] · AVR SENECIO | *v. p.*

DVX[2] · TEMPLVM NVMINI | EIVS EX VOTO A NOVO FIERI IVSSt | PER INSTANTIAM · VAL · SAM|BARRÆ · P · P · EQQ · DALM · AQ|VESIANIS · COMIT[3] · L · L · M | OB · VICTORIA · FACTA · V · K · IVLIAS | ANDRONICO · ET · PROBO · COS[4]

In basi marm. rep. Pruttingi Boiariae. Corp. III, 5565 contuli. (Henz. 5579). — [1]) *Quod primum locum obtinet Maximinus, licet Augustus factus post Constantinum Liciniumque, recte Mommsenus l. l. explicat collatis verbis auctoris de mort. persec. c. 44:* senatus (a. 312) Constantino virtutis gratia primi nominis titulum decrevit, quem sibi Maximinus vindicabat. [2]) *Scilicet Norici et Pannoniae superioris.* [3]) *P(rae)p(ositus) eq(uitibus) Dalm(atis) Aquesianis comit(atensibus). De equitibus Dalmatis comit. cf. Not. dign. Orient. p. 19. 23. 27. 31. 39; Aquesiani inter eos non commemorantur.* [4]) *A. 310. Victoriam hanc referunt vulgo ad victoriam relatam de Bructeris Chamavis Cheruscis Tubantibus Alamannis de qua cf. Tillemont IV p. 114. Recte tamen Mommsenus l. l. hanc sententiam reiecit; neque enim probabile esse ducem Licinii eo tempore Constantinum copiis suis adiuvisse, nec satis intellegi, quomodo dux Norici et Pannoniae superioris cum populis illis pugnare potuerit. — Basis posita est post mortem Galerii Maximiani a. 311 cum is inter Augustos non commemoretur cf. Borghesium Bull. 1851 p. 178 sq.*

1066*a* DOMINO · PATRI | M · VAL · MAXENTIO[1] | VIRO · CLARIS | VAL · ROMVLVS · C · P[2] | PRO · AMORE | CARITATIS · EIVS | PATRI · BENIGNISSIMO

1006*b* DOMINAE · MATRI | VAL · MAXIMILLAE | NOB · FEM[3] | VAL · ROMVLVS[4] · C · P | PRO · AMORE | ADFECTIONIS · EIVS | MATRI · CARISSIMAE

In duabus basibus rep. Zagaroli. Henzen 5570. 5571. — [1]) *Est Maxentius antequam imperaret.* [2]) *C(larissimus) p(uer).* [3]) *Fuit Imperatoris Maximiani filia ideoque* nobilissima *dicitur, ut filii Imperatorum nobilissimi Caesares vocantur et Gallieni iam temporibus frater eius* P. Licinius Valerianus Iunior n(obilissimus) v(ir) *(Henz. 5547).* [4]) *Post mortem a patre consecratus est vocaturque* divus Romulus *cf. Eckhelium VIII p. 59 et Orell. n. 1069.*

1067 IMP · CAES | M · AVREL · VALER | MAXENTIVS · P · F | INVICTVS · AVG | PONTIF · MAX · TRIB | POTESTATE · VI[1] · VIAM | HERCVLIAM[2] · AD · PRI|STINAM · FACIEM | RESTITVIT

In compluribus miliariis viae Herculiae Equo tutico Nerulum. I. Neap. 6297 (Orell. 1068). — [1]) *A. 311.* [2]) *Ita vocata a Maximiano Her-*

culio, qui eam munivit cf. Mommsenum I. Neap. p. 349. — Maxentii nomen saepius erasum invenitur I. Neap. 1104 cet. (cf. n. 825).

1068 *imp. caes. val*ERIO | *licinia*NO | *licinio* · PIO · F | INVICTO · AVG · P | M · TRIB · P · III[1] · CON | P · P · PROCO · R · P | PARENTINOR | D · N · MAI | Q · AEIVS[2]

Parentii (Parenzo) in Istria. Corp. V, 330. (Henzen 5568). — [1]) *A. 309 si quidem recte eum a. 307 imperium accepisse statuunt. Orellianam inscriptionem n. 1072 hic non retuli, quia eam male lectam esse mihi quidem constat.* [2]) *R(es) p(ublica) Parentinor(um) d(evota) n(umini) mai(estati)q(ue) eius. — Nomina Liciniorum patris et filii post cladem eorum a. 323 in monumentis plerisque erasa sunt.*

1069 IMPRATORI CESARI · | VALERIO LICINIANIO | LICINIO NOBILIS|SIMO CESARI[1] | C · N L XIIII[2]

Miliar. viae Mogontiaco Argentoratum rep. Bienwalde prope Rheinzabern. Brambach I. Rhen. 1952 qui descr. (Henz. 5569). — [1]) *A. 317/323.* [2]) *C(olonia) N(emetum) l(eugae) XIIII.*

1070 D · D · N · N · | CONSTANTINO | MAXIMO[1] ET | LICINIANO · LICI|NIO · AVGG · ET | FLAVIO · CRISPO · ET | LICINIANO · LICINIO | ET · FL · CL · CONSTAN|TINO · CAESARIB|VS · B · R · P · N[2]

Faleriae Piceni. Henzen 5573. — [1]) Maximi *nomen Constantinus a. 315 adsumpsit cf. infra n. 1073 et Eckhelius VIII p. 94.* [2]) *B(ono) r(ei) p(ublicae) n(atis). Titulus positus est inter a. 315 et 323, quo Licinii perierunt et Constantius II ad Caesaream dignitatem evectus est.*

1071 PERPETVAE · VICTORIAE | D D D N N N CONSTANTINI | MAXIMI TRIVMPHATORIS | SEMPER AVG ET CONSTNTI | ET CONSTANTIni ET | CONSTANTIS NOBILISSI|MORVM AC FLORENTISSI|MORVM CAESARVM[1] | CLODIVS CELSINVS V C CONS | P N[2] DEVOTVS SEMPER | NVMINI MAIESTATI|QVE EORVM

Cirtae. Renier n. 1848. — [1]) *Positus est inter a. 333, quo Constans et 335 quo Delmatius Caesar factus est (cf. Eckhel VIII p. 103. 109).* 2) *V(ir) c(larissimus) cons(ularis) p(rovinciae) N(umidiae).*

1072 D N | FL DELMATIO | NOB | CAES[1]

Darentiacae (Saillans). Henzen 5582. — [1]) *Caesar fuit a. 335/337 cf. Eckhel VIII p. 103.*

1073 *sacrificia insculpta* — IMP · CAES · FL · CONSTANTINO · MAXIMO — *sacrificia insculpta*
P · F · AVGVSTO · S · P · Q · R
VOTIS X — QVOD INSTINCTV DIVINITATIS[1] MENTIS — SIC X
MAGNITVDINE CVM EXERCITV SVO
TAM DE TYRANNO[2] QVAM DE OMNI EIVS
VOTIS XX — FACTIONE VNO TEMPORE IVSTIS — SIC XX
REMPVBLICAM VLTVS EST ARMIS
ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT

intra fornicem maiorem arcus

hinc: LIBERATORI VRBIS — *inde:* FVNDATORI QVIETIS

Romae in arcu Constantini. Orelli 1075 cf. Bullet. 1863 p. 183—187. 1864 p. 156. — [1]) *Verba* instinctu divinitatis *'sono quasi un mezzo termine tra il paganesimo ed il cristianesimo' Rossi Bull. 1863 p. 184.* [2]) *Tyrannus est Maxentius, quem vicit Constantinus a. 312; pertinet titulus ad annum 315 (non ad a. 316) quo Constantinus decennalia celebrabat cf. tit. sequentem; vicennalia fuerunt aestate a. 325 cf. Eusebius vit. Constant. III, 15.*

1074 MAGNO ET INVICTO PRINCIPI D N IMP CAESARI
FLAV VAL CONSTANTINO PIO FELICI SEMPER AVG
VOT X[3] — PONT MAXIMO SARMATICO MAX GERM MAX GOT MX
TRIB POT X[1] CONS IIII IMP VIIII P P PROCONSVLI — MVL XX[3]
SEPTIMIVS FLAVIANVS V P P P MAVR SITIF[2]
NVMINI MAIESTATQ EIVS SEMPER DICATISSIMVS

Sitifi. Renier n. 3286 (Henzen 5578). — [1]) *A. 315.* [2]) *V(ir) p(erfectissimus) p(raeses) p(rovinciae) Maur(etaniae) Sitif(ensis).* [3]) *Vot(is) decennalibus, mul(tis) (votis) vicennalibus.*

1075 IMP · CAES · FLAVI|O · CONSTANTINO | MAXIMO · PIO · FELICI · IN|VICTO · AVG · PONT · MAX · GER | MAXIMO · III · SARM · MAX | BRIT · MAX · CArP[1] · MAX · ARAB | MAX · MED · MAX · ARMEN | MAX · GOTH · MAX · TRIB · PO|TEST · XIIII[2] · IMP · XIII · CON|SVL · IIII[3] · PATRI · PATRIÆ | PROCONSVLI
FLAVIVS · TERENTIA|NVS · V · P · PRAESES | PROVINCIAE · MAV|RETANIAE · SITIF · | NVMINI · MAIES|TATIQVE · EIVS · SEM|PER · DICATISSI|MVS

Aïn-Roua Mauretaniae. Renier 3555. — [1]) CAPP *traditur; legendum: Carp(ico).* [2]) *A. 319.* [3]) *Constantinus a. 319 fasces quintum sumpsit, quartum iam habuerat a. 315; itaque aut consulatus aut tribuniciae potestatis numerus emendandus est.*

1076 D · N · IMP · CAES · FL | CONSTANTINO · MAXIMO · P · F | VICTORI · AVG · PONTIF | MAX · TRIB · POT · XXIII[1] | IMP · XXII · CONS · VII · P · P | PROCONS[2] · HVMANARVM | RERVM · OPTIMO · PRINCIPI | DIVI · CONSTANTI · *fil* | BONO · R · P · NATO

Brixiae. Corp. V sched. ex cod. Feliciani. — [1]) *A. 328.* [2]) *Post* PROCONS *excidisse videtur* CONServatori *cf. miliarium Murat. 463, 6.*

1077 D N CONSTANTINO MAXIMO PIO FELICI AC TRIVMPHATORI SEMPER AVGVSTO OB AMPLIFICATAM TOTO ORBE REMPVBLICAM FACTIS CONSVLTISQ S P Q R DEDICANTE ANICIO PAVLINO IVNIORE V C CONS ORD[1] PRAEF VRBI

Romae in basi equi Constantini (cf. Prellerum Reg. p. 142 et Mommsenum Abh. d. s. Ges. d. Wiss. 2 p. 602). Servavit Einsiedlensis p. 72 ed. Hänel p. 123 (Or. 1081). — [1]) *A. 334.*

1078 PROVIDEN|TISSIMO ET | CVM ORBE | SVO REDDI|TA LIBERTA|TE TRIVMFANT | D N PERP IMP FL VAL CONSTANTNO | INVICT P F AVG | VICTORI | RES · P · C · L · F[1]

Lambaesi. Renier n. 118 qui descr. — [1]) *Res p(ublica) c(oloniae) L(ambaesitanae) f(ecit).*

1079 DOMINAE NOSTRAE FLAVIAE AVGVSTAE | HELENAE DIVI · CONSTANTI · CASTISSIMAE | CONIVGI PROCREATRICI D · N · CONSTANTINI | MAXIMI · PIISSIMI · AC · VICTORIS · AVGVSTI | AVIAE DOMINORVM NOSTRORVM *crispi* | *et* CONSTANTINI · ET · CONSTANTI[1] · BEATISSI|MORVM · AC · FELICIVM CAESARVM | ALPINIVS MAGNVS · V · C · CORR · LVCANIAE · ET | IBRITTIORVM[2] · STATVIT · DEVOTVS · EXCELLEN|TIAE · PIETATIQVE · EIVS ·

Salerni. I. Neap. 106 (Orell. 1074) descr. Mommsenus. — [1]) *Positus igitur inter a. 323/326.* [2]) *Pro* Brittiorum.

1080 *!!!!!!!!!!*[1] | INLVSTRI · ET · DIVINAE · PROSA*p* | GENITAE | VENERABILI SOROR*i* | D · N · CONSTANTINI · AVG · ET | AMITAE | D · D · NN · BAEATISSIMORVM *Caess* | D · N · FL · IVL · CONSTANTI|*ae*[2] . . . .

Romae. Orelli 1093 descr. Henzenus. — [1]) *Unus vel plures versus scalpro deleti sunt, in quibus olim Licinii imperatoris nomina, mariti Flaviae Constantiae Constantini sororis, lecta esse putat Mommsenus.* [2]) *Cf. Eckhel VIII p. 62. Fuit uxor Licinii senioris.*

1081 PIISSIMAE · AC · VENERAVI|LI · D · N · FAVSTAE · AVG | VXORI D · N · MAXIMI | VICTORIS · AVG | CONSTANTINI *ma*|*tr*I D · D · D · N · N · N | CONST*a*NTIS CONSTANTINI | *e*T CONSTANTI · BAEA|TISSIMORVM AC *felic*|*ium caesa*RVM OR|*do et populus surrentinorum*

Surrenti. Henzen 5581 descr. Garruccius (I. Neap. 2114).

1082 IMP · CAES · FL · CONSTANTINVS · MAX · AVG[1] · SEMPI|TERNVS · DIVI · CONSTANTINI · AVG · F · TOTO | ORBE · VICTORIIS · SVIS · SEMPER · AC · FELICITER · CELEBRANDVS · THERMAS · FISCI · SVI · SVMPTV | A FVNDAMENTIS · CEPTAS · AC · PERACTAS | CIVITATI · SVAE · REMORVM · PRO · SOLITA | LIBERALITATE · LARGITVS · EST

Incertum ubi reperta sit, sed pertinet sine dubio ad ipsam Remorum civitatem. Orell. 1096. — [1]) *A. 337/340 cf. Eckhel VIII p. 105 sq.*

1083 IMPERATORI CAESARI | DOMINO NOSTRO | *flav*IO IV*l*IO C*o*NS|TANTI MAXIMO | VICTORI *Ac tRiu*M|P*h*ATORI AVGVSTO | DIVI CONSTANTINI | *fil.* ET VALERI MAXI|MIANI · NOBIL . . . . | PRONEPO*ti* | *a* BRAC*ara aug* | M · P · XXI

Miliar. viae Bracara Olisiponem. Corp. II, 4742. — Positus est inter a. 340, usque eo enim Constantinus frater in Hispania imperabat, et 350 quo interfectus est Constans.

1084 *i*MP · D · N · FLAVIO | CONSTANTIO | MAXIMO · VICTO*ri ac* | *tri*VMF*a*TORI · AV*gus*|TO · DIVI · CONSTAN|TINI · MAXI*m*I · FILIO | *divor*VM · FLAVII · CO*n*S*t*|*an*TI · ET · VALERI · MAXIM*iani nepoti* | DIVI · CLAVDII · PRONEPOTI | *a bra*C MILIA PASVVM · ///VII

Miliarius viae Bracara Asturicam. Corp. II, 4844. — Positus inter a. 350, quo usque Constans Hispaniam tenebat (vel potius 353 quo Magnentius occisus est cf. eius tit. Hispanos 4744. 4765. 4791. 4840) et 361 quo obiit (vel potius 360 quo Hispania sine dubio iam Iuliano obediebat).

1085 RESTITVTORI · VRBIS · ROMAE · ATQVE · ORBI*s* | ET · EXTINCTORI · PESTIFERAE · TYRANNIDIS[1] | D · N · FL · IVL · CONSTANTIO · VICTORI · AC · TRIVMFATORI | SEMPER · AVGVSTO *s* | NERATIVS · CEREALIS · V · C · PRAEFECTVS · VRBI[2] | VICE SACRA · IVDICANS · D · N · M · QVE · EIVS

Romae. Grut. 280, 6 descr. Smetius. — [1]) *Scilicet Magnentii, qui Italia pulsus est a. 352.* [2]) *A. 352.*

1086 LIBERATORI · ORBIS | ROMANI · RESTITVTORI | LIBERTATIS · ET · R · P · CON|SERVATORI · MILI|TVM · ET · PROVINCI|ALIVM · D · N | MAGNENTIO | INVICTO · PRIN|CIPI · VICTORI | *et* TRIVM*phatori* | *semper augusto.*[1]

Col. miliar. mus. Veron. Maffei p. 105, 2 qui descr. (Orell. 1106). — [1]) *Posita a. 350 vel 351, hoc enim anno pugna apud Mursam victus est Magnentius, nec postea lapides miliarios nomine eius signatos esse verisimile est, licet mortem sibi consciverit anno demum 353. Suppleta est ex Murat. 262, 1.*

1087 PROPAGATORI · ORBIS | AC · ROMANAE · REI | *pub. d. n. maghentio*[1] *m*AX | VICTORI · AC | TRIVMFATORI · SEMPER · AVG | *f*ABIVS *titianus v. c.*[2] CONS · ORD[3] | PRAEF · VRBI · ITERVM[4] · IVDEX | COGN · SACR · MAIESTATI · EIVS | DICATISSIMVS

In postica:

FABIVS · FELIX | PASIFILVS · PAVLINVS | V · C · ET · INL · PRAEF | VRBI · DEDICAVIT[5]

In latere:

D · PRID · KAL · IVNIAS | ARBITIONE · ET · LOLLIANO | CONSS[6]

Romae. Borghesius Opp. III p. 464 sq. descr. Cittadinius. — [1]) *Ita supplendum esse demonstravit Borghesius l. l.* [2]) *Restituit B. ex titulo gemello, in quo Titiani nomen erasum non est.* [3]) *A. 337.* [4]) *Primum 25 Oct. 339 — 28 Febr. 341, iterum 27 Febr. 350 — 1 Mart. 351. Nomina Magnentii et Titiani erasa sunt, postquam a Constantio victus est Magnentius.* [5]) *Una cum hac aliae tres bases ab eo positae inventae sunt eadem inscriptione insignes; sed ut haec olim a Titiano Magnentio, ita altera olim ab Aemilio Victore Diocletiano dedicata fuerat, tertia sola in parte opposita titulo nullo ornata est. Usus igitur est Paulinus lapidibus vetustis, id quod saepius factum esse observavit iam Marinius Iscr. Alban. p. 41. Praefectus urbi Paulinus fuit anno 355, nam consules in latere scripti ad eius dedicationem pertinent, itaque in noto praefectorum urbis laterculo, qui desinit in a. 354, iam non invenitur.* [6]) *A. 355.*

1088 DOMITORI HOSTI|VM · INVICTO | IMP · INDVLGEN|TISSIMO PRINCIPI | DN · FL · CL · IVLIANO | INVICTO · PIO · FE|LICI · SEMPER AVG[1] | RESP · ET · ORDO · CO|LONIAE · THAMVG | CVRANTE · FL · | AQVILINO[2] · FL · P | CVRATORE · REI | PVB · POSVIT · DEDI|CAVITQVE

Thamugade. Renier n. 1519. — [1]) *A. 360/363.* [2]) *Cf. n. 757.*

1089 DOMINO TOTIVS ORBIS | IVLIANO AVGVSTO | EX OCEANO BRI|TANNICO VIS PER | BARBARAS GENTES | STRAGE RESISTENTI|VM PATEFACTIS ADVS|QVE TIGRIDEM VNA | *a* AESTATE TRANSVEC|TO[1] SATVRNINIVS | SECVNDVS V · C[2] *praef.* | PRAET · *d.* N · M · *q. e.*

Ancyrae. Corp. III, 247 descr. Mordtmannus aliique (Orell. 1109). — [1]) *Pertinet ad expeditionem anni 361.* [2]) *Cf. de hoc notissimo Iuliani amico Prosopogr. Cod. Theod. (ed. Ritter) p. 83; Ammian. 22, 3, 1 cet. et titulum eius Grut. 465, 8.* — *'Positus est titulus aestate a. 362, qua Ancyrae iuri dicundo Iulianus vacabat (Amm. 22, 9, 8; Tillemont 4, 519)'. Mommsenus l. l.*

1090 *i*MP CAES D N | *f*L CL IVLIANO | *pi*o FELICI AVG | PONTIFICI MAXIMO | *tri*B PT IM VII (*sic*) | CONSVLI IIII[1] | PATER PATRIAE PROCON*s* | BONO REIPVBLICE NATO | AB AVG[2] M P L^{XXXX}

Miliar. prope Innsbruck rep. Corp. III, 5983 descr. Mommsenus. — [1]) *A. 363.* [2]) *Aug(usta) sc. Vindelicorum.*

1091 DOMINI · NOSTRI · IMPERATORES · CAESARES | FL · VALENTINIANVS · PIVS · FELIX · MAXIMVS · VICTOR · AC · TRIVMF · SEMPER · AVG · PONTIF · MAXIMVS | GERMANIC · MAX · ALAMANN · MAX · FRANC · MAX · GOTHIC · MAX · TRIB · POT · VII · IMP · VI · CONS · II[1] · P · P · P[2] · ET |
FL · VALENS · PIVS · FELIX · MAX · VICTOR · AC · TRIVMF · SEMPER · AVG · PONTIF · MAXIMVS | GERMANIC · MAX · ALAMANN · MAX · FRANC · MAX · GOTHIC · MAX · TRIB · POT · VII · IMP · VI · CONS · II[1] · P · P · P · ET |
FL · GRATIANVS · PIVS · FELIX · MAX · VICTOR · AC · TRIVMF · SEMPER · AVG · PONTIF · MAXIMVS | GERMANIC · MAX · ALAMANN · MAX · FRANC · MAX · GOTHIC · MAX · TRIB · POT · III · IMP · II · CONS · PRIMVM · P · P · P |
PONTEM · FELICIS · NOMINIS · GRATIANI · IN · VSVM · SENATVS · AC · POPVLI · ROM · CONSTITVI · DEDICARIQVE · IVSSERVNT

Romae in ponte (Aemilio?), qui iungit insulam Tiberinam cum dextra Tiberis ripa; medio aevo pons Gratiani vel Cestius appellabatur. Gruter 160, 4 descr. Smetius. — [1]) *Tribuniciam potestatem VII susceperunt Valentinianus et Valens k. Ian. a. 370, eodemque die consulatum tertium; numeri igitur non conspirant, quare aut trib. pot. VI aut cons. III scribendum; mihi illud necessarium videtur esse propter Gratiani trib. pot. III, quam suscepit a. 369.* [2]) *Notae quomodo explicandae sint, dubitari potest; Orellius legit* p(er)p(etuus) p(rinceps); *ego malim* p(roconsul) p(ater) p(atriae).

1092 INCLYTAE VENERANDE|QVE MEMORIAE VIRO | FLAVIO THEODOSIO[1] | GENITORI DOMINI | NOSTRI INVICTISSIMI | PERENNISQVE PRINCIPIS | THEODOSII PERPETVI AVG | CVIVS VIRTVTE FELICITA|TE IVSTITIA ET PROPAGA|TVS TERRARVM ORBIS ET | RETENTVS STATVAM | EQVESTREM SVBAVRA|TAM APVLI ET CALABRI | PRO VOTO ET DEVOTIO|NE POSVERVNT[2] | CVRANTE AC PERFICIEN|TE FLAVIO SEXIONE | VIRO PERFECTISSIMO | CORRECTORE APVLIAE | ET CALABRIAE

Canusii (Canosa). I. Neap. 642 descr. Mommsenus. (Orell. 1126). — [1]) *Quem Gratianus a. 376 Carthagine mori iussit cf. Eckhel VIII p. 162.* [2]) *Theodosius a. 379 a Gratiano imperii collega adscitus est, obiit a. 395, sed titulus positus videtur esse certo post Gratiani mortem a. 383, probabiliter postquam Theodosius Valentinianum II a Maximo ex Italia pulsum a. 388 restituit vel potius, post caesum Eugenium, a. 394 vel 395 quo ipse cum filio Italiam tenuit.*

1093 PRO BEATITVDINE TEMPORVM | FELICITATEMQVE PVBLICI STATVS · IMP | D · D · D · N · N · N · THEODOSI · ARCADI ET HONOR | PERENNIVM · AVGVSTORVM | RIPAM MACELLI DEXTRA LEBAQVE | AD GRATIAM · SPLENDOREMQVE | CIVITATIS PVTEOLANAE INSTRVCTVM | DEDICAVIT · FABIVS · PASIPHILVS · V · C · | AGIS · VICEM PRAEFECTORVM PRAETORIO | ET VRBI

Puteolis. I. Neap. 2500 descr. Mommsenus (Henz. 6478). — *Adnotat Henzenus: 'Titulum post XII kal. Dec. a. 393 et ante IV id. Ianuar. a. 395 exaratum esse Augustorum mentione constat; illo enim die Honorius Augustus nominatus est, hoc Theodosius decessit. Iam vero Eugenius tyrannus a. d. VIII id. Sept. demum devictus est, neque ante mortem eius imperatores orientis in monumento Puteolano commemorare licebat. Hinc apparet, inter dies VIII id. Sept. a. 394 et IV id. Ian. a. 395 monumentum positum esse. Pasiphilus autem qui officio plane singulari utriusque praefecti vices egit, statim post victoriam a Theodosio Romam missus erit, ut remotis Eugenii praefectis eorum munera pro tempore ipse susciperet; cf. Borghesium et de Rossi Bull. Nap. nuova serie II p. 150 et 154.'*

1094 IMPPP · CLEMENTISSIMIS · FELICISSIMIS · TOTO · ORBE · VICTORIBVS · DDD · NNn | ARCADIO · HONORIO · THEODOSIO · AVGGG · AD · PERENNE · INDICIVM · TRIVMPHOrum | QVOD · GETARVM · NATIONEM · IN · OMNE · AEVVM · DOCVERE · EXTIngui | ARCVM · CVM · SIMV-

LACRIS · EORVM · TROPAEISQ · DECORAtum | S · P · Q · R · TOTIVS · OPERIS · SPLENDORE *perfecto* (?) *d. d.*

Romae in arcu. Servavit unus Einsiedlensis f. 68 ed. Hänel p. 119 corr. et rest. Mommsenus Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 1850 p. 303 sq. cf. Henzenum p. 119 ad Orell. n. 1135. — Pertinet ad victoriam Stilichonis de Radagaiso a. 405.

1095 DN GLRSMVS ADQ · INCLYT REX THEODORICVS VICT[1] AC TRI|VMF[2] SEMPER AVG[3] BONO RP[4] · NATVS CVSTOS LIBERTA|TIS[5] ET PROGATOR[6] ROM · NOM · DOMITOR G'TIVM DECENNO | VII[7] VIAE APPIAE ID' A TRIP VSQ' TARRIC[8] IT'[9] ET LOCA QVAE | CONFLVENTIB' AB VTRAQ · PARTE PALVD' PER OMN RETRO PRINCIP[10] · | INVNDAVERANT VSVI PVBCO (*sic*) ET SECVRITATE VIANTIVM AD|MIRANDAM PROPITIO DEO FEL'CTE[11] RESTITVIT OPERI | INIVNCTO NAVITER INSVDANTE ADQ · CLEMENTISSIMI | PRINCIP · FELICITER[12] DESERVIENTE P'CONIIS[13] EX PROSA|PIE DECIORVM CAEC · MAV · BASILIO DECIO VC[14] ET IN|L'[15] EX P'V EX PPO[16] EX CONS ORD PAT[17] · QVI AD PERPETV|ANDAM TANTI DOMINI GLORIAM PER PLVRIMOS | QVI ANTE NON ALBEOS DEDVCTA IN MARE AQ|VA IGNOTAE ATAVIIS[18] ET NIMIS ANTIQVAE RED|DIDIT SICCITATI ☧[19]

Mesae in via Appia duobus exemplis versuum distributione verborumque compendiis paullulum inter se differentibus. Henzen 5594 descr. Philippius. Alterum exemplum littera: b indico. — 1) THEDERICVSCVICT' *b.* 2) TRIVMF *sine lineola supra posita. b.* 3) AVG' *b.* 4) RP' *b.* 5) LIBTIS *b.* 6) PROPAGATOR *b, recte.* 7) *I. e. decem nove(m) (milia) viae Appiae, qua per paludes Pomptinas tendit. Confert Henzenus Cassiod. Var. II, 32. 33.* 8) IDE A TRIB VSQ TARRIC *b, legendum:* id est a Tripontio usque Tarricinam. 9) IT *b; legit* iter *Henzenus,* item *ego.* 10) PRINCIP *b.* 11) FELICTE *b.* 12) PRINCIP FELIC *b.* 13) PCONIIS *b.* 14) VC *b.* 15) INL *b. Legendum: v(iro) c(larissimo) et inl(ustri).* 16) PPO *b.* 17) ORD · PAT *b. Legendum: ex p(raefecto) u(rbi), ex p(raefecto) p(raetori)o, ex cons(ule) ord(inario) pat(ricio).* 18) ATAVIS *b.* 19) *Monogramma saepe obvium in monumentis illius aetatis. Videtur christianum esse. — Marinius 'difesa per la serie de' prefetti di Roma del ch. P. Corsini Bologna 1772' paullo post 510 titulum incisum esse docuit.*

1096 ☧ DEO IVBANTE TEMPORIBVS | IVSTINIANI ET THEODORAE PIIS | ZZ ZZ M M DOMINORVM NOSTRORVM | PROVIDENTIA SOLOMONIS EXCELLEN|TISSIMI

MAGISTRI MILITVM EX CONSVLE | BIS PREFEC*to pr*AETORIORVM AFRI-
CAE HAC (*sic*) | PATRICIO FAB*atian. castell*VM · EST · *resTitutum*

Aïn Sbehi. Annuaire de Constantine 1867 p. 212; partem posteriorem habet Renier n. 3259.

1097 [†] NVTV · DIVINO · FELICISS · TEMPORIS · PIISSIMOR · DOM|INOR ·
NOSTROR · IVSTINIANI · ET · THEODORAE | AVGG · POST · ABSCISOS ·
EX · AFRICA · VANDALOS | EXTINCTAMQVE · PER · SOLOMONEM[1] ·
GLORIOSISS · | ET EXCELL · MAGISTRO · MILITVM · EX · CONSVL ·
PRAEFECT · | LIBYAE AC PATRICIO VNIVERSAM MAVRVSIAM GENTEM |
PROVI*dentia eius*DEM AEMINENTISSIMI VIRI THE|VESTE *civitas* A *f*VN-
DAMENT · AEDIFICATA · EST

Theveste in arcu, cuius reliquas inscr. retuli n. 749. Renier n. 3089 qui descr. (Henz. 5595.) — [1]) Solomon, Vandalis a Belisario a. 533/4 victis, bellum contra Mauros gessit cf. Procop. Vandal II, 10—13. 19. 20. Pax facta a. 540, rebellarunt (ibid. c. 21 sq.) a. 543 eoque anno Solomon cecidit; positus igitur est titulus a. 540/3.

1098 ☧ IMPERANTE · $\overline{\text{DN}}$ · PIISSIMO · AC · TRIVMPHALI · SEMPER · IVSTI-
NIANO · $\overline{\text{PP}}$ · $\overline{\text{AVG}}$ · $\overline{\text{ANN}}$ · $\overline{\text{XXXVIIII}}$[1] | NARSES · VIR · GLORIOSISSI-
MVS · EX · PRAEPOSITO · SACRI · PALATII · EX · CONS | ATQVE ·
PATRICIVS · POST · VICTORIAM · GOTHICAM · IPSIS · EORVM · REGIBVS |
CELERITATE · MIRABILI · CONFLICTV · PVBLICO · SVPERATIS · ATQVE ·
PROSTRATIS | LIBERTATE · VRBIS · ROMAE · AC · TOTIVS · ITALIAE ·
RESTITVTA · PONTEM · VIAE · SALARIAE · VS|QVE · AD · AQVAM · A ·
NEFANDISSIMO · TOTILA · TYRANNO · DISTRVCTVM · PVRGATO · FLV-
MINIS · ALVEO | IN · MELIOREM · STATVM · QVAM · QVONDAM ·
FVERAT · RENOVAVIT

† Quam bene curbati directa est semita pontis
Atque interruptum continuatur iter!
Calcamus rapidas subiecti gurgitis undas
Et libet iratae cernere murmur aquae.
Ite igitur faciles per gaudia vestra Quirites
Et Narsim resonans plausus ubique canat.
Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes,
Hic docuit durum flumina ferre iugum.

Prope Romam in ponte Salario super Anienem strato. Gruter 161, 1. 2 descr. Smetius. (Orell. 1162). — [1]) A. 565.

1099 QVISQVIS · ARDVA · TVRRIVM · MIRARIS · CVLMINA | VESTIBVLVMQ· VRBIS · DVPLIC · PORTA · FIRMATVM · | DEXTRA · LEVAQ· BINOS PORTICOS ARCOS | QVIBVS SVPERVM PONITVR CAMERA CVRVA CON-VEXAQ· | COMENCIOLVS[1] SIC HAEC IVSSIT PATRICIVS | MISSVS · A · MAVRICO AVG · CONTRA HOSTES BARBAROS | MAGNVS · VIRTVTE · MAGISTER · MIL · SPANIAE[2] ·

Sic semper Hispania[2] tali rectore laetetur |
Dum poli rotantur dumq(ue) sol circuit orbem. |

ANN VIII AVG · IND · VIII[3] ·

A dextra: crux, cui adscriptae sunt litterae A Q S R[4]

Carthagine nova. Corp. II, 3420 descr. Huebnerus, ex cuius adnotationibus haec adscripsi: [1]) *'Comenciolus magister militiae Mauricii Augusti, notus huius aetatis dux Theophylact. 2, 10 et alibi; Euagrius 6, 15; Gibbon ch. 46; Clinton fast. Rom. 2, 151 sq.'* [2]) *'Nota* Spania *et* Hispania *iuxta usitata'.* [3]) *Ann(o) octavo Aug(usti) ind(ictione) octava. 'Annus Mauricii octavus, cum regnare coepisset d. 13 Aug. a. 582, incipit die 13 Aug. a. 589; cum indictiones a kalendis Septembribus coepisse notum sit, quamquam nuper Rossius docuit interdum iam saeculo sexto medio indictiones a kalendis Ianuariis numerari (Inscr. christ. p. C), post hanc diem a. 589 et ante 13 Aug. a. 590 titulus incisus est.'* [4]) *Non intelleguntur.*

1100 † OPTIMO CLEMENTISS*imo* *piissi*MOQVE | PRINCIPI DOMINO N *Focae* *imperat*ORI | PERPETVO A DO CORONATO *t*RIVMPHATORI | SEMPER AVGVSTO | SMARAGDVS EX PRAEPOS · SACRI PALATII | AC PATRICIVS ET EXARCHVS ITALIAE | DEVOTVS EIVS CLEMENTIAE · | PRO INNV-MERABILIBVS PIETATIS EIVS | BENEFICIIS ET PRO QVIETE | PRO-CVRATA ITAL · AC CONSERVATA LIBERTATE | HANC STATVAM *maiesta*TIS EIVS | AVRI SPLENDORE *fulgen*TEM HVIC SVBLIMI COLVMNAE *ad* PERENNEM | IPSIVS GLORIAM IMPOSVIT AC DEDICAVIT | DIE PRIMA MENSIS AVGVSTI INDICT · VND | PC[1] · PIETATIS EIVS ANNO QVINTO[2]

Romae in basi columnae Phocae. Henzen 5597 qui descr. — [1]) *P(ost) c(onsulatum).* [2]) *A. 608.*

CAPVT VI.

VIRI ORDINIS SENATORII.

1101 APPIOS[1] CONSOL

In Privernatis lapidis fragmento, locus non indicatur. Corp. I, 40 descr Sirmondus. — [1]) *'Propter* OS *scripturam post bellum Hannibalicum obsoletam unum ex consulibus a. 447. 458. 486. 490 lapidem posuisse oportet. Denominatio* Appios *a consueto magnopere recedit nomine gentilicio omisso eamque ob causam praenomine non notato, sed plene perscripto; neque tamen descriptorem errasse crediderim aut lapidem imperfectum esse, cum hoc pertineat ad Appii praenominis usum plane singularem et inter praenomen nomenque medium quendam locum obtinentem; recteque comparabuntur* via Appia, forum Appii *similiaque. Cf. Röm. Forsch. I p. 25'. Mommsenus l. l.*

1102 a L · CORNELIO · L · F | SVLLAE · FELICI | DICTATORI[1] | VICVS · LACI · FVND[2]

Romae in Quirinali. Corp. I, 584. Ritschl tab. LXIX A ex lap. (Or. 567). — [1]) *A. u. 672/5.* [2]) *Vicus laci Fund(anii) cf. Henzen 7272. Sullae dictatori ut publice (a. 674 vel 675 cf. Mommsenus Röm. Münzw. p. 593. 596 Appian. b. c. 1, 97 Cic. Phil. 9, 6, 13 Vell. 2, 61), ita privatim a singulis vicis statuas videri dedicatas esse, adnotat Mommsenus.*

1102 b *l* · CORNELIO · L · F · SVLLAE · FELEICI · DICTATORI · LIBERTINI[1]

Romae sine dubio olim prostitit. Corp. I, 585 descr. Iucundus. Versuum divisio non traditur. [1]) *Cf. Appian. b. c. 1, 100.*

1102 c L · CORNELIO L · *f* | SVLLAE FEELICI | DIC

Clusii. Corp. I, 586 Ritschl tab. LXIX B ex lap.

1102 d L · CORNELIO L · F · SVL*lae* | FELICI · DICTATO*ri* | PVBLICE · STATVTA

Albae Fucent. (Avezzano) rep. Descripsi imaginem quam dicunt photographicam, missam ab Henzeno.

1103 Q · MAARCIVM · Q · *f* · *regem* [1] | ITALICEIS · QVEI · NEGOTIA*ntur argeis*
KOINTON MAAPKIO*ν κοιν*|TOY YION PHΓA ITAΛ*ικοι*

Argis in Peloponneso. Corp. I, 596 descr. Fourmontius, restituit Cavedonius. — [1]) Consulem esse a. 686, qui, anno 687 pro consule in Ciliciam missus, hoc modo in itinere ab Italicis negotiatoribus honoratus sit, demonstravit Mommsenus l. l.

1104 Q · CAECILIO · C · F · METELO [1] | IMPERATORI · ITALICI | QVEI · ARGEIS · NEGOTIA*NTVR*

Merbaccae haud procul a Midea Tirynthem versus. Corp. I, 595 Ritschl tab. LXXA ex lap. Litterae inclinatae exemplo Cyriacano debentur. — [1]) 'Videtur esse Q. Metellus Creticus cos. a. u. 685, qui a. 686 — 688 Cretam cepit imperatorque inde appellatus a. demum 692 triumphavit'. Mommsenus l. l. — Addo his titulos nonnullos similes recentiores:

1104*a* L · CALPVRNIO · L · F CAPITOLINO C · CALPVRNIO · L · F . . . .
MERCATORES QVI · ALEXANDR · ASIAI · SYRIAI · NEGOTIANTVr

Puteolis. I. Neap. 2516 descr. Mommsenus. (Orell. 4236).

1104*b* CIVES · ROMANI · QVI | MYTILENES · NEGOTIANTVR | M · TITIO · M · F · PRO · COS | PRAEF · CLASSIS · COS | DESIG [1] · PATRONO | HONORIS · CAVSSA

Mytilenis. Corp. III, 455 descr. Cyriacus (Orell. 4111). — [1]) Consul a. 723. Homo notus est.

1105 CN · CALPVRNIVS | CN · F · PISO | QVAESTOR · PRO PR · EX · S · C | PROVINCIAM · HISPANIAM | CITERIOREM · OPTINVIT [1]

In basi marm. Romae rep. Corp. I, 598 descr. Smetius aliique. — [1]) 'Piso hic est Catilinae socius, de quo Sallustius Cat. 19: Piso in citeriorem Hispaniam quaestor pro praetore missus est *aliique. Vitam enarravit Drumannus hist. 2, 87 sq. Titulus videtur stetisse in sepulcro neque enim elogium refert'. Mommsenus l. l. Mortuus est c. a. 690.*

1106 L AFRaNIO · A · F [1] | COS [2] | CONSCrIP · ET · Col | COL · VALE*nt* [3]

In agro oppidi Ripatransone (in Piceno). Corp. I, 601 Ritschl tab. LXXXVIB. — [1]) Notus Pompeii legatus. [2]) A. u. 694. [3]) Legendum: conscr[i]p(ti) et c[ol(oni)] col(oniae) Vale[nt(inorum).] Valentiam Hispaniae citerioris dici et a senatu colonisque eius Afranio in oppido patrio statuam positam esse, Mommsenus iudicat.

1107 *cn.* POMPEIO · CN · *f* | *ma*GNO · IMP [1] · COS · TER*t* [2] | *pa*TRONO · PVBLICE ·

Auximi in magna basi. Corp. I, 615 Ritschl tab. LXXXVIc ex lap. (Orell. 574). — [1]) *'Imp(erator) videtur spectare ad victorias praecedentes (imperator appellatus est ex Hispania et ex Asia), non ad imperium, quod cum consulari, coniunctum Pompeius obtinuit in Hispania, nam hoc nomine* proconsule *tantummodo dici solet (Caes. b. G. 6, 1. Mommsen Röm. Münzw. p. 654). Quamquam hac aetate in titulis statuarum commemorari non solere honores nisi praesentes non ignoro'. Mommsenus l. l. Patroni titulus in fine additur, quia patronatus is honor est, quo apud Auximates Pompeius fungebatur cf. titulos sequentes.* [2]) *A. u. 702. Adnotat Mommsenus, Cn. Pompeium primum fuisse, qui iterationem honorum monumentis suis inscripserit (cf. C. I. Gr. 3608 Gell. N. A. 10, 1), iterationem autem initio litteris scriptam esse, deinde lineolas invaluisse, quibus usi sint, qui in theatro Pompeiano reficiendo inscriptionem eius denuo incidendam curaverint (Gell. l. l.). Antea iterationem in unico M. Marcelli titulo (supra n. 651) indicari, quem, cum ea aetate positus sit, qua statuarum claris viris ponendarum usus vixdum coeperit, in plerisque abhorrere a consuetudine eiusmodi elogiorum postea recepta, non mirum esse.*

1108 *c. iul*IO · CAESARI · IM*per* | DICTAT · ITERV*m* [1] | *pont*VFICI MAX*umo* | *aug.* *c*OS · PATRONO · MV*nic* | D · C [2]

Boviani. Corp. I n. 620 Ritschl tab. LXXXVc ad lap. (Orell. 582). — [1]) *A. u. 706 (mense Octobri) — 708. 'Titulus quoniam non solum dictatorem iterum, sed consulem praeterea eum appellat nec facile hac aetate ponuntur honores praeteriti, dedicatus est aut a. 706 extremo, quo Caesar cos II fuit, aut a. 708, quo fuit cos. III. Iterationis nota igitur, cuius usus paulo ante coeperat, etsi admissa est in primario magistratu, tamen deest in consulatu'. Mommsenus l. l.* [2]) *D(ecurionum) c(onsulto) vel d(ecreto) c(onscriptorum).*

1109 C · PAPIRIVS · C · F · CLV · CARBO · TRIB · MIL | XXVI · VIR [1] · Q · PRO · PR | ANTVLLIA · Q · F · VXSOR

Romae. Kellermann vig. n. 250 qui descr. — [1]) *Ante a. 734, quo ex vigintisexviris facti sunt XX viri cf. Dio 54, 8 et 26 Corp. I p. 186.*

1110 M · ARRIO · M · F · | MAXIMO | III · VIR · CAP · PRAEF · EQ [1] | Q · PRO · PR · AED · CV*r* |

Anagniae. Bull. Inst. arch. 1866 p. 145 descr. Henzenus ectypum. — [1]) *Cf. Suet. Aug. 38:* liberis senatorum - - non tribunatum modo le-

gionum sed et praefecturas alarum dedit; ac ne qui expers castrorum esset, binos plerumque laticlavios praeposuit singulis alis.

1111 T · STATILIO | TAVRO [1] · IMP · | III [2] · COS · II [3] · | PATRONO

Ilici in basi rotunda. (*Elche*). *Corp. II, 3556 descr. Huebnerus.* — [1]) *Notus est Augusti amicus.* [2]) *Eum imperatorem appellatum videri primum bello Africano a. 720, iterum Dalmatico a. 722, tertium Hispano a. 725, adnotat Haebnerus.* [3]) *A. u. 717. 728.*

1112 L · MVNATIVS · L · F · L · N · L · PRON | PLANCVS [1] · COS [2] · CENS [3] · IMP · ITER [4] · VII · VIR | EPVLON [5] · TRIVMP · EX · RAETIS [6] · AEDEM · SATVRNI | FECIT · DE · MANIBIS [7] · AGROS · DIVISIT · IN · ITALIA | BENEVENTI · IN · GALLIA · COLONIAS · DEDVXIT | LVGVDVNVM · ET · RAVRICAM [8]

Caietae (*Gaeta*) *loco suo in eximio mausolaeo. I. Neap. 4089 descr. Mommsenus* (*Orell. 590*). · [1]) *Cf. Drumann Röm. Gesch. 4 p. 207 sq.* [2]) *A. 712. In mscr. Plinii h. n. 13, 25 bis consul appellatur, errore cf. Borghesium Opp. IV, 52 n. 3, Corp. I p. 449. 450.* [3]) *A. u. 732.* [4]) *Imperator primum salutatus est cum Galliam teneret a. u. 710, ex qua victoria triumphavit, iterum ex victoria Armeniaca a. 720 cf. Borghesium Opp. II p. 84 sq.* [5]) *In nummis quoque Planci indicatur cf. Eckhel 5, 257.* [6]) *Die 29 Dec. a. u. 711 secundum fastos Capitolinos, qui eum triumphantem faciunt* ex Gallia, *nimirum cum Galliae praeerat cum Raetis conflixerat.* [7]) *Dio 54, 18:* (ὁ Αὔγουστος) τοῖς τὰ ἐπινίκια πέμπουσιν ἔργον ἐκ τῶν λαφύρων ἐς τὴν τῶν πράξεων μνήμην ποιεῖν προσέταξε (*a. 737*) *Suet. Oct. 29. Cf. titulum apud Borghesium Opp. II p. 84:* L · PLANCVS · L · F · COS | IMP · ITER · DE · MANIBI*is, qui hodie periit sed in tabula marm. magnis litteris olim incisus et in ruinis templi Saturni repertus esse dicitur; nomen gentilicium licet aegre desideretur, tamen vix pro spurio habendus est titulus. Plancum imperatorem in Capitolio posuisse Victoriam, Nicomachi picturam, refert Plin. h. n. 35, 108, in eodem fortasse Saturni templo.* [8]) *Anni accuratius definiri non possunt. Beneventi legionibus VI et XXX agri adsignati videntur esse cf. I. Neap. 1441—1473.*

1113 L · MEMMIVS · C · F · GAL [1] · Q · TR · PL *pr.* [2] | FRVMENTI · CVRATOR · EX · S · C [3] | PRAEFECTVS · LEG · XXVI · ET · VII | LVCAE · AD · AGROS · DIVIDVNDOS [4] | PONTIFEX · ALBANVS [4] | MEMMIA · FILIA · TESTAMENTO · SVO · FIERI · IVSSIT

Romae. Henzen 6493 qui descr. — [1]) *Cf. Borghesius Opp. I p. 153. Filius est consulis suffecti a. u. 720.* [2]) *Henzenus supplet* PLEB*(is), fortasse*

recte; equidem tamen praetoris potius titulum inserendum crediderim propter praefecturam agris dividundis. [3]) *Magistratus est extraordinarius ideoque adicitur: ex s(enatus) c(onsulto); postea idem magistratus qui usque ad Severum Alexandrum satis crebro invenitur vocari solet:* praefectus frumenti dandi ex s. c. *Cf. Hirschfeldium Philol. 1869 p. 43 et Mommsenum Herm. IV p. 364 sq.* [4]) *Eadem cura Plancus Beneventi functus est (supra n. 1112).* [5]) *Hoc sacerdotio ornatus videtur, antequam in senatum intraret; videsis quaestionem meam De sacerdotiorum p. p. R. quodam genere p. 37 et 54. Cf. infra ad n. 1126.*

1114 M · TVLLIO · M · F · M · N · M · P · N · COR | CICERONI [1] · COS [2] | PRO · COS · PROV · ASIAE [3] · LEG · IMP | CAES · AVG · IN · SYRIA [4] | PATRONO

Aquini (Arce). I. Neap. 4320. (Orell. 572). — [1]) *Oratoris filius natus a. u. 689 cf. Drumann VI p. 711—719.* [2]) *A. 724.* [3]) *Cf. Borghesius Opp. I p. 170 sq. De tempore proconsulatus nihil constat nisi quod propter legitimum quinquennii intervallum (Dio 53, 15) non administratus est ante a. 729, probabiliter autem aliquanto postea. Ita M. Silanus cos. 729 procos. As. 742 videtur fuisse, Cn. Lentulus cos. 742 procos. As. a. 753, et inde a Tiberii aetate decennii intervallum sollemne fuit. Cf. Borghesius Opp. II, 136. III, 191. IV p. 145. Mommsenus Mon. Anc. p. 119.* [4]) *Cf. Appian. b. c. 4, 51. 'Tempus inde non apparet; cum autem legatio Syriae, nisi si qui coniunctione cum domo imperatoria et gratia ultra privatum valerent, decennio vel etiam amplius post consulatum dari solita sit, Ciceronem magis crediderim post a. 741 quam ante a. 731 (a. 731/741 enim Agrippa orienti praefuit) ea functum esse'. Mommsenus Mon. Anc. p. 114.*

1115 C · NONIO · C · F · M · N · IIII · VIR | QVINQ · M · NONIVS · GALLVS | IMP [1] · VII · VIR · EPVL · FILIVS | POSVIT

Aeserniae. I. Neap. 5021 descr. Mommsenus (Orell. 3419). — [1]) *Imperator dictus est ex victoria Gallica de Treviris a. 725 reportata (cf. Dio 51, 20) eidemque Galli cognomen videtur debere. Consul antea iam fuerat, sed nescimus quo anno cf. Borghesius Opp. IV, 52 n. 3 et Henzenus Corp. I p. 449 sq.*

1116 Q · SANQVINIVS | Q · F · STEL [1] | Q · TR · PL · PR | PRO · COS

Prope Romam rep. Corp. I, 640. Ritschl tab. XCI n. — [1]) *A Borghe-*

sio habetur probabiliter pater triumviri monetalis a. 739 M. Sanquinii Q. f. (Röm. Münzwesen p. 744).

1117 CN · BAEBIO · CN · *f* | TAMPILO · VÁLAE | NVMONIANO[1] | Q · PR · PRO · COS | III · VIR · A · A · A · F · F[2] | VIRO

In via Latina prope Romam. Bull. Inst. arch. 1863 p. 231 descr. Henzenus. — [1]) *Ex Numoniorum Valarum igitur in Baebiorum gentem adoptatus erat cf. Dio XLVI, 47. Marquardt Handb. V p. 17. Cum apice iam indicetur, a litteram cognominis* Vala *longam esse, titulus ante Augusti aetatem scriptus videtur non esse (Ritschl Mon. epigr. tria p. 32 Mus. Rhen. XIV p. 315 sq. Prisc. Lat. mon. p. 74), neque antea honorum cursus in titulis mortuariis referri solebat; sed nec Augusti aetatem excedere videtur cum propter litterarum formam aspirationemque in cognomine* Tampili *(pro* Tamphili*) omissam (Ritschl mon. epigr. tria p. 27) tum quia post quaesturam statim ad praeturam evectus est, quod postea non licuit (cf. Dio 52, 20 Nipperdei leges annales p. 55). Itaque Tampilum hunc non diversum esse existimo ab noto triumviro monetali a. 711, qui in nummis vocatur* C · NVMONIVS · VAALA *(Mommsen Roem. Muenzw. p. 652. 741), post triumviratum scilicet a. Cn. Baebio Tampilo nescio quo adoptato.* [2]) *Triumvir(o) a(uro) a(rgento) a(ere) f(lando) f(eriundo). Ne inde quod triumviratus post praeturam demum ponatur, Tampilum praetorium hoc honore functum esse cum Henzeno l. l. concludas, saepius enim primis aetatis imperatoriae temporibus vigintiviratus extra seriem honorum reliquorum ponitur cf. infra n. 1139, scilicet quia iustus honorum cursus incipiebat a quaestura et vigintiviratus inter munera potius (Tac. Ann. III, 29) quam inter magistratus numerabatur. Triumvir monetalis Tampilus sine dubio fuit, antequam quaestor fieret cf. Mommsenus Roem. Muenzw. p. 367.*

1118 *q.* c*AECILIVS · M · F · *Metellus creticus*[1] | PR · VRB · PRO *cos. augur* (?) | *e*T · AMBVLATIONES · PRIVATO *inpendio fecit*

Cagliari in Sardinia. Hermes II p. 125 cf. III, 170 descr. Nissenus. — [1]) *Monumentum ad liberae reipublicae tempora non pertinere et litterarum forma quae Augustae aetatis est et honorum tituli relati docent; ante a. 6 p. C. autem positum esse proconsulis titulo evincitur, nam illo anno provincia Sardinia inter imperatorias recepta est, nec iam usque ad a. 66 a proconsulibus sed a legatis Augustorum administratur. Quare pertineat inscriptio necesse est ad Metellum Creticum cos. a. 7, qui postea inter a. 7/11 in Iuniorum Silanorum gentem adoptatus est. Cf. Mommsenum l. l.*

1119 Q · ARTICVLEIO | REGVLO | PR · PROCOS · LEG | IMP · CAESARIS · AVG · P · P[1] · | PATRONO

Canusii. I. Neap. 640 descr. Mommsenus (Henz. 6494). — [1]) Pr(aetori) proco(n)s(uli), leg(ato) Imp(eratoris) Caesaris Aug(usti) p(atris) p(atriae). Cum Augustus 5 Febr. a. 752 demum pater patriae appellatus sit posita est inter a. 752—767. — Proconsulis et legati titulis nec provincia nec legio, quibus imperaverit, additur: id quod post Flavios imperatores nunquam occurrit. Cuiusvis quidem aetatis tituli honorarii inveniuntur, quos provinciae praesidibus suis, vel oppida patronis curatoribus defensoribus cet. posuerunt non addito provinciae aut oppidi nomine, sed hunc usum ab illo plane diversum esse apparet. Cum enim in ipsa provincia ipsove oppido, cui praefuerat proconsul ille curatorve, basis ei posita sit, ipso, quo stabat, loco iam intellegebatur a quo posita esset.

1120 *T* · HELVIO · T · F · BASILAE[1] | AED · PR · PROCOS | LEGATO · CAESARIS · AVGVS*ti* | QVI · ATINATIBVS · HS · [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] | LEGAVIT · VT · LIBERIS · EORVM | EX · REDITV · DVM · IN · AETATE*m* | PERVENIRENT · FRVMENTV*m* | ET · POSTEA · SESTERTI*a* | SINGVLA · MILLIA · DARENTVR | PROCVLA · FILIA · POSVIT

Atinae. I. Neap. 4546 descr. Brunnius (Orell. 4365). — [1]) Initio T *praenomen habent exempla antiquiora tribuiturque ei in titulo altero Atinate I. N. 4547.*

1121 M · PLAVTIVS · M · F · A · N | SILVANVS | COS[1] · VII · VIR · EPVLÓN | HVIC · SENÁTVS · TRIVMPHÁLIA | ÓRNÁMENTA · DÉCRÉVIT | OB RÉS · IN ILLYRICO | BENE · GÉSTAS[2]

LARTIA · CN · F · VXOR

A · PLAVTIVS · M · F | VRGVLANIVS | VIX · ANN · IX

'Ponte Lucano' prope Tibur in Plautiorum sepulcro. Gruter 452, 6 descr. Smetius cf. Borghesius Opp. V p. 309. — [1]) A. 2. [2]) Bello scilicet Tiberii Pannonico, quo legatus eius fuit a. 8—10. Vell. II, 112 Dio 55, 34. 56, 12. Suet. Tib. 20.

1122 L · AQVILLIO · C · F · POM · FLORO | TVRCIANO · GALLO[1] | X · VIR · STL · IVD · TRIBVNO · MIL · LEG · VIIII | MACEDONIC[2] · QVAESTOR · IMP · CAESARIS · AVG | PROQVAEST[3] · PROVINC · CYPRI · TR · PL · PR · PROCOS · ACHAIAE

infra inscriptio Graeca: ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων κα[ὶ] ὁ δῆμος Λ. Ακύλλιον Φλῶρον Τουρκιανὸν Γάλλον ἀνθύπατον εὐνοίας ἕνεκεν τῆς πρὸς τὴν πόλιν. Ἐπὶ ἱερίας Ἱπποσθενίδος τῆς Νικοκλ[έ]ους Πειραιέως θυγατρός.

Athenis. Corp. III, 551 descr. G. Vischerus aliique. — [1]) *'Fortasse pater IIIviri monetalis imperante Augusto c. a. 735 (Eckhel V, 142)'. Mommsenus l. l.* [2]) *Cf. infra n. 1142.* [3]) *'Aetate liberas reipublicae non rari, aetate imperatoria vix praeterea nominantur'. Mommsenus l. l. — Inter titulos honorarios vetustissimum fortasse exemplum est, Augusto nimirum etiamtum vivo dedicatum, quo non summi tantum sed omnes honores, quos gessit is, qui honoratur, continente serie referuntur: incipit autem series ab infimo ascenditque ad superiores, ipsum quo accepti sunt ordinem sequens.*

1123 T · MVSIDIO · POLIANO | COS[1] · PR · PRO · COS · PROVINC | GALLIAE · NARB[2] · TR · PL · Q | X · VIR · STL · IVDIC · CVR · VIARVM[3] | PRAEF · FRVMENTI · DANDI | EX · S · C[4]

Romae. Grut. 440, 2. — [1]) *Anno incerto.* [2]) *Iungendum videtur: pr(aetor) proco(n)s(ule) provinc(iae) Galliae Narb(onensis), ut supra n. 605. 620, nec Pollianum post tribunatum plebis extra ordinem provinciam regendam accepisse putandum, de quo dicendi usu postremae reipublicae liberae Augustique aetati proprio cf. Mommsenum Corp. I p. 187 sq. Postea semper proconsulatus si ordine descendente, ut supra, honores referuntur, ante praeturam ponitur, si ascendente, post eam.* [3]) *Ab hoc curatore viarum non diversus videtur esse alter eiusdem fere temporis n. 1124* viar(um) cur(ator) extra u(rbem) R(omam) ex s(enatus) c(onsulto) in quinq(uennium), *qui cum consularis sit, Pollianum quoque hoc munere post consulatum vel certe post praeturam functum esse accipiendum cf. Mommsenum Corp. I p. 185.* [4]) *Praefecti quoque frumenti dandi ex s. c. plerumque praetorii sunt. Itaque in hoc quoque titulo munera extra ordinem collata ab ordinariis honoribus separantur.*

1124 P · PAQVIVS · SCAEVAE · ET · FLAVIAE · FILIVS · CONSI · ET · DIDIAE · NEPOS / BARBI · ET · DIRVTIAE · PRO · NEPOS | SCAEVA · / QVAESTOR · DECEM · VIR · STLITI · BVS (*sic*) · IVDICANDIS · EX · S · C · POST · QVAESTVRAM · QVATTVOR · VIR | CAPITALIS · EX · S · C[1] / POST · QVAESTVRAM · ET · DECEM · VIRATVM · STLITIVM · IVDICANDARVM · TRIBVNVS · PLEBIS | AEDILIS · CVRVLIS[2] · / IVDEX · QVAESTIONIS · / PRAETOR · AERARII[3] · / PRO · CONSVLE · PROVINCIAM · CYPRVM · OPTINVIT | VIAR · CVR · EXTRA · V · R · EX · S · C · INQVINQ[4] · PRO · COS · ITERVM · EXTRA · SORTEM · AVCTORITATE · AVG · CAESARIS | ET · S · C · MISSO · AD · COMPONENDVM · STATVM · IN · RELIQVVM · PROVINCIAE · CYPRI · FETIALIS[5] · | CONSOBRINVS · IDEMQVE ·

VIR · FLAVIAE · CONSI · FILIAE · / SCAPVLAE · NEPTIS · / BARBI · PRONEPTIS · SIMVL · CVM · EA · CONDITVS

Ab altera parte: FLAVIA · CONSI · ET · SINNIAE · FILIA · / SCAPVLAE · ET · SINNIAE · NEPTIS · / BARBI · ET · DIRVTIAE | PRONEPTIS · / CONSOBRINA · EADEM · QVE · VXOR · P · PAQVII · SCAEVAE · FILII · SCAEVAE · CONSI | NEPOTIS · BARBI · PRONEPOTIS · / SIMVL · CVM · EÓ · CONDITA

Histonii intus in arca gemina ingenti. I. Neap. 5244 descr. Mommsenus (Henzen 6450). — [1]) *Suet. Caes. c. 41:* (Caesar) minorum magistratuum numerum ampliavit, *additis scilicet singulis viris ad collegia triumvirum capitalium et monetalium et ad alia fortasse XXVI virum collegia cf. Mommsenum Roem. Muenzw. p. 370 n. 14 Corp. I p. 186 sq. Post Caesaris mortem mox antiquus mos revocatus est, itaque aut postremis Caesaris aut primis post caedem eius annis quaestura, IV viratu capitali, decemviratu functus videtur esse.* [2]) *Et aedilitatem et tribunatum gessit, cum postea idque ab Augusti iam aetate lex esset* ταμιεύσαντές τε καὶ ἀγορανομήσαντες ἢ δημαρχήσαντες στρατηγείτωσαν *Dio 52, 30.* [3]) *Non ante a. 731 quo Augustus aerarii Saturni curam duobus praetoribus mandavit Tac. Ann. 13, 29 Dio 53, 32.* [4]) *Cf. ad n. 1123 not 3. Ceterum legitimo quinquennio inter praeturam et proconsulatum interiecto Scaeva proconsulatum (et Cyprus provincia a. 732 demum ex imperatoria senatoria facta est Dio 54, 4) certe non ante a. 736, viarum curam non ante a. 737 suscipere potuit; patet igitur hanc curam plane diversam esse a cura viarum magnarum Italiae publicarum Appiae, Flaminiae cet., quam habebant eo iam tempore curatores ab imperatore neque ex senatus consulto electi (Dio 54, 8).* [5]) *Nota intervallum, quo sacerdotium a reliquis honoribus separatur cf. infra ad n. 1126.*

1125 SEX · APPVLEIO · SEX · F[1] | IMP[2] · COS[3] · AVGVRI | PATRONO *Aeserniae. I. Neap. 5016 descr. Mommsenus.* — [1]) *Cf. de eo Dio 56, 29 qui eum dicit* συγγενῆ τοῦ Καίσαρος Αὐγούστου. *Titulum eius sepulcralem ab uxore positum refert Murat. 1133, 9: Sex.* APVLEIO · SEX · F | GAL | SEX · N · SEX · PRON | FABIA · NVMANTINA | NATO · VLTIMO · GENTIS | SVAE. *De Fabia Numantina cf. Borghesium Opp. V p. 309.* [2]) *Unde imperator vocatus sit, nescio.* [3]) *A. 14.*

1126 P · CORNELIO · DOLABELLAE · COS[1] | VII · VIRO · EPVLONI | SODALI · TITIENSI[2] | LEG · PRO · PR[3] · DIVI · AVGVSTI | ET · TI · CAESARIS · AVGVSTI | CIVITATES · SVPERIORIS | PROVINCIAE · HILLYRICI[4]

Epidauri. Corp. III, 1741 (Orell. 2365). — [1]) *A. 10. De Dolabella cf. Nipperdeium ad Tac. A. III, 47.* [2]) *Dolabellam sacerdotia post consulatum demum et antequam legatus fieret Illyrici adsecutum esse, ex eo quo hic ponuntur loco, non sequitur; raro enim sacerdotia, etiamsi reliqui honores omnes eo ordine exhibeantur, quo accepti sunt, suo loco referuntur, sed plerumque vel initio vel fine totius honorum cursus ponuntur. Consulatus quoque praeter ordinem chronologicum referri et plerumque statim post nomen sequi solet; itaque si consulatus simul et sacerdotium commemoranda erant, ordo solet is esse ut post nomen hominis sequatur consulis titulus, deinde sacerdotium (rarius ordine inverso: nomen, sacerdotium, consul), tum demum reliqui honores, vel is, ut post nomen consulisque titulum ponantur reliqui magistratus et in fine sacerdotium. Postea cum non summi tantum sed omnes honores eius, cui dedicabatur inscriptio, referri solebant, ubi diversae series honorum fiebant, ita ut prius honores ordinarii, deinde extraordinarii, vel prius magistratus publici, deinde municipales exhiberentur, sacerdotia seriebus illis etiam intericiebantur, ita ut sacerdotia publica populi Romani sequerentur quidem magistratus ordinarios, praecederent autem extraordinarios municipalesve, idemque de sacerdotiis municipalibus observaretur. Fieri igitur potest, quin verisimile est, ut Dolabella iam diu ante consulatum inter septemviros sodalesque Titienses receptus sit.* [3]) *Scil. Illyrici superioris a. 14 et sequentibus. Vell. II, 125.* [4]) *Est provincia quae postea dicitur Dalmatia* (maritima pars Illyrici *Vell. l. l*).

1127 *p. sulpicius p. f. quirinius*[1] *cos*[2] . . . . *pr. proconsul cretam*
et cyrenas provinciam optinuit[3] . . . . *legatus pr. pr.*
divi augusti syriam et phoenicem optinens bellum gessit cum gente homonadensium
quae interfecerat amyntam | *r*EGEM[4] · QVA · REDACTA · IN · POT*estatem*
dicionemque divi | AVGVSTI · POPVLĪQVE · ROMANI · SENATV*s dis immortalibus* | SVPPLICATIONES · BĪNAS · OB · RES · PROSP*ere ab eo gestas et* |
IPSI · ORNAMENTA · TRIVMPH*alia*[5] *decrevit* | PRO · CONSVL · ASIAM ·
PROVINCIAM · OP*tinuit*[6] *legatus pr. pr.* | DĪVĪ · AVGVSTI · *i*TERVM ·
SYRIAM · ET · PH*oenicem optinuit*[7] . . . .

Tiburs rep. Mommsen Mon. Anc. p. 111 sq., qui descr. et restituit. (Henz. 5366). Titulus scriptus litteris optimis et pulcherrimis. — [1]) *Ad eum unum convenire quae in titulo referantur post alios docuit Mommsenus l. l. praesertim ex legatione Syriae bis gesta.* [2]) *A. 742.* [3]) *Ex praetura post legitimum quinquennium Cretam et Cyrenaicam administrandam eum accepisse docet Mommsenus ex verbis Flori 2, 31 Marmaridas et Garamantas subegisse eum referentis. De tempore nihil constat, for-*

tasse tamen expeditionem suscepit coniuncta opera cum Balbo (Plin. h. n. 5, 5, 36. Fast. Capit. triumph. a. 735) proconsule Africae a. 734. [4]) *A. 751. 752 cf. Tac. Ann. 3, 48. Strabo 12, 6, 5 p. 569 c. Amyntas rex caesus erat a. 729.* [5]) *Privatorum omnium postremus triumphavit Cornelius Balbus ex Africa a. 735. Fast. Cap. triumph.* [6]) *Inter a. 753/755, nam a. 756 iam rector C. Caesari datus est, mortuo Lollio; cum in provinciam iret Tiberium Rhodi degentem coluit cf. Tac. l. l.* [7]) *A. 6 aerae nostrae (Ioseph. 17, 13, 5. 18, 1, 1. 18, 2, 1) eoque anno censum egit Palaestinae, quem perperam Lucas evang. 2, 1 ad legationem Quirinii priorem rettulisse videtur cf. Mommsenum l. l. p. 124. — Monumentum cum tituli solita forma relicta ad enarrationem rerum gestarum delabatur vix in publico olim propositum erat sed intus in sepulcro ut Scipionum elogia, Planci n. 1112, Scaevae n. 1124, Plautiorum n. 1121. 1137. 1145. Mortuus est Quirinius a. 21 (Tac. Ann. 3, 48) et auctore Tiberio publicis exequiis mors eius frequentata est; hoc igitur anno hic quoque titulus incisus videtur esse.*

1128 P · CORNELIO · LEN*tulo* | SCIPIONI[1] · COS[2] · PR*aet* | AERARI[3] · LEGATO · TI | CAESARIS · AVG · LEG | VIIII · HISPAN[4] · PONTIF | FETIALI · D · D

Brixiae. Grut. 396, 5 ab aliis Smetius. (Orell. 2275). Correxi ex schedis Corp. V. — [1]) *Cf. de eo Nipperdeium ad Tac. Ann. III, 74.* [2]) *Suffectus anno incerto ante a. 47.* [3]) *Cf. n. 1124 not. 3.* [4]) *Vix recte Nipperdeius Scipionem ante praeturam legatum legionis fuisse iudicat, nam eos semper praetorios fuisse notum est. Ordo videtur is esse, ut primo loco positi sint honores summi urbani, deinde honor summus extra urbem gestus, denique sacerdotia cf. n. 1126. Fuit legatus legionis bello Africano contra Tacfarinatem gesto a. 22. Tac. l. l.*

1129 PAVLLO · AEMILIO | PAVLLI · F · PAL | REGILLO[1] · XVVIR | SACRIS · FACIENDIS | PRAEFECTO · VRB | IVRI · DICVNDO[2] | QVAESTORI · | TI · CAESARIS · AVG | PATRONO

Sagunti (Murviedro). Corp. II, 3837 ad exempla antiqua. — [1]) *Aliunde non notus.* [2]) *Scilicet feriarum Latinarum causa.*

1130 Q · VÁRIO · Q · F · | GEMINO[1] | LEG · DIVI · AVG · II | PRO · CÓS[2] · PR · TR · PL | Q · QVAESIT · IVDIC[3] | PRAEF · FRÚM · DAND | X · VIR · STL · IÚDIC | CVRATORI · AEDIVM · SACR | MONVMENTOR · QVE · PVBLIC | TVENDORVM[4] | IS · PRIMVS · OMNIVM · PAELIGN · SENATOR | FACTVS · EST · ET · EOS · HONORES · GESSIT | SVPERAEQVANI · PVBLICE | PATRONO

Superaequi. I. Neap. 5471 descr. Brunnius. (Orell. 3109). — [1]) *Idem videtur qui orator dicitur aetatis Augustae apud Senec. declam. VI fin. Hieron. adv. Iovin. I t. IV, 2 p. 170 ed. Par.* [2]) *De provinciis praetermissis cf. supra ad n. 1119.* [3]) *Quaesit(ori) iudic(i).* [4]) *Ordo quo honores referuntur is est, ut primum honores ordinarii recenseantur serie a summo ad infimum i. e. quaesturam descendente, adiciantur deinde extraordinarii; nam quaesitores iudices semper aedilicii sunt, vel, si aedilitate omnino non functi sunt, quaestorii cf. Orell. 578. 592. 3109. 6450 cet., praefecti frumenti dandi praetorii aediliciive (cf. Mommsenus Hermes IV p. 364), curatores operum publicorum praetorii consularesve (cf. Borghesius Opp. IV, 151 sq.). Decemviratus litibus iudicandis plerumque quidem ante quaesturam suscipitur, extra ordinem tamen interdum Augusti aetate senatoriae quoque dignitatis viris eum mandatum esse, testis est Scaevae titulus supra n. 1124:* decemvir stlitibus iudicandis ex s. c. post quaesturam. *Itaque quaesturam inter tribunatumque plebis Geminus quaesitor iudex, praef. frumenti dandi(?), decemvir, post praeturam curator operum publicorum videtur fuisse.*

1131 C · *PONTIO* · C · *f* | *PAELIGNO*[1] · *TRIB* · *M* | *LEG* · *X* · *GEM* · Q · *CVR* | LOCORVM · PVB*LIC* | ITERVM[2] · AED · C*VR* · LEGATO · PRO · PR · *ITER* | EX · S · C · ET · EX · AVCTO*RIT* | TI · CAESARIS[3] D

Brixiae. Grut. 457, 4 cont. Mommsenus quae supersunt, cetera, quae inclinatis dedi, sec. Alciatum aliosque. Lectio omnino certa est. — [1]) *Cf. supra n. 854.* [2]) *De hac curatura cf. n. 854; videtur biennis fuisse ideoque dicitur* iterum. [3]) *'Legatio praetorio iure quam Paelignus bis obiit ante praeturam ex s(enatus) c(onsulto) et ex auctorit(ate) Ti. Caesaris, sine ullo dubio non est provinciae administratio ipsa, sed adsessoris officium in provinciis senatorii iuris legatis pro praetore commissum. Nam et opponitur huic legationi in titulo Caerellii (n. 1132) officium legati Augusti nec credibile est homines non praetorios factos esse legatos Augusti, cum legati adsessores non praetorii passim inveniantur. Putarim autem Paelignum et Caerellium legatos fuisse proconsulum eorum, qui per biennium trienniumve provinciam retinerent et cum provincia etiam legatos, ut iteratio in his titulis memorata non tam propria fuerit legatorum, quom a proconsulibus orta ad legatos descenderit.' Mommsen Mon. Anc. p. 129.*

1132 Q · CAERELLIVS · Q · F · | QVI · III VIR · CAP · QVAE | PRO · PR · TR · PL · LEGATO (*sic*) | PRO · PR · TER[1] · PR · PRAEF | FRVM · EX ·

S · C · S (*sic*) | LEG · TI · CAESARIS · AVG[2] | PRO · COS | EX TESTA-MENTO

Q · CAERELLIO · M · F | QVI · PATRI · TR · MILIT | QVAE · TR · PL · PRÆTORI | LEG · M · ANTONI · PRO · COS[3]

Romae. Henzen 5368 descr. de Rossi. Cf. Mommsenum Mon. Anc. p. 128 sq. — Legendum: Q. Caerellius Q. f. Qui(rina) triumvir cap(i-talis), quae(stor) pro pr(aetore), tr(ibunus) pl(ebis), legat[us] pro pr(ae-tore) ter, pr(aetor), praef(ectus) frum(enti) [dandi] ex s(enatus) [c(on-sulto)], leg(atus) Ti. Caesaris Aug(usti), proco(n)s(ul), ex testamento. — Q. Caerellio M. f. Qui(rina) patri, tr(ibuno) milit(um), quae(stori), tr(ibuno) pl(ebis), praetori, leg(ato) M. Antoni, proco(n)s(uli). — [1]) *Cf. ad n. 1131 not. 3.* [2]) *Aut provinciae minoris aut legionis.* [3]) *Henzenus legit* M. Antoni proco(n)s(ulis) *quod iure a Mommseno improbatur. 'Nec difficultatem habet nomen Antonii nudum, cum praesertim non facile sit indicare, quomodo in elogio aetate imperatoria publice proposito locus quem is in republica tenuisset, praesertim extremo tempore post finitum alterum triumviratus quinquennium, commode potuerit efferri. Offendit autem omnino in eiusmodi titulo mentio viri memoriae damnatae cuius nomen Augustus non solum in commentario praeteriit (v. Mon. Anc. p. 136) sed etiam cum avi ex fastis publicis eradi iussit (Corp. I p. 422). Nisi forte mentio illa coniuncta est cum eiusdem memoriae restitutione, cuius vestigia iidem fasti servant, facta non tam imperante Claudio eius nepote, quam imperante pronepote eius C. Caligula, scilicet qui Antoniam aviam summis honoribus ornaret (Suet. Calig. 15 Dio 59, 3 Eckhel 6, 178). Quod si verum est, titulus Caerelliorum positus est non imperante Tiberio, sed post mortem eius (a. 37)'. Mommsenus Mon. Anc. p. 129.*

1133 SEX · PALPELLIO · P · F · VEL | HISTRO[1] | LEG · TI · CLAVDI · CAE-SARIS · AVG | PRO COS | PR · TR · PL[2] · X · VIR · STL · IVDIC · TR · MIL | LEG · XIIII · GEMINAE · COMITI | TI · CAESARIS · AVG · DATO · AB · DIVO · AVG[3] | C · PRECIVS · FELIX · NEAPOLITANVS | MEMOR · 5 BENEFICI

Polae. Corp. V, 35 ad exempla antiqua. — [1]) *Consul suffectus fuit a. 43, quod docuerunt fasti feriarum latinarum Bull. Inst. arch. 1870 p. 132 sq. Postea legatus Pannoniae fuit cf. Tacit. Ann. 12, 29 (anno 50):* scripsitque (Claudius) Palpellio Histro, qui Pannoniam praesidebat. *Hic titulus dedicatus est antequam fasces susciperet Hister. Palpellius Pola oriundus videtur esse et propter cognomen et propter tribum quam Polensem esse verisimile est.* [2]) *Aut quadratarii aut descriptoris errore*

excidit sine dubio quaestura (Q̄), *nam Sulla iam* στρατηγεῖν ἀπεῖπε πρὶν ταμιεῦσαι (*App. b. c. 1, 100*), *quod postea quoque semper obtinuisse notum est; neve de adlectione inter quaestorios cogita, cum fuerit decemvir et tribunus.* [3]) *Cf. Hermes IV p. 120 sq.*

1134 L · NONIVS QVINTILIANVS[1] | L · F · SEX · N · C · SOSI · COS · TRIVMPHAL[2] | PRO · NEP · AVGVR · SALIVS · PALAT | VIX · ANN · XXIIII

Romae. Marini Atti II p. 643 (Orell. 2243). — [1]) *Quinctiliani cognomen Noniorum primus gessit Sex. Nonius L. f. L. n. cos. a. 8, qui ex Quinctilia in Noniam gentem adoptatus erat. Huius hic videtur esse nepos.* [2]) *Triumphavit III non. Sept. a. 720 proconsul ex Iudaea, consul fuit a. 722.*

1135 *t. do*MITIO · T · F · VEL · DECIDIO[1] | *iii* · VIRO · CAPITALI | *adlec*TO · A · TI · CLAVDIO · CAESARE | *augus*TO · GERMANICO · QVI · PRIMV*s* | *quaes*TOR · PER · TRIENNIVM · CITRA | *ordine*M · PRAEESSET · AERARIO · SATVRNI[2] | PRAETORI

Romae. Henzen 6456 rest. Borghesius Opp. IV p. 148. — [1]) *Pater est Domitiae Decidianae, Iulii Agricolae coniugis Tac. Agr. 6.* [2]) *Cf. Tac. Ann. XIII, 29 Dio 60, 24 qui anno 44 Claudium aerarii curam a praetoribus ad quaestores transtulisse refert. Praefuit igitur ei Domitius a. 44—47.*

1136 . . . . | . . . . MA . . I . U . . . . . . | A · TI · CLA*u*DIO · CAESARE | AVGVSTO · GERMANICO | CENSOR*e*[1] · *a*DLECTO · IN | SENATVM ET INTER | TRIBVNI*cio*S RELATO | AB EODEM ADSCITO IN | NVMERVM SALIOR*VM* | SALONIA · MATER | FILIO *pie*NTISSIMO | VIVA FECIT

Vicetiae (Vicenza). Corp. V, 3117 descr. Mommsenus (Henzen 6005). — [1]) *A. 47/48.*

1137 P · PLAVTIVS · PVLCHER · TRIVMPHALIS[1] · FILIVS · AVGVR · III · VIR · A · A · A · F · F · Q · TI · CAESARIS · AVGVSTI · V · CONSVL[2] · TR · PL · PR · AD · AERAR · COMES · DRVSI · FIL · GERMANICI[3] · AVVNCVLVS · DRVSI · TI · CLAVDI · CAESARIS · AVGVSTI · FILI[4] · ET · AB · EO · CENSORE[5] · INTER · PATRICIOS · CVRATOR · VIAR · STERNENDAR · A · VICINIS · LECTVS · EX · AVCTORITATE · TI · CLAVDI · CAESARIS · AVGVSTI · GERMANICI · PROCOS · PROVINCIAE · SICILIAE

VIBIA · MARSI · F · LAELIA · NATA[6] · PVLCHRI

'Ponte Lucano' prope Tibur in Plautiorum sepulcro. Gruter 452, 5 et 454, 1 altero loco ex exemplo Scaligerano, altero secundum Mazochium; vv. divisio incerta (Orell. 723). — [1]) *Silvanus est (n. 1121).* [2]) *Triumvir a(uro) a(rgento) a(ere) f(lando) f(eriundo), q(uaestor) Ti. Caesaris Augusti quintum consul(is). Quaestor igitur fuit a. 31.* [3]) *Qui fame extinctus est a. 33. Tac. Ann. VI, 23. Dio 58, 22. Suet. Tib. 54. Comes eius certe ante a. 31 fuit cf. l. l.* [4]) *Imp. Claudii scilicet ex Plautia Urgulanilla, Pulchri sorore, filii. Tac. Ann. III, 29. Suet. Claud. 27.* [5]) *A. 47/48.* [6]) LAELIANA *recte emendat Henzenus, uxor enim Pulchri videtur fuisse.*

1138 *l.* *m*ARTIO · L · F · POM*pt* | *mac*RO[1] · TR*i*B · MIL · LEG · II · IIII · VIR · V*iar* | *cur. q.* AED · CVR · PR · LEG · TI · CLAVDI · CAE*s. aug.* | *pro.* PR · PROVINCIAE · MOESIAE · LEG · IV · SCYT · *et* | *leg* V · MACED[2] · PROCOS · PROV · ACHAI*ae* | *citr*A · SOR*te*M · EX · D · D · *Publice.*

Arretii. Gori Inscr. Etr. II p. 293 qui descr. Restituit Borghesius Opp. 3 p. 183. — [1]) *Cf. de eo Tac. hist. 2, 23. 35. 36. 71.* [2]) *Primus videtur fuisse Moesiae legatus, postquam ea provincia a. 44 ab Imperatore Claudio a Macedonia separata est. Dio 60, 24 cf. Borghesium l. l. Legiones IV Scythica et V Macedonica eo tempore Moesiam tenebant cf. Henzenum Annal. Inst. arch. 1859 p. 17.*

1139 C · VMMIDIO C · F · TER · DVRMIO | QVADRATO[1] · COS[2] · XV · VIR · S · F | LEG · TI · CAESARIS AVG · PROV · LVSIT[3] | LEG · DIVI · CLAVDI · IN ILLYRICO[4] · EIVSD · ET | NERONIS · CAESARIS · AVG · IN SYRIA[5] · PROCOS | PROVINC · CYPRI[6] · Q · DIVI · AVG · ET · TI · CAESARIS | AVG[7] · AED · CVR · PR · AER · X · VIR · STLIT · IVD · CVRAT | TABVLAR · PVBLICAR · PRAEF · FRVM · DANDI · EX · S · C

Casini. I. Neap. 4234 descr. Brunnius (Orell. 3128). — [1]) *Cf. de eo Nipperdeium ad Tac. Ann. XII, 45.* [2]) *Anno incerto sub Caligula vel prioribus Claudii annis; nam cum Gaius imperium iniret praetorius erat legatus Lusitaniae, sub Claudio consularem provinciam Illyricum accepit.* [3]) *Fuit legatus cum Tiberius moreretur diciturque infra n. 2839 (Corp. II, 172):* legatus C. Caesaris Germanici imperatoris pro praetore; *Caligula fortasse ob pessimam eius memoriam tacetur.* [4]) *Vocatur ita provincia quae postea inde a Flaviorum aetate Pannonia appellatur cf. supra n. 904. Soloece dicitur* in Illyrico *pro* Illyrici, *nam legationem ipsius provinciae non aliam nescio quam in provincia illa administratam intellegendam esse, docet* legatio in Syria. [5]) *A. 49 adhuc C. Cassius*

Syriae praeest (Tac. Ann. XII, 11), a. 51 iam Quadratus (Tac. Ann. XII, 45), qui provinciam per decem annos obtinuit, nam legatus Syriae mortuus est a. 60 (Tac. Ann. XIV, 26). [6]) *Quinque vel plures annos post praeturam.* [7]) *Anno igitur 14. — Ordo honorum igitur is est ut post consulatum et sacerdotium primo loco ponantur legationes provinciarum imperatoriarum, sequatur proconsulatus, deinde honores urbani ordinarii, denique honores urbani extraordinarii, singulae series ordine ab honoribus inferioribus ad superiores ascendente. De Xviratu cf. supra ad n. 1117, curator tabularum publicarum aliunde quod sciam notus non est, praefectus f. d. praetorius videtur fuisse.*

1140 C · CAESIO · T · F · CL | APRO · PRAEF · COH | HISPANOR · EQVI|TATAE [1] · TRIB MILIT | QVAESTORI · PRO · PR | PONTI · ET · BITHYNIÆ | AEDILI · PLEB · CER · PR | LEGAT · PRO · PR · PRO|VINCIAE · SARDINIAE [2] | D · D

Sestini in Umbria. Bullett. Inst. arch. 1856 p. 141 descr. Borghesius ectypum. — [1]) *A. 60 cf. supra n. 904. Ceterum praefectura cohortis eum equestri loco natum esse evincit.* [2]) *Legatus fuit proconsulis Sardiniae provinciae, quam, cum a. 6/66 ab imperatorum procuratoribus recta esset, a Nerone a. 66 senatui redditam esse demonstravit Mommsenus Hermes II p. 110 sq. Sed statim post imperium acceptum Vespasianus denuo procuratores ei praefecit, cum a. 72 iam secundum procuratorem habere videatur cf. Orell. 4031. Henz. 5190 (a. 74), isque provinciae status usque ad Commodi aetatem mansisse videtur. Honores igitur omnes in titulo commemoratos Aper adsecutus est inter a. 60 et 70.*

1141 C · DILLIO · A · F · SER · VOCVLAE [1] · TRIB · MIL · LEG · I · IIII · VIRO · VIARVM · CVRANDAR · Q · PROVINC · PONTI · ET · BITHYNIAE · TR · PL · PR · LEG · IN GERMANIA · LEG · XXII · PRIMIGENIAE [2] · HELVIA · T · F · PROCVLA [3] · VXOR · FECIT

Romae. Henzen 5426 servavit unus Einsiedlensis ideoque vv. divisio ignoratur. — [1]) *Cf. de eo Tac. Hist. IV, 24—59. Anno 70 a militibus occisus est.* [2]) *Non sine causa adicitur ad legati legionis titulum* in Germania; *indicatur ita fortuna eius et res gestae, quas referre tituli sepulcralis mos non patiebatur.* [3]) *T. Helvii Basilae sine dubio filia est cf. supra n. 1120.*

1142 CN · PINARIVS · L · F · PAP · CORnelius clemens cos. aug | LEGAT · PROPR · EXERCITVS · QVI est in germania sup. [1] cur. aedium | SACRARVM · LOCO-

RVMQ · PVBL*icor.*[2] *honoratus a senatu* | TRIVMPHALIBVS · ORNAMENT*is* ·
auctore imp. caes. vespasiano aug. ob res | IN GERMAN*ia prospere gestas*[3]

Hispelli. Henzen 5427 qui descr. — [1]) *A. 74 cf. Henzen 5256. 5418.* [2]) *Borghesi Opp. IV, 15.* [3]) *Borghesi Opp. V, 30.*

1143 T · CLODIO · M · F · FAL | EPRIO · MARCELLO[1] | COS · II[2] · AVGVRI |
CVRIONI · MAXIMO | SODALI · AVGVSTALI[3] | PR · PER[4] · PROCOS |
ASIAE · III[5] | PROVINCIA · CYPROS

Capuae. I. Neap. 3601 descr. Mommsenus. — [1]) *Cf. de eo et de hoc titulo Borghesium Opp. III p. 285 sq. Basis ei Capuae posita est cum inde oriundus esset.* [2]) *Consulem I fuisse Marcellum secundo semestri a. 57 vel 58 vel 61 demonstravit Borghesius l. l. et IV p. 536 sq.; iam a. 58 excludunt tabulae Arvalium qui A. Paconium Sabinum et A. Petronium Lurconem hoc anno suffectos esse docent; item a. 57 vix quis probet, cum hoc ipso anno de legatione Lyciae modo reversus, repetundarum reus fuerit, quod narrat Tacitus Ann. 13, 33, qui certe, si consul accusatus esset, id commemorasset; restat igitur a. 61. Cos II fuit mense Maio a. 74, teste tab. hon. missionis infra n. 2865.* [3]) *Cf. ad n. 1126.* [4]) *Pr(aetor) per(egrinus) fuit uno die a. 48 cf. Tac. Ann. XII, 4. Suet. Claud. 29.* [5]) *I. e. proconsul Asiae per continuos tres annos, nam proconsulatus annui sunt. Fuisse autem Marcellum proconsulem a medio anno 71 usque ad ver a. 74 demonstravit Borghesius l. l.* — *Referuntur igitur in hoc titulo praeter consulatum et sacerdotia summus magistratus urbanus et provincialis, minores praetermittuntur ut legatio Lyciae, de qua Romam rediit a. 57. Incisa est inscriptio inter a. 74 et 79, quo mortem sibi conscivit.*

1144 *q. aur. q. fil. pactumeio quir. clementi in senatu inter praetorios allecto ab i*M*p.*
*cae*S · V*espa*|*sia*NO · AVG · ET · TITO | IMP · AVG · F · SACERDOTI FE|TIALI ·
PRAEF · AERARII | MILITARIS COS · EX AFRIC*a* | *p*RIMO · PACTVME*ia*
VE*nusta* . . . . *opti*MO

Cirtae. Renier n. 1808 qui rest. ex n. 1807 item mutilo; supplementa collatis titulis plane certa sunt.

1145 TI · PLAVTIO · M · F · A*n* · | SILVANO · AELIANO | PONTIF[1] · SODAL ·
AVG | III VIR · A · A · A · F · F · Q · TI · CAESARIS | LEGAT · LEG · V · IN
GERMANIA[2] | PR · VRB · LEGAT · ET · COMITI · CLAVD | CAESARIS · IN
BRITANNIA[3] · CONSVLI[4] | PROCOS · ASIAE[5] · LEGAT · PROPRAET ·
MOESIAE[6] | IN QVA · PLVRA · QVAM · CENTVM · MILL | EX NVMERO ·
TRANSDANVVIANOR | AD PRAESTANDA · TRIBVTA · CVM CONIVGIB | AC ·

LIBERIS · ET · PRINCIPIB · AVT · RÉGIBVS · SVIS | TRÁNSDVXIT · MÓTVM · ORIENTEM · SARMATAR | CÓMPRESSIT · QVAMVIS · PARTE · MAGNÁ · EXERCITVS · AD EXPEDITIONEM · IN ARMENIAM · MISISSET | IGNÓTOS · ANTE · AVT · INFENSÓS · P · R · REGES · SIGNA | RÓMÁNA · ADORÁTVROS · IN RIPAM · QVAM · TVEBATVR | PERDVXIT · REGIBVS | BASTARNÁRVM · ET | RHOXOLÁNORVM · FILIOS · DÁCORVM · FRÁTRVM | CAPTOS · AVT · HOSTIBVS · EREPTOS · REMISIT · AB | ALIQVIS · EÓRVM · OPSIDÉS · ACCÉPIT · PER QVEM · PÁCEM | PRÓVINCIAE · ET · CONFIRMAVIT · ET · PRÓTVLIT [7] | SCYTHÁRVM · QVÓQVE · REGEM · A CHERÓNENSI | QVAE · EST · VLTRÁ · BORVSTHENEM · OPSIDIÓNE · SVMMOTO | PRIMVS · EX EA · PRÓVINCIA · MAGNÓ · TRITICI · MODO | ANNÓNAM · P · R · ADLEVAVIT · HVNC · LÉGATVM · IN | IN (*sic*) HISPÁNIAM [8] · AD PRAÉFECTVR · VRBIS · REMISSVM | SENÁTVS · IN PRAÉFECTVRA TRIVMPHALIBVS | ORNAMENTIS · HONORÁVIT · AVCTÓRE · IMP · | CAESARE · AVGVSTO · VESPÁSIANO · VERBIS · EX|ORATIÓNE · EIVS · Q · I · S · S | MOESIAE · ITA · PRAEFVIT · VT · NON · DEBVERIT · IN|ME · DIFFERRI · HONOR · TRIVMPHÁLIVM · EIVS | ORNÁMENTORVM · NISI · QVOD · LATIOR · EI | CONTIGIT · MORA · TITVLVS · PRAEFECTO · VRBIS | HVNC · IN EADEM · PRÁEFECTVRA · VRBIS · IMP · CAESAR | AVG · VESPASIÁNVS · ITERVM · COS · FÉCIT [9]

'Ponte Lucano' prope Tibur in Plautiorum sepulcro. Orelli 750. Vidit Henzenus, qui apicibus titulum distinctum esse adfirmat; eos dedi secundum exemplum Smetianum Grut. p. 453. — [1]) *Cf. Tac. Hist. IV, 53.* [2]) *Est legio V Alaudarum cf. Henzenum Annal. Inst. arch. 1859 p. 25. Nota legionis legationem ante praeturam acceptam et tribunatum plebis aedilitatemve praetermissa. Num re vera Plautius post quaesturam statim ad praeturam evectus sit an subsit error quadratarii, non constat.* [3]) *A. 43/44.* [4]) *A. 45.* [5]) *Non ante undecimum post consulatum annum Aelianum videri proconsulem Asiae fuisse i. e. non ante a. 56/57, nisus M'. Acilii Aviolae exemplo consulis a. 54 proconsulis Asiae a. 65, iudicat Henzenus Annal. Inst. arch. p. 15 sq. Propius tamen ad Plautii aetatem alterum M. Iunii Ap. f. Silani exemplum accedit, qui consul fuit a. 46, proconsul Asiae a. 54 (Tac. Ann. XIII, 1 cf. Borghesius Opp. III, 14. V, 192. 193). Quare Plautius in proconsulatu aut praecedere potuit Silanum aut certe sequi a. 54/55.* [6]) *De legationis Moesicae tempore perperam, opinor, disseruit Henzenus Ann. Inst. arch. 1859 p. 16 contra Borghesium, qui recte eam a. 56 sequentibusque adtribuisse videtur; cum enim proconsulatum Asiae non ante a. 56. 57 administrasse Aelianum demonstrasse sibi videretur, verbis inscriptionis* quamvis parte magna exercitus ad expeditionem in Armeniam

misisset *cum iis conlatis quae Tacit. Ann. XV, 6 refert anno 62:* legio nem V Macedonicam e Moesis recens excitam esse in Asiam, *conclusit, Plautianum a. 62 Moesiae praefuisse. Recte autem Borghesius, opinor, monuerat ad legionem V Macedonicam pertinere non posse, quae in inscriptione legerentur, neque enim dicendum fuisse, Aelianum exercitum* magnam partem *in Asiam misisse sed* totum, *cum praeter quintam eo tempore legio nulla in Moesia esset. Novimus autem iam ante legionem quintam Moesiacarum alteram, quartam scilicet Scythicam, in Asiam missam esse inter a. 44 et 62, sine dubio ad expeditionem Corbulonis Armenicam a. 55 sequentibusve (Henzen l. l.); ad hanc igitur quin elogii verba referamus non est quod obstet. Novimus praeterea, idque gravissimum argumentum duco, aeram civitatis Tyranorum, sitae in sinistra ripa fluminis Tyrae (Dniestr), incepisse ab a. 56 ea sine dubio de causa, quod hoc anno ad Romanorum imperium accesserit (cf. Henzen n. 6429); id vero expeditionibus deberi Aeliani in elogio eius celebratis mihi quidem persuasum est. Legationem igitur Moesicam statim post proconsulatum Asiae (ut Fonteius Agrippa a. 69 Tac. Hist. III, 46) iniisse arbitror a. 55 medio vel exeunte, eamque per tres, quod sollemne est legationum tempus, pluresve annos tenuisse.* [7]) *Finibus scilicet provinciae prolatis. Ceterum scriptorum nemo rerum ab Aeliano in Moesia gestarum mentionem facit.* [8]) *Cum die XI k. Iuliae a. 70 Romae adhuc fuerit (Tac. Hist. 4, 53 cf. Eckhel VI p. 321), a. 73 autem praefecturam urbis susceperit, legatio includitur inter hos annos. Utrum legatio ad citeriorem tantum Hispaniam (ita infra n. 1147 citerior non adicitur) pertinuerit, quae a Cluvio Rufo vacua relicta erat (cf. Tac. Hist. II, 65. IV, 39 annis 69/70. Henzen l. l.), an extraordinaria fuerit et totam Hispaniam complexa sit, non diiudico.* [9]) *Consul iterum suffectus est Vespasiano ante Idus Ianuarias a. 74 cf. Henzenum l. l. p. 5, praefecturam igitur urbis certe a. 73 suscepit. — Positus est titulus inter a. 74 et 79, quo Vespasianus inter divos relatus est.*

1146 *a. larcio a. f. lepido* [1] | *sevi*R · EQVIT · ROM · *trib. mil. leg. . . . .* X VIR | *st*LITIB · IVDIC · QVAES*t* · *pr. p*R · PROVINCIAE | *c*RETAE · ET · CYRENA-Rum *leg. i*MP · VESPASIANI | *c*AESARIS · AVG · LEG · X · FRETEN*s* [2] · *donato* · DONIS · MILITARIBVS | *a*B · IMP · VESPASIANO · CAESAR*e aug. et* · T · CAESARE · AVG · F | *b*ELLO · IVDAICO · ÇORONA · MVRALI · VALLARI · AVREA · HASTIS · PVRIS | *v*EXILLIS · DVOBVS [3] · TR · PL · PR · LEG · PROVINC · PONTI · ET · BITHYNIAE | *c*AECINIA · A · F · LARGA · VXOR · ET | *la*RCIA · A · F · PRISCILLA · FILIA · FECERVNT

Prope Antium rep. Marini Iscriz. Alb. p. 53 qui descr. Restituit Renierus, Mém. de l'inst., acad. des inscr. t. XXVI (1867) p. 269—321. — [1]) *Ad eum pertinere titulum docet Renierus conlatis inscriptionis vv. 4 sq. cum Iosephi verbis bell. Iud. VI, 4, 3 et ex filiae nomine versu postremo.* [2]) *Bello Iudaico certo non ante mensem Iulium a. 69, quo Vespasianus purpuram sumpsit.* [3]) *In triumpho a. 71. Quamvis legatus fuerit non tres hastas triaque vexilla accipit, sed duo tantum, cum quaestorius legatus fuerit, non praetorius. Lepidum cum imperatore provinciam legionemque reliquisse docet Ioseph. 7, 2, 1. Terentius Rufus post Lepidum legioni praefuit.*

1147 *c.* CALPE*tano* | RANT*io* | QVIRINAL*i* | *va*LERIO · P · F · POMP · F*esto*[1] | *iiii* VIR · VIÁR · CVRAND · T*r. mil* | *le*G · VI · VICTR · QVÁESTORĪ · SE*viro* | *equi*T · ROMANOR · TR · PLEB · PRAE*tori* | *soda*LI · AVG · LEG · PRO · PRAET · EX*ercit* | *afri*CAE[2] · COS[3] · DONATO · AB · IMPER*atore* | *hastis* PVRĪS · IIII · VEXILLIS · IIII · CO*ronis* | *iiii v*ALLARĪ · MVRALĪ · CLASSICA · A*urea*[4] | *cura*TORI · ALVEI · TIBERIS · ET · RĪPA*rum*[5] | *pon*TIF · LEG · AVG · PRO · PR · PROVINC*iae* | *pan*NONIAE[6] ET PROVINC*iae* | HISPANIAE[7] | PATRONO | PLEBS · VRBANA

Tergeste. Corp. V, 531 descr. Mommsenus (Henzen 6495). — [1]) *Idem vocatur* C. Calpetanus Rantius Quirinalis Valerius Festus *Corp. II, 2477. 4799. 4802. 4803. 4838. 4847. 4854 Grut. 197, 4 (cf. Corp. I p. 180);* C. Valerius Festus *in laterculo feriarum Latinarum apud Marinium Atti I p. 129;* Valerius Festus *Tac. hist. 2, 98. 4, 49 et 50.* [2]) *A. 69. 70 Tac. l. l. De titulo* legati exercitus Africae *cf. Tac. hist. 4, 48 et Henzenum Ann. Inst. arch. 1860 p. 26 sq. Postea dicuntur* legati *vel* praesides provinciae Numidiae. *Fuit haec legatio inter praetorias omnium summa, solebantque qui ea fungebantur aut in ipsa legatione aut statim post eam consulatum assequi cf. Renier I. de l'Algérie 29. 30. 31. 38. 39. 44. 54. 79. 82 cet.* [3]) *A. 71.* [4]) *Ob victoriam de Garamantibus relatam cum legatus esset Numidiae, de qua cf. Tac. hist. 4, 50 Plin. hist. n. 5, 5, 38. Nota Festum donis donatum esse a. demum 71 postquam Romam revertit, in triumpho, ut videtur, hoc anno a Vespasiano et Tito acto cf. supra n. 635. 636.* [5]) *A. 72/73 Grut. 197, 4.* [6]) *Vetustissimum est exemplum quo provincia hoc nomine appellatur (cf. Henz. 5428 anno 80), cum antea* (inferior provincia?) Illyricum *vocaretur cf. n. 1126. Legatus eius fuit inter a. 77 et 78.* [7]) *A. 79/80 Corp. II l. l. Contra morem* et *ponitur pro* item; et *enim usurpari debuit si Festus Pannoniam et Hispaniam eodem tempore tenuit, si non* item. — *Titulum positum esse a. 80 vel paullo post hunc annum recte*

concludit Mommsenus ex nummo sub ipsa basi reperto et inscripto IMP · T · CAES · VESP · P · M · TR · P · P · P · COS · VIII *cuso igitur a. 80.*

1148 CN · DOMITIO SEX · F · VEL | AFRO TITIO MARCELLO | CVRVIO · LVCANO [1] | COS [2] · PROCOS · PROVINCIAE AFRICAE | LEGATO EIVSDEM PROVINCIAE TVLI | FRATRIS SVI [3] · SEPTEMVIRO · EPVLONVM · PRAETORIO LEGATO PROVINCIAE AFR | IMP · CAES · AVG [4] · PRAEF · AVXILIORVM OMNIVM | ADVERSVS GERMANOS · DONATO AB | IMP · VESPASIANO AVG · ET T · CAESAR · AVG · F · CORONIS | MVRALI VALLARI · AVREa [5] · HASTIS PVRIS III | VEXILLIS II [6] · ADLECTO INTER PATRICIOS · PRAETORI | TR · PL · QVAEST · PROPRAETORE PROVINCIAE AFRIC | TRIB · MIL · LEG · V · ALAVDAE · IIII VIR · VIARVM · CVRAND · PATRONO | OPTIMO | D · D

Fulginii in Umbria. Gruter 403, 1 (Orell. 773). — [1]) *Filius viri alicuius ignoti, cui nomina* Titii Marcelli Curvii Lucani *debere videtur, deinde adoptatus a Cn. Domitio Afro consule a. 39 (cf. Plin. epist. 8, 18). Laudatur a Martiale 1, 36. 3, 20, 17. 8, 75. Frater est sequentis.* [2]) *Consul anno incerto sub Domitiano.* [3]) *Legatus fratris Tulli, proconsulis scilicet Africae; fuit consularis sine dubio, cum consulatum certo statim post legationem Numidiae cum septemviratu epulonum acceperit cf. ad n. 1147. Ideo mox vocatur* praetorius *legatus cet.* [4]) *Eadem legatio quae alibi dicitur* exercitus Africae, legionis III Augustae et exercitus Africani *cet., postea* Numidiae *cf. ad n. 1147 et Henzenum Ann. Inst. arch. 1860 p. 15 sq.* [5]) *In lapide* AVREIS *errore, opinor, quadratarii* AVR *male ad* HASTIS *trahentis cf. fratris titulum.* [6]) *De numeris cf. ad n. 1146 et 1149. Ceterum uno spiritu legendum* praefecto auxiliorum *cet.* donato *cet., cum ex ipsa sine dubio expeditione Germanica donis militaribus donatus sit, nullum enim antea militare munus commemoratur quo illa assequi potuerit. Notandum autem Imperatores, licet post mortem eorum titulus positus sit, non divos sed iis nominibus appellari, quibus cum dona accipiebat, utebantur. Expeditio Germanica non video quae alia possit esse, nisi a. 70/71; Afer in praefectura successisse videtur Tullo fratri a. 71 cf. ad tit. sequentem.*

1149 *cn. domitio sex. f. vel. tullo* [1] . . . . *cos. procos. provinciae africae* [2] FETIALI · PRAEF · AV*xiliorum omnium* | ADVERSVS · GERMANOS · QVI · CVM · ESSET *in germania* | CANDIDATVS · CAESAR · PR · DESIG · MISSVS · EST · AB | IMP · VESPASIANO · AVG · LEGATVS · PRO · PRAETORE · AD | EXERCITVM · QVI · EST · IN AFRICA · ET · APSENS · INTER | PRAETORIOS · RELATVS [3] · DONATO · AB | *im*P · VESPASIANO ·

AVG · ET · TITO · CAESARE · AVG · F · CORONIS | MVRALI · VALLARI ·
AVREa[4] · HASTIS · PVRIS · II · VEXILLIS · III[5] | ADLECTO · INTER ·
PATRICIOS · TR · PL · QVaEST · CAESAR · AVG[6] | TR · MIL · LEG · V ·
aLAVD · XVIR · STLITIBVS · IVDI|CANDIS · PATRONO · OPTIMO | D · D

Fulginii. Henzen p. 75 ad Orell. n. 773. Cf. titulum praecedentem. — [1]) *Frater minor est praecedentis et una cum eo ab eodem Domitio Afro adoptatus cf. ad n. 1148 et Borghesium Opp. III p. 45. Martial. 1, 36. 3, 20, 17. 9, 51.* [2]) *Cf. tit. fratris.* [3]) *Omnia quae inde a* praef. auxiliorum — relatus *referuntur, uno spiritu legenda, nam tempore praefectura auxiliorum legationem Africanam praecesserit necesse est. Bellum enim Germanicum gestum est a. 70/71, legatus autem exercitus Africani esse non potuit antequam Valerius Festus, quem a. 70 adhuc in Africa fuisse scimus (cf. ad n. 1147), provincia decessisset; praefectus igitur auxiliorum potuit non esse nisi a. 70, deinde legatus Numidiae; frater igitur Lucanus qui et ipse praefectus auxiliorum omnium adversus Germanos fuit, Tullum in hoc honore secutus est. Ita igitur de honoribus fratrum a. 70/71 acceptis statuendum est: a. 70 Tullus praetor designatus praefectus auxiliorum in Germania erat, eodem adhuc anno in Numidiam missus est, frater Lucanus in Germania in locum eius successit, k. Ian. 71 absens inter praetorios relatus est Tullus; finito bello Germanico eodem anno uterque donis militaribus donatus est.* [4]) AVREIS *traditur cf. ad n. 1148.* [5]) *Coronarum hastarum vexillorum numerus par solet esse, sed causa cur imperator tot hastas quot vexilla Tullo non dederit, facile perspicitur. Solent enim tribunis coronae hastae vexilla singula dari, praetoriis legatis terna, consularibus quaterna; sin extra ordinem quis ante praeturam legatione maioreve imperio fungeretur, medius tenendus erat numerus, ut quaestorio legato n. 1146 hastae et vexilla bina, coronae ternae dabantur, Tullo praetori designato coronae et vexilla terna, hastae duae tribuuntur. Frater quoque Lucanus quamvis praetorius tamen plenum non accepit numerum, cum eodem quo frater munere functus esset.* [6]) *Neronis nomen consilio taceri videtur.*

1150 L · FVNISVLÁNO | L · F · ANI · VETTONIÁNO[1] | TRIB · MIL · LEG · VI ·
VICT · QVAES|TÓRI · PROVINCIAÉ · SICILIAÉ | TRIB · PLÉB · PRAET ·
LEG · LEG · IIII | SCYTHIC[2] · PRÁEF · AERÁRI · SATVR|NI · CVRATÓRI ·
VIAE · AÉMILIAE · COS | VII · VIR · EPVLÓNVM · LEG · PRO · PR | PRÓ-
VINC · DELMATIAE · ITEM · PRO|VINC · PANNONIAE[3] · ITEM · MOESIAE |
SVPERIORIS · DONATO · *ab* | *imp. domitiano aug. germanico* BELLO ·
DACICO · CORONIS · IIII | MVRALI · VALLÁRI · CLASSICA · AVREA |
HASTIS · PVRIS · IIII · VEXLIS (*sic*) · IIII | PATRONO | D · D

Andautonias (Scitarjevo) in Pannonia sup. Corp. III, 4013 descr. Mommsenus (Henzen 5431). — [1]) *Eiusdem alter extat titulus Foropopiliensis (Henzen 5432), sed fractus nec satis emendate perscriptus, qui, cum aliquanto post Pannonicum positus videatur esse, praeter honores supra relatos* curaturam aquarum, proconsulatum Africae, sodalitatem Augustalem *ei tribuit.* [2]) *In bello a. 62 adversus Vologesem Parthorum regem gesto. Tac. Ann. 15, 7.* [3]) *A. 85 cf. tab. hon. missionis Corp. III p. 855.*

1151 *c. salvio* · C · F · VEL · LIBERALI | *nonio* · BASSO[1] · COS[2] · PROCOS · PROVIN|*ciae ma*CEDONIAE[3] · LEGATO · AVGVSTORVM | *provinc.* BRITANN[4] · LEGATO · LEG · V · MACED | *fratri a*RVALI[5] · ALLECTO · AB DIVO · VESPASIANO | *et divo ti*TO · INTER · TRIBVNICIOS · AB ISDEM | *allecto* · INTER · PRAETORIOS · QVINQ · IIII · P · C[6] · HIC · SORTE | *procos. fac*TVS · PRO|VINCIAE · ASIAE · SE · EXCVSAVIT

Prope Urbem Salviam rep. (Urbisaglia). Borghesius Opp. III p. 178. Lectio certa. (Orell. 1170). — [1]) *Ita in actis Arvalium quoque plerumque appellatur vel* C. Nonius Bassus Salvius Liberalis *vel* C. Salvius Liberalis. *Cf. inscriptionem uxoris ibidem repertam (Orell. 1171):* Vitelliae C. f. Rufillae, C. Salvi Liberalis co(n)s(ulis) (uxori), flamini(cae) Salutis Aug(ustae), matri optumae C. Salvius Vitellianus. Vivos. *Scriptores commemorant eum Suet. Vesp. 13. Plin. ep. 2, 11, 17. 3, 19, 33. 36.* [2]) *Anno incerto sub Tito vel Domitiano vel Nerva.* [3]) *Cum antea iam legatus Britanniae fuerit, consularis provinciam praetoriam accepit; fieri id potuit cum provinciam senatoriam non facile quis ante decimum annum sortiretur cf. Borghesium Opp. IV p. 145 sq.* [4]) *Cum post Agricolam (a. 85) legatus fuerit necesse sit, Augusti tantum esse possunt aut Domitianus et Nerva aut Nerva et Traianus; Domitianus autem excluditur quippe qui sub imperii finem Liberalem relegasse videatur (Plin. epist. 3, 9, 33), restant igitur Nerva et Traianus; quare cum a. 100 et 101 certo Romae fuerit (Plin. ep. 2, 11, 17. 3, 9, 36), legatus Britanniae fuit a. 97/99.* [5]) *Cooptatus est die 1 Martii a. 78 (Marini Atti tab. 22), commemoratur in actis a. 78. 81. 86. 87. 101 sed desideratur extremis annis Domitiani.* [6]) *Quinq(uennali) (Urbis Salviae) quater, p(atrono) c(oloniae).*

1152—1158 Neratiorum tituli Saepinates.

1152 L · NERATIO · L · F | VOL · PRISCO[1] | PRAEF · AER · SAT · COS[2] | LEG · PR · PR · IN PROV | PANNONIA[3] | SCRIBAE · QVAESTOR | ET · MVNERE · FVNCTI | PATRONO

Saepini. I. Neap. 4931 descr. Mommsenus. — [1]) *Celeberrimus est iurisconsultus, aetate Traiana Proculeianorum princeps cf. de eo Borghesium Opp. 5 p. 350 sq. et Mommseni ind. Plinii ed. Keil p. 420.* [2]) *'Consul suffectus cum M. Annio Vero fortasse a. 83 Dig. 1, 2, 2, 53. 48, 8, 6' Borghesi l. l.* [3]) *Cf. Plin. epist. 2, 13, quae scripta videtur esse inter a. 97/100 cf. Mommsenus Hermes 3 p. 38 sq. Legatus a. 98 et 99 fuisse videtur cf. Borghesium et Mommsenum l. l.*

1153 L · NERATIVS · L · *f. vol. priscus pater* | PRAEF · AER · SAT · COS · *leg. aug. pr. pr. in* | PANNONIA

1153*a* L · NERATIVS · L · F · VOL · PR*iscus*[1] *fl. cos.* | VII · VIR · EPVL · LEG · AVG · PR · PR · *in pannonia* | INFERIORE · ET · PANNONIA *superiore*[2] *f. c.*

Saepini. I. Neap. 4932 descr. Mommsenus, rest. Borghesius Opp. 5 p. 364 sq. — [1]) *Alibi non commemoratur.* [2]) *Duas eodem tempore provincias Priscum rexisse* et *particula demonstrat; quare cum Pannoniae provincia finitima sit nulla, quae inferior dicatur, necessario ita supplendum est; de divisione provinciae Pannoniae cf. infra n. 1160b not. 2; eodem modo coniunctae inveniuntur vita Hadriani 22. Gruter 457, 2. Herodian. II, 9, 2. Vit. Severi 8.*

1154 *l. neratio l. f. vol. marcello.*[1] *cos.*[2] *leg* | DIVI · TRAIANI · AVG · PROV | BRITANNIAE[3] · CVRAT · AQVAR | PR · TRIB · MIL · LEG · XII · FVL|MINAT · SALIO · PALAT · QVAEST | AVG · CVRAT · ACTORVM · SENA|TVS · ADLECTO · INTER · PATRIC · | AB · DIVO · VESPASIANO · III · VIR | A A A F F | EX · TESTAMENTO · VETTILLAE · EIVS

Saepini. I. Neap. 4933 descr. Mommsenus rest. Borghesius Opp. 5 p. 358 sq. (Henz. 5447). — [1]) *Frater est Prisci iuris consulti (n. 1152. 1153). Dig. 33, 7, 12, 43.* [2]) *Cos. I anno incerto, II a. 129.* [3]) *Annis ut videtur 101—103, certe a. 103 Ian. 19 teste diplomate Corp. III p. 864 cf. Plin. epist. 3, 8, 1.*

1155 L · NERATIO · C · F | VOL · PROCVLO | X · VIR · STLITIBVS · IVDICAN | TRIB · MILITVM · LEGION | VII · GEMIN · FELIC · ET · LEG | VIIII · AVG · QVAEST · AEDIL | PLEB · CERIAL · PRAET · LEG | LEG · XVI · FLAVIAE · FIDEL | ITEM · MISSO · AB · IMP | ANTONINO · AVG · PIO · AD · DEDVCEN|DAS · VEXILLATIONES · IN · SYRIAM · OB | BELL · PARTHICVM[1] · PRAEF · AERARI | MILITARIS | COS | MVNICIPES · SAEPINAT

Saepini. I. Neap. 4934 descr. Mommsenus. — [1]) *Bellum indicatur, quod Vologaeses III, postquam a. 148 rex factus est, proximis annis*

minitabatur, sed priusquam inciperet pax inter Pium et Parthorum regem convenit cf. Borghesium Opp. 5 p. 373 sq.

1156 C · FVFIDIO AT|TICO E M V[1] | C · FVFIDIVS AT|TICVS V C[2] COS FI|LIVS ET NERATI|A MARVLLINA | C · F[3] NORVS

Saepini. I. Neap. 4928 descr. Carabba. — [1]) *E(gregiae) m(emoriae) v(iro); haec formula exeunte demum saeculo secundo invenitur, itaque titulus certe non ante M. Aurelii Commodive aetatem positus est.* [2]) *V(ir) c(larissimus).* [3]) *C(larissima) f(emina). Neratia Marullina filia est Neratii Prisci consulis, cum filius Fufidius Priscus n. 1157 nepos eius dicatur; utrius autem utrum Prisci senioris an iunioris (n. 1153) dubitatur. Borghesius maiorem maluit, equidem minorem praetulerim, qui Hadriani aetate floruit; is enim unus aetati convenire videtur, qua haec inscriptio incisa est.*

1157 C · NERATIO · FVFI|DIO · PRISCO | FVFIDI · ATTICI | C · V · Q · DES[1] · FIL | NERATI · PRISCI · COS | NEPOTI · ACCI · IVLIA|NI · COS · PRONEPOTI[2] | MVNICIPES · SAEPI|NATES

Saepini. I. Neap. 4929 descr. Carabba. — [1]) *C(larissimi) v(iri) q(uaestoris) des(ignati); cf. n. 1156 ubi consul dicitur.* [2]) *Neratium Priscum iuniorem esse, filium iuris prudentis, monui ad n. 1156. Iurisconsulti, cuius item Atticus pronepos erat, ideo Saepinates mentionem non fecerunt, quia tres consulares familias commemorare honoratius videbatur. Accius autem ille Iulianus Neratiae Marullinae avus maternus videtur fuisse.*

1158 C · NERATIO FVFI|DIO ATTICO | FVFIDI ATTICI | C V COS NEP

Saepini. I. Neap. 4930 descr. Carabba.

1159 L · IVLIO · L · F · FAB · MARINO | CAECILIO · SIMPLICI[1] · IIII · VIRO | VIARVM · CVRANDARVM · TR · MIL | LEG · IIII · SCYTHICAE · Q · PRO · PR · PRO|VINCIAE · MACEDONIAE · AEDILI · PLEBI | PRAETORI · LEG · PROPR · PROVINCIAE · CYPRI | LEG · PRO · PR · PROVINCIAE · PONTI · ET | BITHYNIAE · PROCONSVLATV · PATRIS · SVI | CVRATORI · VIAE · TIBVRTINAE · FRATRI · ARVALI | LEG · AVG · LEG · XI · C · P · F · LEG · IMP · NERVAE · TRAIANI | AVG · GERM[2] · PROVINCIA · LYCIAE · ET | PAMPHILIAE · PROCOS · PROVINCIAE · ACHAIAE | COS[3]

Prope La Fara rep. Marini Atti I p. CLXXVII qui descr. — [1]) *Ab hoc diversi sunt* Ti. Iulius Candidus Caecilius Simplex *et* Ti. Iulius Candidus Marius Celsus *eodem quo noster tempore fratres Arvales cf.*

Henzenus Scavi (1868) p. 62 sq. [2]) *Cum Traianus inde ab a. 102 vel 103 Dacicus appelletur, titulus ante hunc annum positus est.* [3]) *Cos. suff. posteriore parte a. 101 cf. Mommsenum Hermes 3 p. 123 sq. Fuisse igitur videtur legatus Lyciae et Pamphyliae a. 98/100, procos. Achaiae 100/101.*

1160 *q. glitio. p.* FIL STEL | *atilio* AGRICOLAE | *cos vii*VIRO · EPVLON | *lega*TO ·
PRO PRAETOR | *im*P · NERVAE · CAES · AVG | PROVINCIAE · BELGICAE |
LEGAT LEG · VI · FERRATAE | LEG · CITERIORIS · HISPAN[1] | PRAE-
TORI · AEDILI · CVR*ul* | Q · DIVI · VESPASIANI *tr. mil.* | LEG · I ·
ITALIC · XV*iro stlitib* | IVDIC · SEV*iro equitum* | ROMA*norum*

Taurinis. Maffei M. V. 213, 5 cont. Mommsenus. Supplementa certa sunt cf. Gruter 367, 1.

1160*a* *q. glitio* P · F · STEL | *atilio* AGRICOLAE · COS · II | *vii*VIRO · EPVLONVM ·
SODALI | AVGVSTALI · CLAVDIALI · LEGAT · PRO · PR | IMP · NERVAE ·
CAES · TRAIAN · AVG · GER · DACICI | PROVINC · PANNON[2] · DONATO ·
AB · EODEM | BELLO · DACICO · DONIS · MILITARIBVS · CORONA |
MVRALI · VALLARI · CLASSIC · AVREA · HAST | PVRIS · IIII · VEXILLIS ·
IIII · LEGATO · PRO · PR | PROVINC · BELGIC · DIVI · NERVAE · LEG |
LEG · VI · FERRAT · LEG · HISPAN *Citerior*[1] | PRAETORI *aedili curuli q* |
DI*vi vespasiani trib. mil. leg.* | *i italicae xviro stlit. iud. seviro eq. r.*

Taurinis. Maffei M. V. 213, 6 cont. Mommsenus. Altera Henzen 5449 cum hac consentit, praeterquam quod Agricola in ea sodalis Augustalis nondum appellatur.

1160*b* Q · GLIT*io. p. f. stel* | ATILIO · *Agricolae* | COS · II · VII *Viro epulon* |
SODALI · AVG*ust. claudiali* | PRAEF · VRBIS *legat. pro pr. imp* | CAESAR ·
NERV*ae traiani aug* | GERM · DACIC *provinc. pannon*[2] | DONATO · AB
Eodem bello dacic | DONIS · MILITA*r. coron. mur. vallar.* | CLASSIC · AVR ·
Hastis puris iiii vexill iiii | LEG · PRO · PR · PRO*vinc. belgic. divi nervae* |
LEG · LEG · V*i ferrat. leg. hispan* | CITER[1] · *Praet. aed. curul. q. divi* |
VE*spasiani trib. mil. leg. i. ital* | *x viro stlit. iud. seviro eq. Romanor.*

Taurinis. Maffei M. V. 213, 4 cont. Mommsenus. — Inter quinque qui Taurinis reperti sunt Agricolae titulos duo eiusdem videntur esse temporis n. 1160 et Grut. 367, 1 quippe in quibus iidem omnino honores recenseantur; positi sunt imperante Nerva a. 96/98; tertius Henzen 5449 exaratus est non ante a. 103 quo, mense adhuc Ianuario, iterum consul Agricola processit (cf. Mommsenum Hermes 3 p. 126 sq.), sed eo ipso fortasse anno, quo vel fine a. 102 Agricola victor cum Imperatore ex

bello Dacico primo in Italiam revertit; paullo post quartus inscriptus videtur esse n. 1160a cum Agricolae honoribus alterum sacerdotium accessisset; denique quintus hic cum praefecturam urbis adeptus esset. — [1]) *Quae fuerit haec legatio equidem non perspicio, fuit enim illo tempore Agricola praetorius, Hispania autem citerior semper a viris consularibus administrabatur; nota quoque in nullo titulo Agricolam legatum Augusti vocari.* [2]) *Tempore belli Dacici primi. Postremus autem Agricola videtur fuisse qui toti Pannoniae praefuerit, nam a. 107 iam in superiorem et inferiorem divisa erat cf. n. 937 Borghesi Opp. 3 p. 71 sq. Corp. III p. 415.*

1161 L · ROSCIO · M · F · QVI | AELIANO · MAECIO | CELERI[1] | COS[2] · PROCOS · PROVINC | AFRICAE · PR · TR · PL · QVAEST | AVG[3] · X · VIR · STLITIB · IVDIC | TRIB · MIL · LEG · IX · HISPAN[4] | VEXILLARIOR · EIVSDEM | IN · EXPEDITIONE · GERMANICA | DONATO · AB · IMP · AVG | MILITARIB · DONIS · CORONA | VALLARI · ET · MVRALI · VEXILLIS | ARGENTEIS · II · HASTIS · PVRIS · II[5] | SALIO | C · VECILIVS · C · F · PAL · PROBVS | AMICO · OPTIMO | L · D · S · C[6]

Tibure. Orelli 4952 descr. Henzenus. — [1]) *Idem* L. Roscius Aelianus *vocatur Orell. 782 cf. Mommsenum Hermes 3 p. 75.* [2]) *A. 100.* [3]) *Scilicet Domitiani cuius nomen et hic et infra consilio tacetur.* [4]) *In Britannia eo tempore tendentis.* [5]) *Anno, ut videtur, 84 quo bellum Germanicum finitum esse probabile est.* [6]) *L(oco) d(ato) s(enatus) c(onsulto).*

1162 C · PLINio *l. f* | oVF · CAECilio | SECVNDO cOS | AVGVR · CVR · ALV · TIB | *et ripa*R ET CLOAC · VRB | *praef.* aER SAT PRAEF | AER · MIL · *pr. tr. pl.* Q · IMP | SEVIR · EQ · R · TR · MiL | LEG · III · GALL · X · VIRO | STL · IVD · FL · DIVI · T · AVG[1] | VERCELLENS

Fecchio prope Comum. Hermes III p. 109 descr. Mommsenus. — [1]) *Fl(amini) divi T(iti) Aug(usti), scilicet Comi.*

1162a C · PLINIO · L · F | OVF CAECILIO | SECVNDO COS | AVG · CVR ALVEI · TIBER | ET RIP*ar et cloac*Ar VRB | . . . . . .

Comi. Hermes III p. 108 descr. Mommsenus.

1162b C · PLINIVS · L · F · OVF · CAECILIVS · *secundus*[1] *cos*[2] | AVGVR[3] · LEGAT · PRO PR · PROVINCIAE · PON*ti et bithyniae* | CONSVLARI · POTESTAt · IN · EAM · PROVINCIAM · E*x. s. c. ab* | IMP · CAESAR · NERVA · TRAIANO · AVG · GERMAN*ico dacico missus*[4] | CVRATOR · ALVEI ·

TIbERIS · ET · RIPARVM · *Et cloacar. urb*[5] | PRAEF · AERARI · SATVrNI[6] · PRAEF · AERARI · MIL*it*[7] *pr.*[8] *trib. pl.*[9] | QVAESTOR · IMP[10] · SEVIR · EQVITVM *romanorum* | TRIB · MILIT · LEG · *iii* · GALLICA*e x vir stli*|TIB · IVDICAND · THERM*ae ex iis* . . . . . ADIECTIS · IN | ORNATVM · HS · $\overline{CCC}$ . . . . *et eo amp*LIVS · IN · TVTELA*m* | HS · $\overline{CC}$ · T · F · I[11] *item in alimenta* LIBERTOR · SVORVM · HOMIN · C | HS · $|\overline{XVIII}|\overline{LXVI}$ DCLXVI · REI*p. legavit quorum inc*REMENT · POSTEA · AD · EPVLVM | *pl*EB · VRBAN · VOLVIT · PERTIN*ere* . . . . *item vivu*S · DEDIT · IN · ALIMENT · PVEROR | ET · PVELLAR · PLEB · VRBAN · HS · $\overline{d}$[12] *item bybliothecam et* IN TVTELAM · BYBLIOTHE|CAE · HS · $\overline{C}$[13]

Comi. Hermes III p. 112 sec. Cyriacum apud diversos, rest. Mommsenus. — Inscriptionum Plinii trium prima et secunda post susceptam curam Tiberis ante legationem Bithynicam positae sunt i. e. inter a. 105/111, tertia post mortem Plinii ante annum 114 quo Traianus Optimi cognomen suscepit. De Plinii vita honoribusque cf. Mommsenum l. l. — 1) *Antequam ab avunculo Plinio maiore adoptaretur, vocatus est* P. Caelius L. f. Ouf. Secundus *cf. Grut. 376 et Mommsenus Hermes l. l. p. 60 sq.* 2) *Consul suffectus a. 100 l. l. p. 91.* 3) *Inter augures cooptatus est a. 103 vel 104; l. l. p. 44.* 4) *Annis aut 111/112 aut 112/113; l. l. p. 55 sq. 96 sq.* 5) *Probabiliter ab a. 105 ad a. 107; l. l. p. 95.* 6) *A. 98/101; l. l. p. 89 sq.* 7) *Inter a. 94 et 97 per tres probabiliter annos aut 94/96 aut 95/97; l. l. p. 89.* 8) *A. 93; l. l. p. 84 sq.* 9) *10 Dec. 91 ad 9 Dec. 92; l. l.* 10) *1 Iunii 89 ad 31 Maii 90; l. l. p. 79 sq.* 11) *T(estamento) f(ieri) i(ussit).* 12) *Imperante Nerva Plin. ep. 1, 8. 2, 5. 7, 18; l. l. p. 101.* 13) *Sub Domitiano Plin. ep. 1, 8 cf. 5, 7; l. l. p. 100.*

1163 Q · IVLIO · M · F · VOLT | PROCVLO COS $\overline{XV}$ VIR | SACRIS FACIVNDIS · FETIALI CVR | OPERVM PVBLICORVM · LEG · AVG | P · P · AD CENSVS PROVINCIAE LVG|DVNENSIS · LEG · AVG · P · P · REGION | TRANSPADANAE[1] · LEGATO LEG · $\overline{VI}$ | FERRAT · PRAET · TR · PL · AB · ACTIS | IMP · TRAIANI · AVG · TR · LEG · $\overline{IIII}$ SCY|THIC · $\overline{Q}$ · AVGVSTOR[2] · $\overline{III}$ · VIRO · A · A · A · F · F | ANTIATES PVBLICE | PATRONO

Romae. Orell. 2273 corr. Henzenus sec. Marinium, qui vidit. — 1) *Cf. Scr. gromat. ed. Lachmann 2 p. 190 sq. Borghesius Opp. 5 p. 408.* 2) *Q(uaestori) Augustor(um) scilicet Nervae et Traiani.*

1164 C · IVLIO · P · F · HOR | CORNVTO · TERTV*llo*[1] | COS[2] · PROCONSVLI · PROVINCI*ae asiae* | PROCONSVLI · PROVINCIAE · NARBO*nensis* | LEGATO · PRO · PRAETORE · DIVI · TRAIANI · *parthici* | PROVINCIAE · PONTI · ET · BITH*yniae*[3] | EIVSDEM · LEGATO · PRO · PR*aetore* | PROVINCIAE · AQVI-

TANIae · CeNSVum | ACCIPIENDORVM · CVraTOri · viae | AEMILIAE[4] · PRAEFECTO · AERARI · SAtuRni[5] | LEGATO · PRO · PRAETORE · PROVINCiae | CRETAE · ET · CYRENARVM · AdlEcto | INTER · PRAETORIOS · A · DIVIS · VESpasiano | ET · TITO · CENSORIBVS[6] · AEDILI · CEriali | QVAESTORI · VRBANO | EX · TESTAMENTO | C · IVLIVS · P · f · ANICIVS · VARVS · CORNVTVS · fratri

Inter Labicum et montem Portium. Hermes 3 p. 114 descr. Leslaeus (Orell. 3659). — [1]) *Cf. de eo indicem Plin. ed. Keil p. 414.* [2]) *Cum Plinio a. 100 Sept. 1.* [3]) *Post Plinium cf. Hermes 3 p. 97, itaque inter a. 112 vel 113 et 117.* [4]) *Annis fere 105—107 cf. Hermes 3 p. 47.* [5]) *Cum Plinio a. 98—101 cf. Hermes 3 p. 89.* [6]) *A. 73/74 cf. supra ad n. 919.*

1165 P · TVLLIO | VARRONIS[1] · FIL · | STEL · VARRONI[2] · COS[3] | AVGVRI PROCOS PROVINC | AFRICAE · LEG · AVG · PRO · PR | MOESIAE · SVPERIOR · CVRAT | ALVEI TIBERIS · ET · RIPARVM | ET · CLOACARVM VRBIS · PRAEF | AERARI · SATVRNI · PROCOS · PROV | BAETICAE · VLTERIORIS · HISPA|NIAE · LEG · LEG · XII · FVLMINATAE | ET · VI · VICTRICIS · P · F · | PRAETORI · AEDIL · CERIALI | QVAESTORI · VRB · TRIBVNO | MILIT · LEG · XVI · FL · X VIRO · STLITIBVS | IVDICAND · PRAETORI · ETRVRIAE QVIN|QVENNALI · TARQVINIS[4] | P · TVLLIVS · CALLISTIO | POSVIT

Tarquiniis. Kellermann vig. n. 249 qui descr. (Henz. 6497). — [1]) *Cf. fragmentum tituli sepulcralis eius Romae repertum Grut. 476, 5; fuit legatus legionis sub Vespasiano, mortuus est post a. 79.* [2]) *Cf. supra n. 314 v. 21.* [3]) *Anno incerto, gessit fasces sine dubio post praefecturam aerarii.* [4]) *Praetura Etruriae quindecim populorum et quinquennalitas, honores scilicet non publici, recte illorum seriei non immiscentur. — Filii titulum habes infra n. 1188.*

1166 L · AEMILIO · M · F · VOL | HONORATO | III VIR · CAPITALI · Q · PRÓPR | PRÓVINC · PONTI · ET · BITHYNIAE | LÉG · EIVSDEM · PRÓVINC[1] · AED · PLEB · PR | PRAEF · FRVMENTI · DANDI · EX · S · C | SACERDÓTI · FÉTIÁLI · PROCÓS · PRÓVINC | CRÉTAE · ET · CYRÉNÁRVM | HIC · HÓS · HONÓRÉS · BENEFICIÓ · OPTVMI · PRINCIP | MATVRIVS · QVAM · PER · ANNÓS · PERMITTI · SOLET | GESSIT

Nemausi (Nimes). Herzog Gall. Narb. n. 102 qui descr. — [1]) *Quaestor et legatus Bithyniae debet fuisse quo tempore provincia illa a proconsulibus regebatur, ante annum igitur 111 aut prioribus Hadriani annis cf. Mommsenum Hermes 3 p. 77 Borghesium Opp. IV p. 128;* optimi principis *nomen et Traiano et Hadriano convenit cf. ad n. 936. 939.*

1167 P · ALFIO · P · F · GAL | MAXIMO · NVMER | LICINIANO · X · VIRO |
STLITIBVS · IVDICANO | QVAESTORI · VRBANO | TRIBVNO · PLEPEI |
CANDIDATO · PRAEORI | PARTHICARIO[1] | P · ALFIVS · AVITVS · NVMER |
MATERNVS · FILIVS | PATRI · DVLCISSIM

Tarracone. Corp. II, 4110 descr. Huebnerus. — [1]) Praetor Parthicarius *is est cui cura ludorum pro victoria Parthica Traiani ab Hadriano institutorum (Dio 69, 2) competebat, ut observavit Mommsenus Corp. I p. 378.*

1168 *SER* · CORNELIO | *SER* · F · P · NEP · P · PRO|NEP · P · AB · NEPOTI · |
DOLABELLAE · MET|LIANO POMPEIO MAR|CELLO III VIR · A · A · A ·
F · F · | SALIO PALAT · QVAESTOR | DIVI · TRAIANI · PARTHICI |
SEVIR · EQVIT · ROM · TVRM | III · PR · COS · FLAM · QVIR | COR-
FINIENSES · PVBLICE | PATRONO

Corfinii. I. Neap. 5359 descr. Mommsenus (Henzen 5999).

1169 L · AEMILIO · L · F · PAP · ARCANO | TRIB · MIL · LEG · *vi*I · GEM ·
ET TRIB | MIL · LEG · I · MINERV · ITEM · TRIB | MIL · LEG · II · AVG ·
OMNIB · HONO|RIBVS · IN COLONIA · SVA · FVNCT | ADLECTO · IN
AMPLISSIMVM | ORDINEM · AB · IMP · CAES | HADRIANO · AVG · IIIIII
VIR | EQVITVM · ROMANOR · CVRION | QVAESTORI · VRBANO ·
TRIB | PLEBIS · PRAETORI · DESIGNAT | L · AEMILIVS · MOSCHVS ·
IIIIII VIR | AVG · PATRONO · OPTVMO · POST | OBITVM · EIVS·
INLATI*s* · ARCAE | SEVIROR · OB LOCVM · ET · TVITIO|NEM · STA-
TVAE · HS · N · IIII | L · D · D · D · IIIIII · VIROR | ET SPORTV · N ·
S[1] · DEDICAVIT · X III

Narbone Martio (Narbonne). Herzog Gall. Narb. n. 17 qui descr. (Orell. 2258). — [1]) *Sportu(lae) n(omine) s(ingulis).*

1170 Q · ROSCIO · SEX · F · | QVIR · COELIO · MVRENAE | SILIO · DECIANO ·
VIBVLLO | PIO · IVLIO · EVRYCLI · HERCLANO | POMPEIO · FALCONI[1] ·
COS[2] | XV · VIR · S · F · PRO · COS · PROVINC · ASIAE[3] · LEG · PR ·
PR | IMP · CAES · TRAIANI · HADRIANI · AVG · PROVINC | BRITTAN-
NIAE[4] · LEG · PR · PR · IMP · CAES · NERVAE | TRAIANI · AVG · GER-
MANICI · DACICI | *p*ROVINC · MOESIAE · INFERIOR · CVRATORI | *via*E ·
TRAIANAE[5] · ET · LEG · AVG · PR · PR · PROVINC | *iudaeae* · ET · LEG ·
X · FRET[6] · LEG · PR · PR · PROV · LYCIAE | *et pamph*YLIAE · LEG · LEG ·
V · MACEDONIC | *in bello dacico donis* · MILITARIBVS · DONATO[7] |
. . . .

Gabiis. Henzen 5451 qui descr. — [1]) *Alibi vocatur* Q. Pompeius Falco *(infra n. 1194 a) cf. Borghesius Bullett. 1853, 185. De*

ipso cf. Plin. epist. 1, 23. 4, 27. 7, 22. 9, 15. Digest. 28, 3, 6, 7. Fronto ad Marcum 2, 11. Mommsenus Hermes 3 p. 75; index Plin. ed. Keil p. 422. [2]) *Anno incerto sub Traiano post a. 107, quo legatus Iudaeae praetorius videtur fuisse.* [3]) *Cf. C. I. Gr. 2963 c.* [4]) *Cf. Huebner Mus. Rhen. nov. 12, 57.* [5]) *Cf. Borgheius Opp. 4 p. 134.* [6]) *Eodem tempore legatione Iudaeae et legionis X Fretensis functus est, circa a. 107 cf. Mommsenum Hermes 3 p. 51.* Et *inter* curatoris *et* legati *titulos interpositum quadratarii errori deberi videtur, nam hos honores certo non una gessit.* [7]) *Bello Dacico, cui interfuit legio V Macedonica, Falconem donis donatum videri demonstravit Borghesius Opp. 4 p. 125, anno igitur 102 cf. Mommsenum Hermes 3 p. 130.*

1171 C · OPPIO · C · F · VEL | SABINO · IVLIO · NEPOTI | M' · VIBIO · SOLLEMNI · SEVERO [1] | COS | ADLECTÓ · A · SACRATISSIMÓ · IMP | HADRIANO · AVG | INTER · TRIBVNICIOS · PR · PEREGR | CANDIDATO · AVG | LEG · PROV · BAETICAE · CVR · VIAR | CLODIAE · ANNIAE · CASSIAE | CIMINAE · TRIVM · TRAIANARVM | ET · AMERINAE · LEG · LEGION · $\overline{XI}$ · | CL · P · F [2] · LEG · AVG · PR · PR | PROVINC · LVSITANIAE | PROCONS · PROV · BAETICAE | PATRONO · COL | LEONAS · LIB | ADCENSVS · PATRONI | ET · IN DEDIC · STATVAE | COLONÍS · CENAM · DEDIT

Auximi. Gruter 446, 4 (Orell. 3306) cont. Henzenus. — [1]) *Filium iudicat Borghesius Opp. 5 p. 54. 67* C. Oppii Sabini *consulis a. 84, occisi a Dacis (Suet. Domit. 6 Eutrop. 7, 23).* [2]) *Cl(audiae) p(iae) f(idelis).*

1172 *l. minicius . . fl. gal. na*TALIS · COS [1] · PROCOS | *provinc · africae · sodalis augus*TÁLIS · LÉG · AVG · PR · PR · DÍVÍ · TRAIÁ|*ni · parthici · et · imp · traiani · ha*DRIÁNI · AVG · PROVINC · PAN|*noniae · inferioris* [2] · *curator · al*VEI · TIBERIS · ET · RÍPÁRVM · ET · | *cloacarum · urbis* [3] · *leg. divi · tra*IÁNÍ · PARTHICI · LEG · $\overline{III}$ · AVG · LEG · DÍ|*vi traiani parthici leg . . . . bi*S · DONÁTVS · EXPEDÍTIÓNE · DÁCIC*a* | *ab · eodem · donis · militaribus* · CORÓNÁ · VÁLLÁRI · MVRÁLI · AVREA | HAS*tis · puris · iii · vexillis · iii* [4] · *l*ÉG · PR · PR · PROVINC · ÁFRICAE · PR | TRIB · PL · Q · *Prov . . . . iiii vi*R · VIÁRVM · CVRANDARVM . . ET · (*sic*) | L · MINICIVS · L · F · *natalis quadro*NIVS · VÉRVS · F [5] · AVGVR · TRIB · PLÉBIS | DESIG · Q · AVG · ET *eodem · tempore · leg. p*R · PR · PATRIS · PROVINC · AFRICAE · TR | MIL · LEG · $\overline{I}$ · ADIVT · P · F · *Leg. xi. cl. p. f. leg. xiiii ma*RT · VIC · $\overline{III}$ VIR · MONETALIS · A · A · A · F · F · | BALINEVM · C*um port*ICIBVS · SOLO · SVO · ET | DV*ctus* ? FÉCERVNT

Barcinone. Corp. II, 4509 descr. Huebnerus (Henz. 5450). — [1]) *Suff. a. 106 vel 107 cf. Mommsenus Hermes 3 p. 46 n. 5. Suscepit consulatum ex legatione legionis III Augustae i. e. Numidiae cf. supra ad n. 1147.* [2]) *Ita supplet Borghesius, quia filius tribunus fuerat legionis I adiutricis in ea provincia tendentis.* [3]) *Post Plinium, qui curator fuit a. 105—107, sed fortasse non statim post eum cf. Borghesium Opp. 5 p. 62 sq. et Mommsenum Hermes 3 p. 95.* [4]) *Utrique bello Dacico legatus legionis alicuius interfuisse videtur, vix enim ex eodem bello bis aliquis donis donari potuit; hastas tres et vexilla tria suo iure ei tribuit Borghesius, quaterna enim consularibus ducibus, trina praetoriis, bina singulare equestribus ducibus dari solebant; omnino igitur coronas VI, hastas VI, vexilla VI accepit. Cf. supra n. 635.* [5]) *Cf. n. 1179.* — *Positus est titulus post Traiani mortem anno fere 119 vel 120.*

1173 A · PLATORIO · A · F | SERG · NEPOTI | APONIO · ITALICO | MANILIA-
NO | C · LICINIO · POLLIONI [1] | COS [2] · AVGVRI · LEGAT · AVG | PRO ·
PRAET · PROVINC · BRI|TANNIAE [3] · LEG · PRO · PR · PRO|VINC · GER-
MAN · INFERIOR | LEG · PRO · PR · PROVINC · THRAC [4] · | LEG · LE-
GION · I · ADIVTRICIS | QVAEST [5] · PROVINC · MACED | CVRAT · VIA-
RVM · CASSIAE · | CLODIAE · CIMINIAE · NOVAE | TRAIANAE · CANDIDA-
TO · DIVI | TRAIANI [5] · TRIB · MIL · LEG · XXII | PRIMIGEN · P · F ·
PRAET · TRIB | PLEB [6] · III · VIR · CAPITALI | PATRONO | D · D

Aquileiae. Corp. V p. 877 cont. Mommsenus (Orell. 822). — [1]) *Cf. de eo Spart. Hadr. 4, 15. 23.* Platorius Nepos *dicitur Henzen n. 5455,* A. Platorius Nepos *Henzen Scavi nel bosco dei frat. Arv. 1868 p. 65.* [2]) *A. 119 una cum Hadriano III mensibus Januar. et Februar. cf. tab. Arval. Henzen Scavi p. 68.* [3]) *A. 124 secundum dipl. milit. Corp. III p. 872. 873.* [4]) *Mommsenus l. l. legationes Germaniae inferioris et Thraciae eum administrasse imperante Traiano putarat quod in his legatus dicitur non legatus Augusti; haec sententia nunc refellitur quod certe eas post consulatum demum administravit inter annos 119/124.* [5]) *'Hic inserendum* candidato divi Traiani *loco motum neglegentia quadratarii.' Mommsenus.* [6]) *'Honorum ordo ita procedit ut extra urbem suscepti a legatione Britannica ad tribunatum legionis praecedant, hos excipiant urbani cum et praemissi honores summi et municipalis patronatus in fine suas leges sequantur'. Mommsenus.*

1174 *l* · *eggio* · *l* · F · COR · AMBIBVLO | POM*peio* · *lon*GINO CASSIANO · L ·
MAE|CIO POS*tumo* [1] · *cos* [2] FLAM · CLAVD · SALIO · COLLINO · PR · |

CANDIDATO · *procos* · *pro*V · MACEDONIAE[3] · Q̄ · CANDIDATO | DIVI TRAIANI · *part*HICI · AB · EODEM · ADLECTO INTER · PATRI|CIOS · SEVIRO · EQ · *rom* · *tr* · *mil* · LEG · XI · C · P · F · X VIRO · STLITIBVS · IVDICANDIS · II VIR · Q *q* · *item pa*T · COL · P · D · D

Aeclani. I. Neap. 1110 descr. Mommsenus (Henzen 6006). — 1) Supplevit Borghesius; in fastis L. Eggius Ambibulus *vocatur. 2) A. 126. 3) Si recte supplevit Borghesius, quadratarii errore proconsulatus post praeturam positus est, cum praecedere debuerit; sed tribunatus quoque aedilitasve aegre desideratur; itaque nescio num* provinciae Macedoniae *non potius ad* quaestori *trahendum sit, licet id quoque plane soloecum esse non ignorem.*

1175 P · COELIO · P · F | SER · BALBINO | VIBVLLIO · PIO | X · VIRO · STLITIB · IVDIC | VI · VIRO · EQVIT · ROMAN | TVRM · QVINT · TR · MIL · LEG | XXII · PRIMIG · P · F · ADLECTO | INTER · PATRIC · AB · IMP · CAES | TRAIANO · HADRIANO · AVG | SALIO · COLLINO · QVAEST | AVG · FLAMINI · VLPIALI · PR · DE | FIDEI · COMISS · COS | DESIGNATO | DECVRIONES · SVA · PECVNIA

1211 SE*r*. CAL*pu*R*nio* *ser. f.* . . . .[1] | DEXTRO C M *v*[2] | *cos.* ORD[3] · XV · VIR · *Sac. fac. leg.* | *p*ROV · ASIAE · *cur. rei p.* | MINTVRNENSIVM . . . . . . IP . . | ITEM CALENORVM CVR VIA*e* AE*m* | ET · ALIMENTORVM ·

PRAET · TVTEL | *q*VA*est*ORI · CANDIDATO | TRIVMVIRO MONETALI |
CALPVRNIA · RVFRIA | AEMILIA · DOMITIA | SEVERA · C · F · FILIA |
PATRI · PIISSIMO | SECVNDVM VOLVNTATE EIVS

Prope Romam rep. Henz. 6503 qui descr. — [1]) *Patris nomen tribumque excidisse putat Henzenus Ann. Inst. arch. 1849 p. 228, cum alterum eius nomen* Domitio *spatium non capiat;* Servius Calpurnius Domitius Dexter *appellatur in altero titulo Tarracinensi, quo* promagister quindecimvirum sacris faciundis aram Circes sanctissime restituit *a. 213.* [2]) *C(larissimae) m(emoriae) v(iro).* [3]) *A. 225.*

1212 C · AEMILIÓ · BERE*ni*|CIANO · MAXIM*o* | C͞O͞S · V͞I͞I VIRÓ EPVLÓN ·
PRÓC*os* | SPLENDIDISSIMÁE PRÓVINCIA*e* | NÁRBONENSIS · LEG · PROPR ·
PRÓVINC*iae* | ASIÁE · PRÁETORI · SVPREMÁR[1] · ALLECTO | INTER ·
TRIBV́NIC · A · DÍVÓ · MAGN · ANTÓ|NÍNO[2] · Q̄ · VRBÁNO · TRIBV́N ·
LÁTICLAVIO | LEG · IIII · SCYTHICÁE · ITEM · V͞I͞I · GEMINÁE | ITERÁTÓ ·
TRIBVNÁTV · X̄ · VIRÓ · STLITIBVS | *IVDI*CANDIS

Nemausi. Herzog Gallia Narb. n. 101 qui descr. (Henzen 6454). — [1]) *Cf. Borghesium Opp. 5 p. 390.* [2]) *Ita Caracalla appellatur; proconsul igitur provinciae Narbonensis certe non fuit ante Alexandri imperium.*

1213 Q · PETRONIO · MELIORI[1] · VIRO | COS[2] · CVR · R · P · TARQVINIENS |
ET · GRAVISCANOR · PRAEFEC|TO · FRVM · DANDI · LEGAT · LEG · |
XXX · VLPIAE · CVRAT · PYRGENS | ET · CERETANOR · LEG · LEG · |
VIII · AVG · PRAET · TRIB · PLEB · | KANDID · QVAEST · PROV · NAR|
BON · QVAEST · SODALI · AVG · | CLAVDIALI · SEX · VIR · TVRM · |
PR · TRIB · LATICL · LEG · PR · MIN · | X · VIRO · STLITIB · IVDI-
CAND | ORDO · ET · CIVES · TARQVI|NIENSIVM · PATRONO · OP|TIMO ·
QVOD · REM · P · FOVE|RIT · ET · THERMAS · RESTI|TVERIT

Tarquiniis (Corneto). Henzen 6048 descr. Kellermannus. In parte aversa fragmentum inscriptionis thermarum Tarquiniensium legitur, quae Pii fere temporibus a L. Dasumio Tullio Tusco ex testamento patris P. Tullii Varronis aedificatae erant cf. supra n. 1188 not. 1. — [1]) *Vixisse circa aetatem Severi Alexandri adhuc putabatur (cf. Bull. Inst. arch. 1830 p. 202), cum album sacerdotum apud Gruterum 300, 1 anno 230 inter sacerdotes nescio quos cooptatum exhibeat Q. Petronium Meliorem; eum tamen huius filium potius fuisse, monet me Mommsenus, cum legati legionis Alexandri aetate certum exemplum adhuc repertum sit nullum. Saeculo igitur secundo exeunti tribuendus videtur esse titulus.* [2]) *Viro co(n)s(ulari).*

1214 P · IVLIO · IVNIANO · MARTIALIANO · C V | COS[1] · QVAEST · PROVINCIAE · ASIAE · TRIB · | PLEBEI · PRAETORI · CVRATORI · CIVITATIS · CA|LENORVM[2] · CVRATORI · VIARVM · CLODIAE · | CASSIAE · ET · CIMINIAE[3] · PRAEFECTO · AERARI · MILI|TARIS · PROCONSVLI · PROVINCIAE · MACEDONIAE · | LEGATO · LEG · III AVG · SEVERIANAE ALEXANDRIANAE[4] | PRAESIDI · ET · PATRONO · RES · PVBLICA · CIRTENSIVM · DE|CRETO · ORDINIS · DEDIT · DEDICAVITQVE ·

Cirtae. Renier n. 1839 qui descr. (Henzen 6504).

1214a P IVLIO IVNIANO MARTIALIANO C · V · COS · LEG · *aug.* PR PR PROVINC*iae* | NVMIDIAE[1] PROCOS PROVINCIAE MACEDONIAE PRAEF AERARI MI|LITARIS CVRATORI VIAE CLODIAE[2] PRAETORIAE[5] TRIBVNO PLEBEI | QVAESTORI PROVINCIAE ASIAE PATRONO COLONIAE ET MVNI|CIPI RES PVBLICA COLONIAE THAMVGADENSIVM DE|CRETO DECVRIONVM

Thamugade. Renier 1505 qui descr. Cf. tertium eius titulum Renier n. 95. — [1]) *Anno incerto sub Severo Alexandro.* [2]) *In altero titulo praetermittitur, ut munus extra ordinem ab imperatore mandatum cf. Henzen Annal. Inst. arch. 1851 p. 5 sq.* [3]) *Cf. Borghesium Opp. 4 p. 129 sq.* [4]) *De nomine legionis eraso cf. infra n. 1471. De titulo legati Numidiae legionisve III Augustae cf. Henzenum Ann. Inst. arch. 1860 p. 26 sq.* [5]) *Immo* praetori.

1215 C · LVXILIO · C · F · POMPT | SABINO · EGNATIO | PROCVLO · C · V · CVR · RER | PVBLICAR · PISAVR · ET · FANEST | LEG · LEG · X · GEM · GORDIAN | IVR · REG · TRANSPAD · CVR · | VIAR · ET · PRAEF · ALIMENT · | CLODIAE · ET · COHERENT[1] · | LEG · PROV · ACHAIAE · PRAET · | AEDILI CERIALI · QVAEST · | PR · PR · PROV · CRETAE CYR | TRIB · LATICL · LEG · IIII · FLAV | PATRONO COLONIARVM | PISAVR · ET · FANEST

Pisauri. Grut. 434, 1 (Orell. 3143) corr. Henzenus qui vidit. — [1]) *Cf. Borghesius Opp. 4 p. 131.*

1216 CAESONIAE · LVCILLAE | MATERTERAE · SANC|TISSIMAE · ET · FELICISSI|MAE · SACERD | DIVI · TITI · FLAVI · AVG | C · CAESONIVS · RVFINIANVS[1] | V · C · D · D[2]

Tibure. Doni cl. IV n. 15 qui descr. — [1]) *Cf. titulum sequentem.* [2]) *V(ir) c(larissimus) d(edit) d(edicavit).*

1217 C · CAESONIO · C · F · QVIR · MACRO · RVFINIANO | CONSVLARI · SODALI · AVGVSTALI · COMITI · IMP | SEVERI · ALEXANDRI · AVG · CVR · R P · LANIVINOR · II | PROCOS · PROV · AFRICAE · CVR · AQVAR · ET · MINIC · | LEG · AVG · PR · PR · GERMAN · SVPERIORIS · CVR · ALVEI | TIBERIS · CVR · R · P · TEANENS · LEG · AVG · PR · PR · PROV | LVSITAN · CVR · R · P · TARRICINENS · PROCOS · PROV | ACHAIAE · LEG · LEG · VII · CLAVD · CVR · R · P · ASCVLAN | LEG · PROV · ASIAE · PR · LEG · PROV · BAETIC · TR · PL · QVAESTORI · PROV · NARBON · TRIB · LEG · I · ADIVTRIC | DONATO · DONIS · MILITARIB · A · DIVO · MARCO | III VIR · CAPITALI | PATRI · DVLCISSIMO · ET · INCOMPARABILI | CAESONIVS · LVCILLVS[1] · FILIVS | CONSVLARIS

1217a MANILIAE · LVCILLAE · C · F | MATRI · PISSIMAE (*sic*) · ET | INCOMPARABILI | CAESONIVS · LVCILLVS | V · C · FILIVS

In duabus basibus Praeneste rep. Marini Atti 2 p. 793 descr. Smetius. — 1) *Cf. titulum sequentem.*

1218 L · CAESONIVS · C · FIL · QVIRINA · LVCILLVS | MACER RVFINIANVS COS[1] · FRATER ARVALIS[2] | PRAEF · VRBI · ELECTVS AD COGNOSCENDAS VICE CAESARIS | COGNITIONES[3] · PROCOS · PROV · AFRICAE · XX VIROS EX SENATVS | CONSVLTO · R · P · CVRANDAE[4] · CVRATOR AQVARVM ET MINICIAE | CVR · ALBEI TYBERIS ET CLOACARVM VRBIS · LEGATVS PROV | AFRICAE · EODEM TEMPORE VICE PROCONSVLIS · CVRATOR R · P · | TVSCOLANORVM · CVRATOR R · P · SVESSANORVM | PRAETOR KANDIDATVS · QVAESTOR KANDIDAT | ELECTVS IN FAMILIAM PATRICIAM · X VIR | STLITIBVS IVDICANDIS

Praeneste. Marini Atti tab. LXII descr. Smetius (Orell. 3042). — 1) *Suffectus anno incerto ante a. 237.* 2) *Commemoratur in actis a. 213 cf. Henzenum Scavi nel bosco dei frat. Arv. Rom. 1868 p. 75 sq., ubi vocatur* L. Caesonius Lucillus. 3) *Iudicatio ei in ipsa praefectura urbana, sicut tempore posteriore fieri solebat, mandata videtur esse. Cf. Mommsenum de Caelii Saturnini titulo p. 34. Praefectus urbi fuit inter a. 239, nam antea ex proconsulatu Romam revertisse non potest, et 254, a quo anno laterculus praefectorum urbis incipit, in quo non invenitur.* 4) *'Cum Smetius testis sit* XX VIROS *in lapide fuisse scriptum, error fortasse lapidarii est pro* XX VIR COS*; nomen enim vigintivirorum illorum anno 237 a senatu contra Maximinum creatorum (cf. Vit. Gordian. 10. 14. Herodian. 7, 10. Zosim. 1 p. 16) proprium re vera fuit* vigintiviri consulares, *quo commode distinguebantur a vigintiviris ab Augusto institutis.' Henzenus ad Orellium p. 264. Lucillus certo iam diu ante a. 237 consul fuerat, cum cura aquarum et alvei Tiberis honores sint consulares.*

1219 L · CAESONIO · L · F · QVIRINA | ORCINIO · RVFINO · MANLIO · BASSO | CLARISSIMO · VIRO · SALIO · PALATINO | PONTIFICI · MAIORI[1] · PRAETORI · QVAESTORI | CAESONIVS · HEDYLVS · PROC · PATRIS

Neapoli. I. Neap. 2616. — [1]) *Ita vel* pontifices Vestae *pontifices inde ab Aureliani imperio appellantur ut distinguantur a pontificibus Solis ab eo institutis cf. Borghesium Bull. Inst. arch. 1842 p. 140. 1852 p. 55; quare cum titulus ante hanc aetatem incisus esse non possit, nepos potius quam filius praecedentis videtur esse Bassus.*

1219a T · CLODIO · M · F . . . . | PVPIENO · PVLCHRO · *Maximo*[1] . . . . . . | C · V · COS · CVR · AED · SACRE · T (*sic*) · OPER · *Publicor* | CVR · R · P · BENEVENT · ELECTO · IVD · SACRO · AD · *census* | ACCEPT · PER · PROV · VELGICAM CVR · RP · LEPTIM · | ET · TRIPOLITANOR · VICE · OPER · PVBL · PRO · COS · | PROV · MACEDONIAE · CVR · RP · CATINENSIVM · | PR · VRB · Q · K · XV · VIRO · S · F · TRIVMVIRO MONETALI · | PATRONO · MVNICIPII · | S · P · Q · T

Tibure. Henzen 6512 qui descr. — [1]) *Filius est Pupieni Augusti, aliunde ignoti.*

1220 BALBINO MAXIMO COS ORD[1] | PR · K · TVT · Q · K · LEG · PROV · ASIAE[2] | CVR · R · P · LAVR · LAVINAT · ITEM | COGNOSCENTI · AD · SACRAS · APP[3] | CVR · AQVAR · ET · MINICIAE · PRAEF | ALIMENTOR · VIAE · FLAMINIAE | XV · VIR · SAC · FAC · III · VIRO KA | SEVIRO · EQVITVM · ROMANOR | IVN · SEPTIM · VERVS · HERMOGENES | SEXAGENARIA · PROCVRATIONE | SVFFRAGIO · EIVS · ORNATVS

Romae. Marini Atti p. 672 qui descr. (Orell. 3151). Altera quam ibidem refert Marinius (Grut. 1101, 8) ab hac diversa videtur non esse, sed male lecta et interpolata, fortasse a Gutenstenio (cf. Grut. 1029, 3). — [1]) *A. 253.* [2]) *Legendum: pr(aetori) k(andidato) tut(elari), q(uaestori) k(andidato), legato (scil. proconsulis) prov(inciae) Asiae.* [3]) *Cf. Mommsenum de Caelii Saturnini titulo p. 34.* — *Ordo honorum is est ut primo loco referantur honores ordinarii a consulatu ad quaesturam, deinde ordine ascendente legatio curaeque extra ordinem susceptae, tum sacerdotium, denique honores minores ante quaesturam gesti.*

1221 C · VETTIO · COSSINIO · RVFINO · C · V | PRAEFECTO · VRBI[1] · COMITI | AVGG · NN · CORR · CAMP · CORR | TVSCIAE · ET · VMBRIAE · CORR | VENETIAE · ET · HISTRIAE · CVR · ALVEI | TIBERIS · ET · CLOA-

CARVM · SACRAE · VRBIS | CVR · VIAE · FLAMINIAE · PROCONSVLI ·
PRO|VINCIAE · ACHAIAE · SORTITO · PONTIFICI · DEI | SOLIS · AVGVRI ·
SALIO · PALATINO · ORDO · PO|PVLVSQ · ATINAS · QVOD · IN · COR-
RECTVRA | EIVS · QVAE · SAEVISSIMAM · TYRAN|NIDEM[2] · INCVRRERAT ·
NVLLAM | INIVRIAM · SVSTINVERIT

Atinae. I. Neap. 4550 ad exempla antiqua (Orell. 2285). — [1]) *A. 315. Cum consulatus Rufini ordinarius, quem gessit a. 323, non commemoretur titulus inter a. 315 et 323 positus est.* [2]) *Maxentii caesi a. 312.*

1222 C · CAELIO · CENSORI|NO · V · C · PRAET · CANDI|DATO · CONS · CVR ·
VIAE | LATINAE · CVR · REG · VII[1] | CVR · SPLENDIDAE · CAR|THAG[2] ·
COMITI · D · N | CONSTANTINI · MAXIMI · AVG | ET · EXACTORI ·
AVRI · ET · ARGEN|TI · PROVINCIARVM · III[3] · COS · PRO|VINC ·
SICIL · COS · CAMP[4] · AVCTA | IN · MELIVS · CIVITATE · SVA · ET ·
REFOR|MATA · ORDO · POPVLVSQVE · ATELLANVS | L · D · S · C[5]

Atellae. I. Neap. 3540 (Henz. 6507). — [1]) *Vit. Sev. Alex. 33:* fecit Romae curatores urbis quattuordecim, sed ex consulibus [*immo* consularibus] veros, quos [*em. Iordanus:* plerosque, hos] audire negotia urbana cum praefecto urbis iussit, ita ut omnes aut magna pars adessent cum acta fierent. [2]) '*Ad hanc curam videtur spectare fragmentum prope Thevesten repertum:* . . . . | INVICTISSIMORVM | *dedic*ANTE CAELIO CENSO*rino* | . . . . A VICTOR FF · LL · PP (*i. e. flamen perpetuus*) · S.' *Mommsenus de Cael. Saturnini titulo p. 38 n. 1.* [3]) *I. e. Siciliae Sardiniae Corsicae. Munus extra ordinem a principe datum componendumque esse cum examinatore per Italiam tituli sequentis iudicat Mommsenus l. l. p. 38; examinandi enim vocabulum proprie usurpari de statera, aurum autem et argentum exigi non posse, maxime aetate Constantiniana ubi ipsi nummi ponderati sint magis quam numerati, nisi adhibito librae examine.* [4]) *De consularis titulo cf. ad n. 1225a. Positus igitur titulus est post a. 315.* [5]) *L(oco) d(ato) s(enatus) c(onsulto).*

1223 *In plintho statuae togatae:* DOGMATII; *in basi eius:*
HONORI | · C · CAELIO SATVRNINO · V · C · | ALLECTO PETITV ·
SENATVS INTER | CONSVLARES[1] COMITI · D · N · CONSTANTINI |
VICTORIS AVG[2] · VICARIO PRAEFECTVRAE | VRBIS IVDICI SACRARVM
COG · VICARIO | PRAEFF · PRAETORIO BIS IN VRBE ROMA | ET PER
MYSIAS[3] · EXAMINATORI PER ITA|LIAM[4] PRAEFECTO · ANNONE VRBIS
RATIO|NALI PRIVATE VICARIO SVMMAE REI | RATIONVM[5] RATIONALI
VICARIO PER | GALLIAS MAGISTRO CENSVM[6] VICARIO | A CONSILIIS
SACRIS[7] MAGISTRO STV|DIORVM[8] MAGISTRO LIBELLORVM DVCE|-

NARIO A CONSILIIS[9] · SEXAG · A CONSILIIS | SACRIS · SEXAG · STVDIORVM · ADIVTORI | FISCI ADVOCATO PER ITALIAM | C · FL · CAELIVS VRBANVS · V · C · | CONSVLARIS PATRI

Romae. Mommsenus de C. Caelii Saturnini titulo p. 20. (Memorie dell' Instituto arch. vol. II) descr. Henzenus. Eiusdem alter titulus Romae in Quirinali repertus est hic (Doni 5, 90):

C · CAELIO · SATVRNINO · V · C | PRAEFECTO PRAETORIO[10] | C · CAELIVS · VRBANVS · V · C | CONSVLARIS | PATRI POSVIT

Titulorum commentarium dedit Mommsenus l. l. — [1]) *Cf. supra n. 662. Antea qui optimo iure adlegebantur, adsciscebantur inter praetorios; adlecti inter consulares ante posteriorem saec. III partem non inveniuntur.* [2]) *De hac comitiva cf. Mommseni comm. p. 23 sq. Cum mentio nulla fiat alterius Augusti titulus post caesum Licinium a. 323 dedicatus est, inter annos igitur 323 et 337.* [3]) *Vicarius praef. praet. per Moesias fuerit necesse est ante a. 327, quo dioecesis Moesiarum iam divisa fuit in Macedoniam et Daciam. Cod. Theod. 11, 3, 2 cf. Mommsenum l. l. p. 37.* [4]) *Cf. ad tit. praecedentem.* [5]) *Vicarius igitur fuit* rationalis rei summae (*sive* summarum), *qui post Constantinum vocatus est* comes sacrarum largitionum *cf. Mommsenum l. l. p. 43.* [6]) *Sive* magister a censibus. *Cf. de eo Mommsenum l. l. p. 48; officii origo repetenda est ab antiquiore eo, quod vocatur* ab actis senatus. [7]) *Officium aliunde non notum; Mommsenus vicarium esse putat praefecti consistorii sacri: ex hoc* quaestoris sacri palatii, *ex illo* magistri officiorum *officia originem traxisse l. l. p. 48.* [8]) *Idem videtur esse officium quod aetate posteriore vocatur:* magister memoriae *l. l. p. 49.* [9]) *Legendum* ducenario a consiliis [sacris], *quod excidit culpa quadratarii.* [10]) *Mos ut ad praefecti praetorio titulum pars ea, cui praeesset adiceretur, invaluit saeculo demum quarto labente, ab anno ut videtur 365.*

1224 L · AELIO · HELVIO | DIONYSIO[1] · C · V | IVDICI · SACRARVM · COG|NITIONVM · TOTIVS ORIEN[2] | PRAESIDI · SYRIAE · COELE | CORRECTORI · VTRIVSQVE | ITALIAE[3] · CVRATORI · AQV | ET · MINICIAE · CVRATOR | . . . . | OPERVM · PVBLICORVM | PONTIFICI · DEI · SOL | COLLEGIVM | FABRORVM · TIGNVAR | MVLTIS · IN SE · PATROCINIIS CO . . . . .

Romae, apud Lapicidam. Orelli 60. — [1]) *Praef. urbi a. 301, ante hunc igitur annum titulus positus est.* [2]) *Cf. Mommsenum de Caelii Saturnini titulo p. 26 not. 2 et 37; idem officium videtur esse quod postea appellatur* comes Orientis. [3]) *Invenitur inter annos fere 290 et 311 (Böcking N. D.*

p. 1181 n. 1. 2).* Italia utraque *est Transpadana et Cispadana. Cum vicariatus Italiae institueretur (inter a. 306 et 320) correctori Italiae utriusque consularis Aemiliae et Liguriae nomen inditum est. Cf. Mommsenus scr. grom. ed. Lachmann II p. 198. 204.*

1225*a* T · FL · POSTVMIO · TITIANO · V · C · COS[1] | PROCOS · PROV · AFRICAE | CVR[2] · AQVARVM · ET · MINICIAE | CORR · CAMPANIAE | CORR · ITALIAE · TRANSPADANAE[3] | COGNOSCENTI · VICE · SACRA | P · K[4] · PONTIFICI · DEI · SOLIS | AVGVRI · ORATORI · PRONEPOTI · ET · SEC|TATORI · M · POSTVMI · FESTI · ORAT | T · AELIVS · POEMENIVS · V · E · SVFFRAGIO[5] · EIVS | AD · PROC · AQVARVM · PROMOTVS | PATRONO · PRAESTANTISSIMO

Romae. Fabretti 208 n. 516. 700 n. 218 ex sched. Barberinis; Grut. 459, 7 (Orell. 1194) ex Ursini schedis paullo aliter. — [1]) V · COS *Grut. Consul II fuit a. 301, praefectus urbi 305; titulus igitur ante a. 301 incisus est.* [2]) COS *Grut.* [3]) CORR · ITALIAE · TRANSPADANAE | CORR · CAMPANIAE . . . . . *Grut. Corrector Campaniae a Carino usque ad a. 315 invenitur, consularis nomen sine dubio eodem tempore accepit quo corrector Aemiliae et Liguriae i. e. ante a. 321; primum eius exemplum est a. 333 supra n. 672a. Cf. Scr. grom. ed. Lachmann 2 p. 205 (Mommsen).* [4]) *P(raetori) k(andidato).* P · K · Q · K *Grut.* [5]) V · C · SVFFRAG *Grut.*

1225*b* . . . . | ORATORE · MIRAQVE · FACVND | MAXIMVM · PROCOS · ASIAE · DESTINAT | VII VIRVM · FLAM · VENERABILIS | MEMORIAE · VIRVM[1] | T · FL · POSTVMIVS · VARVS[2] · COS | PRONEPOS · SECTATOR | EIVS

Romae. Maffei Mus. Ver. p. 289, 5 qui descr. — [1]) *Ad M. Postumium Festum (cf. n. a) spectare putat Borghesius Ann. Inst. 1845 p. 53.* [2]) *Frater Titiani. Ibid.*

1225*c* D M | T · FLA · POSTVMIVS · VARVS · V · C · COS · ORATOR | AVG · XV · VIR · PRAEF · VRB[1] · VIXI · BEATVS DIIS | AMICIS LITERIS | MANES COLAMVS · NAMQVE OPERTIS MANIB · DIVINI | VIS EST AETERNI TEMPORIS

Romae. Ann. Inst. arch. XVI, 1845 p. 54 sec. Fsam. — [1]) *A. 271.*

1225*d* . . . . | . . . . RIO CVRATORI · VIAE | . . . . ET · ALIMENTORVM · | *curatori rei* · PVBLICAE · AECLANENSIVM | . . . . . *oc*RICVLANORVM | *legato pr*OVINCIAE · ASIAE | *pr.* . . . . . ARIO[1] · Q · K[2] · FLAMINI | . . . .

1225*e* . . . . | PROCOS · PROV · AFRI*cae* |
COS · AQVARVM · ET · *Miniciae* | ELECTO · AD · IVDICAND · SACR*a*
vice[3] *cor*|RECTORI · ITALIAE · REG · TRA*nspadanae* | CVRATORI · COLO-
NIARVM · SPL*endidissimarum* | LVGDVNENSIVM · CAM[4] . . . . |
CALENOR · XII · VIR · ROM*ae* . . . | . . . .

In eodem lap. Ocriculi rep. Fabretti 730, 448. Priorem ad Varum, posteriorem ad Titianum pertinere putant Borghesius Henzenusque Ann. 1845 p. 53 sq. — [1]) *Praetori tutelario vel fideicommissario vel hastario in lapide fuisse videtur.* [2]) *Q(uaestori) k(andidato).* [3]) *Cf. Mommsenum de C. Caelii Saturnini titulo p. 34.* [4]) Campanorum *vel tale quid.*

1226 . . . . | RELIGIOSISSIMOQVE | C · CEIONIO · RVFIO ·
VOLVSIANO · V · C | CORR · ITALIAE · PER · ANNOS · OCTO | PROCON-
SVLI · AFRICAE[1] | COMITI · DOMINI · NOSTRI | CONSTANTINI · INVICTI ·
ET | PERPETVI · SEMPER · AVGVSTI[2] | PRAEFECTO · VRBI · IVDICI ·
SACRARVM | COGNITIONVM[3] · CONSVLI[4]

Romae. Grut. 387, 5 descr. Smetius. Cf. eiusdem titulum Puteolanum (I. Neap. 2497) scriptum in aversa tituli n. 1230b circa annum 284:
FORTISSIMO · ET · PIISSIMO · | · PRINCIPI · SVO · | M · AVRELIO ·
CARINO · | RVFIVS · VOLVSIANVS · | V · C · | · EORVM · IVDICIO · |
· BEATISSIMVS · ITERVM · | CORRECTOR

[1]) *'Rufius Volusianus praef. praetorio Maxentii et ab eo Carthaginem missus adversus Alexandrum regni usurpatorem (Zosim. 2, 14), quo videtur pertinere proconsulatus Africae tituli'. Mommsenus de Cael. Saturn. tit. p. 24.* [2]) *Cf. Mommsenum l. l.* [3]) *Praef. urbi a V k. Nov. a. 310 ad V k. Nov. a. 311.* [4]) *Mense Sept. a. 311. — 'Praefectus urbi iterum processit VI id. Dec. a. 313, consul iterum a. 314. Titulus aperte scriptus est ante has iterationes, id est aut imperante Maxentio aut paullo post eum devictum. Illo casu Maxentii nomen erasum sit necesse est et Constantini repositum; hoc quem magis probabilem habeo, Licinii nomen ideo omissum erit, quod bellum inter Constantinum Liciniumque id quod coepit a. 314 tum cum lapis positus est, autumno opinor a. 313, iam parabatur.' Mommsenus l. l.*

1227 CEIONIVM[1] · RVFINVM ALBINVM V C CONS[2] FILOSOPHVM RVFI
VOLVSIANI BIS ORDINARII CONS FIlIVM[3] SENATVS EX CONSVLTO
SVO QVOD EIVS LIBERIS[4] POST CAESARIANA TEMPORA ID EST POST
ANNOS CCCLXXX ET · I · AVCTORITATEM · DECREVERIT[5] FL · MAGNVS ·
IANVARIVS[6] · VC CVR STATVARVM[7]

Romae in Capitolio. Einsiedlensis f. 73a ed. Hänel p. 124 cf. Mommsenum Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 1850 p. 310 sq. De Rossi, le prime

raccolte p. 136 sq. — 1) Cemonium *Eins.* 2) *A. 335.* 3) Finium *Eins. Rufius Volusianus cos. fuit a. 311 et 314.* 4) *I. e. Albino.* 5) *Ad ius consulum designandorum per senatum, quod ante annos 381 i. e. anno 46 ante Christ. n. Caesar populo ademerat, hoc pertinere demonstravit Mommsenus l. l.* 6) *Ita Mabillonius,* ieiuniarius *Hän.* 7) *Corruptum videtur esse.*

1228 M · MAECIO · MEMMIO · FVRIO · BABVRIO · CAECILIANO | PLACIDO · C · V · PONTIFICI · MAIORI · AVGVRI · PVBLICO | P · R · QVIRITIVM · XV · VIRO · SACRIS · FACIVNDIS | CORRECTORI · VENETIARVM · ET · HISTRIAE · PRAEP | ANNONAE · VRBIS · SACRAE · CVM · IVRE · GLADII | COMITI · ORD · PRIMI · COMITI · ORIENT · AEGYPTI · ET | MESOPOTAMIAE[1] · IVDICI · SACRARVM · COGNITIONVM | [TERTIO][2] · IVDICI · ITERVM · EX · DELEGATIONIBVS | SACRIS · PRAEFECTO · PRAETORIO · ET · IVDICI | SACRARVM · COGNITIONVM · TERTIO[3] · CONSVLI · ORDINARIO[4] | PATRONO · PRAESTANTISS · REGIO · PALATINA · POSVIT

Neapoli reperta esse traditur, sed quo pertineat ignoratur; fortasse Puteolana est. I. Neap. 2618 ad exempla antiqua. — 1) *Plenus est titulus comitis Orientis cf. Mommsenum De Cael. Saturn. tit. p. 27.* 2) *Tertio male intrusit lapicida.* 3) *Cf. Mommsenum l. l. p. 35.* 4) *A. 343.*

1229 CLODIO · OCTAVIANO | V · C · PONTIFICI | MAIORI · CONSVLI · | PANNONIARVM | SECVNDAE · POST | PRESIDES · PRIMO[1] | VICARIO · VRBIS | ROMAE[2] | COMITI | ORDINIS · PRIMI | ORDO · BOVIANE|NSIVM · PATRONO | IAM · PRIVATO

Boviani Undecimanorum (Bojano). I. Neap. 4988 descr. Mommsenus. — 1) Consuli *pro* consulari *usurpatur; de consularibus Pannoniae secundae ipsaque provincia cf. Not. dignit. ed. Boecking p. 1177 sq. Corp. III p. 416; a. 352 Pannonia secunda certo iam sub consularibus erat cf. l. l.* 2) *Samnium, Campania, Flaminia, Apulia, Calabria, Bruttii, Lucania, Piceni Tusciaeque pars regiones suburbicariae erant, vicario urbis Romae subditae; ideo Samnii oppidum ei titulum dedicat. Vicarii urbis et vicarii Italiae (i. e. Italiae septentrionalis) inde ab a. 320 occurrunt. Cf. quae de iis exposuit Mommsenus scr. grom. ed. Lachmann II, 202. 203. Inter annos igitur 320 et 350 fere titulus incisus est.*

1230*a* MAVORTI | Q · FL · MESSIO · EGNATIO | LOLLIANO[1] · V · C | Q · K[2] · PRAET · VRBANO | AVGVRI · PVBLICO · P · R | QVIRITIVM · COMITI | D · D · N · N · AVG · ET · CAESARVM[3] | CVRATORI · ALBEI · TIBERIS | ET · CLVACARVM · SACRE · VRBIS | CVRATORI · OPERVM · PVBLI-

CO|RVM · CONSVLARI · AQVARVM | ET · MINVCIAE · CONSVLARI | CAMPANIAE[4] ᵹ | ORDO · POPVLVSQVE | SVESSANVS

Suessae (prope Mondragone) in lapide rescripto. I. Neap. 4036 descr. Mommsenus.

1230*b* MAVORTII | Q · FLAVIO · MAESIO · EGNATIO | LOLLIANO · C · V · Q · K · PRAETORI · VR|BANO AVGVRI PVBLICO POPVLI | ROMANI · QVIRITIVM · CONS · ALBEI | TIBERIS · ET · CLOACARVM · CONS · OPE|RVM PVBLICVM · CONS · AQVARVM | CONS · CAMPANIAE COMITI FLAVIALI[5] | COMITI · ORIENTIS[6] · COMITI PRIMI ORDINIS | PROCONSVLI PROVINCIAE AFRICAE[7] | REGIO PORTAE TRIVMPHALIS PATRONO DIGNISSIMO

Puteolis in basi rescripta, in cuius altera parte legitur titulus Rufii Volusiani, quem citavi supra ad n. 1226. I. Neap. 2503 descr. Mommsenus. — Ibidem altera basis rescripta reperta est, in qua adhuc apparent vestigia quaedam inscriptionis antiquioris, huic plane par, quam COLLIGEVS DECATRESSIVM PATRONO DIGNISSIMO POSVERVNT.

1230*c* MAVORTII | FL · LOLLIANO · V · C · Q · K · PRAET · VRB | CVRAT · ALVEI · TIBERIS · ET · OPERVM | MAXIMORVM · ET · AQVARVM · CONS | CAMP · COMITI · INTRA PAL[8] · *praef. urbi* ET | *v*ICE · SA*cra iudicanti*[9] *cos.* OR*d*[10] . . . .

Romae. Gruter 431, 4 descr. Lipsius. Cf. Mommsenum de L. Caelii Saturn. titulo p. 25 not. — Cf. de his titulis Borghesium Opp. 4 p. 519 sq. et Mommsenum l. l. 1) *Idem est ad quem Astronomica sua scripsit Maternus. Cf. Firmic. Mat. 8, 15. 57. Ammian. 16, 8, 5.* 2) *V(iro) c(larissimo), q(uaestori) k(andidato).* 3) *Comiti d(ominorum) n(ostrorum) Aug(usti) et Caesarum. Augustus Constantinus Magnus est. De comitiva hac generali non addito neque ordinis numero neque officio aliquo certo cf. Mommsenum l. l.; post Constantinum Magnum non inveniuntur, qua de causa Lollianus in titulo recentissimo urbano comiticae illius mentione abstinere videtur.* 4) *A Firmico quoque* fasces Campaniae *commemorantur l. l.* 5) *I. e. gentis Flaviae, cuius fuit Constantinus; comitiva eadem videtur esse quae in Suessano titulo vocatur dominorum Augusti et Caesarum.* 6) *Firm. Mat. l. l.:* nam cum tibi totius orientis gubernacula domini atque imperatoris nostri Constantini Augusti serena atque venerabilia iudicia tradidissent. 7) *Cf. Firm. Mat. l. l.* 8) *Comes intra Palatium a comite primi ordinis non differt cf. Henzen 6472:* comitem ordinis primi intra Palatium. 9) *Praefectus urbi fuit a. 342.* 10) *A. 355 eodemque anno praefectus praetorio Italiae. —*

Titulus igitur Suessanus (a) scriptus est ante a. 337 vivo Constantino cum ibi nominentur Augustus et Caesares, sed post a. 323 quo caesus est alter Augustus Licinius; tituli Puteolani (b) illo quidem posteriores sunt, sed vivo Constantino fortasse et ipsi conscripti, cum comitivam Orientis adhuc ab illo acceperit Lollianus, certe ante a. 342 incisi sint necesse est cum taceant de praefectura urbana; urbanus (c), si recte supplevit Mommsenus, omnium recentissimus est, scriptus post a. 355. —

Ad filium pertinet basis tertia Puteolana item male scripta et rescripta I. Neap. 2504:

1230*d* MAVORTI · IVN | Q · FLAVIO MAESIO | CORNELIO EGNATIO | SEVERO LOLLIANO | C P Q K[1] | DECATRENSES CLI|ENTES EIVS PATRONO | PRAESTANTISSIMO | POSVERVNT

[1]) *C(larissimo) p(uero) q(uaestori) k(andidato).*

1231 . . . . |RVM CONSOLANDV . . . . |TVM[1] · PRAEPOSITO · PALLA|DII PALATINI[2] · PRAEFECTO | OPERVM · MAXIMORVM[3] · COMITI · PORTVVM[4] · CORREC|TORI · TVSCIAE · ET · VMBRIAE[5] · | CONS · CAMP[6] · HVIC · ORDO | SPLENDIDISSIMVS · COL | PRIVERNATIVM · OB · INSIG|NEM · ERGA · SE · BENIVOLENTI|AM · ET · RELIGIONEM · ET · INTE|GRITATEM · EIVS · STATVAM · | CONLOCANDAM CENSVIT

Priverni (Piperno). Bull. Inst. arch. 1863 p. 208, ubi vide Henzenianum huius tituli commentarium. — [1]) *Munus ad rem annonariam videtur pertinuisse missusque noster esse ad consolandum statum civitatium nescio quarum.* [2]) *Cf. Henzenum l. l.* [3]) *Honor alibi obvius non est sed cf.* curatorem operum maximorum *Not. Occ. p. 16* et 198* et* curatorem alvei Tiberis et operum maximorum et aquarum *Grut. 431, 4.* [4]) *Portus sunt Ostiensis, Claudianus, Traianus cf.* comitem portus *Not. Occ. p. 16* et 190*.* [5]) *Tuscia et Umbria a. 366 adhuc sub correctoribus erat, a. 370 iam sub consularibus Not. dignit. p. 431*.* [6]) *Cf. supra ad n. 1225a; positus igitur est titulus inter a. 315 et 370.*

1232 HONORI[1] | MEMMIO VITRASIO ORFITO V · C[2] | GENERE NOBILI | DOMI FORISQVE AD EXEMPLVM VETERVM | CONTINENTIA · IVSTITIA · CONSTANTIA | PROVIDENTIA | CVNCTISQVE VIRTVTIBVS SEMPER INLVSTRI[3] | PRAEFECT · VRBI | NON MVLTO INTERPOSITO TEMPORE | ITERVM PRAEFECTO VRBI[4] | PROCONSVLI AFRICAE | COMITI ORDINIS PRIMI | ITEM COMITI INTRA CONSISTORIVM | ORDINIS PRIMI[5] | LEGATO PETITV SENATVS POPVLIQ · ROMANI[6] | COMITI ORDINIS SECVNDI[7] | CONSVLARI PROVINCIAE SICILIAE | PONTIFICI MAIORI VESTAE | QVINDECIM VIRO S · F | PONTIFICI SOLIS CONSVLI PRAE-

TORI QVAESTORI K[8] | ATQVE HIS OMNIBVS | AB IPSA IVVENTVTE PERFVNCTO[9] | OB EIVS TEMPORIBVS DIFFICILLIMIS | EGREGIAS AC SALVTARES PROVISIONES | SVSCEPTORVM OSTIENSIVM SIVE PORTVENSIVM | ANTIQVISSIMVM CORPVS | OB VTILITATEM VRBIS ROMAE RECREATVM | STATVAM CONSTITVIT

Romae. Muratori p. 720 n. 2 ex schedis Stoschianis (Orell. 3184). Eiusdem hominis alteras tres habemus bases honorarias, quarum primam (Grut. 438, 1; Orell. 3185): ob providentiam et statum optimum urbi Romae ab eo redditum corpus omnium mancipum (statuam sub aere), *secundam (Murat. p. 721 n. 1)* corpus pistorum magnariariorum et castrensium (statuam), *tertiam (ibid.)* corpus naviculariorum (statuam sub aere) constituit. *Sunt iisdem fere verbis conceptae, quibus supra proposita. Confer praeterea eiusdem titulum supra n. 88; Grut. 284, 8:* Domino nostro Cl(audio) Iuliano nobilissimo ac fortissimo Caes(ari) Memmius Vitrasius Orfitus v(ir) c(larissimus), iterum praef(ectus) urb(i), iudex sacrar(um) cognition(um) tertium, d(icatus) n(umini) m(aiestati)q(ue) eius; *Borghesi Opp. III p. 474 n. 4:* Propagatori imperii Romani d(omino) n(ostro) Fl(avio) Iulio Constantio Maximo toto orbe victori ac triumph(atori) semp(er) Aug(usto) Memmius Vitrasius Orfitus v(ir) c(larissimus), iterum praef(ectus) urbi, iudex sac. cogn. tert., d. n. m. e. — [1]) *Cf. supra n. 669.* [2]) *V(iro) c(larissimo). De Orfito praeter titulos supra laudatos cf. Symmach. Epist. I, 1. IX, 121. X, 47, fuit enim Symmachi poetae socer. Ammian. Marc. 14, 6. 16, 10. 27, 3 et 7. Gothofredi Prosopograph. Cod. Theod. s. v. Orfitus (p. 71 sq.).* [3]) *In reliquis honorariis titulis praedicatur his verbis:* nobilitate actibusque (ad exemplum) praecipuo. [4]) *Praefectus urbi primum fuit iam a. d. VI Id. Dec. 353 et etiamtum toto mense Aprili anni 355; iterum post diem IIII kal. Novemb. 356 usque ad VIII kal. April. 359. Borghesi Opp. III p. 473 sq. Una tantum praefectura commemoratur in titulis Murat. 721, 1, qui eam ob causam pertinent ad annos 353/355.* [5]) *In altero eius titulo Grut. 438, 1:* proconsuli Africae ac tertio sacrarum cognitionum iudici, comiti in consistorio ordinis primi, *in tertio Murat. 721, 1:* proconsuli Africae et tertio sacrarum cognitionum iudici, comiti ordinis primi iterum intra consistorium. *Bis enim sacrarum cognitionum iudex fuerat praefectus urbi, tertium proconsul.* [6]) *In reliquis titulis:* legato secundo difficillimis temporibus petitu *cet.* [7]) *In reliquis titulis adicitur:* expeditiones bellicas gubernanti (ordinanti). [8]) Quaestori k(andidato). [9]) *Tit. Gruterianus:* omnibusq(ue) perfuncto honorib(us) intra aetatis primordia.

1233 FL · SALLVSTIO[1] · V · C | CONS · ORDINARIO[2] · | PRAEF · PRAET[3] · COMITI · | CONSISTORII · VICARIO · | VRBI · ROMAE · VICARIO · | HISPANIARVM · VICARIO | QVINQ · PROVINCIARVM[4] · | PLENO · AEQVITATIS | AC · FIDEI · OB · VIRTVTIS | MERITORVMQ · GLORIAM | MISSIS · LEGAT · IVS · SAC[5] · | HISPANIAE · DICAVERVNT

a latere: DEDICATA V · KAL · IVN · | DIVO · IOVIANO · AVG · ET · VARRONIANo | COSS[6]

Romae in foro Traiani. Henzen 6471. — [1]) Notus est Imperatoris Iuliani educator et amicus qui post mortem eius imperium sibi delatum recusavit (Ammian. 25, 5). [2]) A. 363 cum Iuliano. [3]) Scilicet Galliarum a. 361 (Ammian. 21, 8, 1), orientis a. 364 et sequentibus (Ammian. 26, 5). [4]) Cf. Gothofredum ad Cod. Theod. 16, 10, 15 et Böckingium ad Not. dignit. occ. XXI p. 470. [5]) Ius(sione) sac(ra). [6]) A. 364.*

1233a HYMETII | IvLIO · FESTO HYMETIO · C · V · | CORRECTORI TVSCIAE ET VMBRIAE PRAETORI VRBANO | CONSVLARI CAMPANIAE CVM SAMNIO | VICARIO VRBIS RÔMAE AETERNAE[1] PROCONSVLI | PROVINCIAE AFRICAE[2] OB INSIGNIA EIVS | IN REMPVBLICAM MERITA ET OB DEPVLSAM | AB EADEM PROVINCIA FAMIS ET INOPIAE VASTITATEM | CONSILIIS ET PROVISIONIBVS[3] ET QVOD CASTE | IN EADEM PROVINCIA INTEGREQVE VERSATVS EST | qvOD NEQVE AEQVITATI IN COGNOSCENDO | NEQVE IVSTITIAE DEFVERIT QVOD STVDIVM | SACERDOTII PROVINCIAE RESTITVERIT | VT NVNC A CONPETITORIBVS ADPETATVR | QVOD ANTEA FORMIDINI FVERIT[4] OB QVAE EADEM | PROVINCIA AFRICA DECRETIS AD DIVINOS PRINCIPES | DOMINOS NOSTROS MISSIS | VALENTEM GRATIANVM ET VALENTINIANVM[5] | PERPETVO AVGVSTOS | STATVAM VNAM APVD CARTHAGINEM SVB AVRO | ALTERAM QVOQVE ROMAE EIDEM SVB AVRO | POSTVLANDAM ESSE CREDIDIT QVOD NVLLI | PROCONSVLVM VEL EX PROCONSVLIBVS | STATVENDAM ANTEA POSTVLARIT

Romae prope forum Traiani, in quo olim sine dubio stetit. Henzen 6904 descr. de Rossi. — [1]) A. 362 cf. Cod. Theodos. XI, 30, 29. [2]) A. 368 cf. Ammian. Marcell. 28, 1, 17, fortasse iam a. 366. 367 Cod. Iust. III, 16, 1 Cod. Theod. IX, 19, 3 cf. Bull. Inst. arch. 1852 p. 179. [3]) Cf. Ammian. l. l. [4]) Ob magna onera cum sacerdotio coniuncta, ludos inprimis sumptuosissimos Carthagine edendos. [5]) Inter annos 376/378, postquam Hymetius a Maximino in exilium actus (cf. Ammian. l. l.) restitutus est.

1234 NOBILITATIS CVLMINI | LITTERARVM ET ELOQVENTIAE LVMINI | AVCTORITATIS EXEMPLO | PROVISIONVM AC DISPOSITIONVM MAGISTRO | HVMANITATIS AVCTORI | MODERATIONIS PATRONO | DEVOTIONIS ANTISTITI | PETRONIO | PROBO[1] ◦ V · C[2] ◦ PROCONSVLI AFRICAE | PPAEFECTO PRAETORIO | PER ILLYRICVM ITALIAM ET AFRICAM[3] | CONSVLI ORDINARIO[4] | OB INSIGNIA ERGA SE REMEDIORVM GENERA | VENETI ADQVE HISTRI PECVLIARES EIVS | PATRONO PRAESTANTISSIMO

A sinistra: DEDICATA | VI ◦ IDVS ◦ AVG | DD NN ◦ | VALENTE ◦ VI ◦ ET | VALENTINIANO ◦ II | AVGG ◦ CONS[5] ◦

Romae. Henzen 6418 qui descr. — [1]) *Cf. Amm. Marc. 27, 11. Eiusdem habemus titulum alterum eum qui sequitur.* [2]) *V(iro) c(larissimo).* [3]) *Collata inscriptione eius altera quam subieci de praefecturis Probi hoc statuendum videtur, eum primum fuisse praef. praet. Illyrici, tum Galliarum, tum Italiae et Africae iisque postea accessisse Illyricum. Cf. de hac praefectura Boeckingium N. D. 140* sq. Mommsenum scr. grom. ed. Lachmann II p. 202. Mos, ut ad praefecti praetorio titulum pars ea, cui praeesset, adiceretur inde ab a. 365 demum invaluisse videtur cf. Mommsenum de Caelii Saturnini titulo p. 27.* [4]) *A. 371.* [5]) *D(ominis) n(ostris) (duobus) cet. Aug(ustis) cons(ulibus) a. 378.*

1234a PETRONIO | PROBO · V · C | TOTIVS · ADMIRA|TIONIS · VIRO · PRO|CONS · AFRICAE · PRAEF | PRAETORIO · ILLYRICI | PRAEF · PRAET · GAL|LIAR · II · PRAEF · PRAET | ITALIAE · ATQVE · AFRICAE | III · CONS · ORDINARIO | CIVI · EXIMIAE · BONI|TATIS · DISERTISSIMO | ATQVE · OMNIBVS | REBVS · ERVDITISSIMO | PATRONO | NEPOTI · PROBIANI | FILIO · PROBINI · VV · CC | PRAEF · VRBIS · ET · CONSS

Veronae. Corp. V, 3344.

1235 EVSEBII | Q · AVR · SYMMACHO[1] · V · C | QVAEST · PRAET · PONTIFICI | MAIORI · CORRECTORI | LVCANIAE · ET · BRITTIORVM[2] | COMITI · ORDINIS · TERTII | PROCONS · AFRICAE[3] · PRAEF | VRB[4] · COS · ORDINARIO[5] | ORATORI · DISERTISSIMO | Q · FAB · MEMM · SYMMACHVS[6] | V C · PATRI · OPTIMO

Romae. Orelli 1187 descr. Kellermannus. — [1]) *Notus est orator; patris titulum habes supra n. 541.* [2]) *A. 365.* [3]) *A. 373.* [4]) *A. 384.* [5]) *A. 391.* [6]) *Cf. supra n. 645a.*

1236 AGORII | VETTIO AGORIO PRAETEXTATO V C | PONTIFICI · VESTAE | PONTIFICI · SOLI | QVINDECEMVIRO | AVGVRI |

TAVROBOLIATO | CVRIALI | NEOCORO | HIEROFANTAE | PATRI · SACRORVM | QVAESTORI | CANDIDATO | PRAETORI · VRBANO | CORRECTORI · TVS|CIAE · ET · VMBRIAE | CONSVLARI | LVSITANIAE | PROCONSVLI | ACHAIAE | PRAEFECTO · VRBI | PRAEF · PRAET · $\overline{II}$ | ITALIAE · ET · ILLYRICI | CONSVLI | DESIGNATO

A latere sinistro: DEDICATA · KAL · FEBR · | D · N · FL · VALENTINIANO · AVG · $\overline{III}$ | ET · EVTROPIO · CONSS

Romae. Gruter 1102, 2 descr. Henzenus (Orell. 2354). Honores duabus columnis conscripti sunt, in altera sacerdotales in altera publici.

1237 TARRVTENII | TARRVTENIO MAXIMILIANO[1] $\overline{VC}$ | ELOQVENTISSIMO-QVE · CONSVLARI | PICENI ANNO AETATIS NONODECIMO | VICARIO VRBIS ROMAE · LEGATO AMPLIS|SIMI SENATVS SECVNDO · SOCERO | EXOPTATISSIMO · ANICIVS ACILIVS | GLABRIO FAVSTVS $\overline{VC}$ LOCI HVIVS | ORNATOR TOGATAM STATVAM | LIBENS OPTVLI

In tabula dextro lapidis lateri immissa videntur insculpta fuisse: ANICIVS ACILIVS GLABRIO FAVSTVS | $\overline{VC}$ · CONSVL[2] DICAVIT, *quamquam hodie iam non leguntur.*

Romae. Orelli 3171 descr. Kellermannus. — [1]) *Ad eum fortasse epistulas scripsit Symmachus 8, 47 et 54.* [2]) *A. 438 cf. n. 1239.*

1238 ACILIO · GLABRIONI · SIBIDIO[1] · $\overline{V}$ · $\overline{C}$ · ET · OMNIBVS | MERITIS · INLVSTRI · LEGATO · IN · PROVINCIA · ACHAIA | CONSVLARI · CAMPANIAE · VICARIO · PER · GALLIAS | SEPTEM · PROVINCIARVM[2] · SACRI · AVDITORII · COGNI|TORI · FORI · HVIVSCE · INVENTORI · ET · CONDITORI · PRI|MO · PATRI · REVERENTISSIMO · ANICIVS · ACILIVS | GLABRIO · FAVSTVS[3] · $\overline{V}$ · $\overline{C}$ · LOCI · ORNATOR · TOGATAM | STATVAM · OFFERENS · PIAE · NON · MINVS · QVAM · DE|VOTAE · MENTIS · RELIGIONE · PONENDAM | ERIGENDAMQVE · CVRAVIT

Romae. Gruter 344, 2 (a Castalione). — [1]) *Ad hunc fortasse epistulas scripsit Symmachus 7, 129—131.* [2]) *Cf. Böckingium ad not. dign. occ. XXI p. 470*.* [3]) *Cf. titulum sequentem.*

1239 ANICIO ACHILIO GLABRI|ONI FAVSTO CLARIS|SIMO VIRO QVAESTORI | CANDIDATO PRAETORI | TVTILARI (*sic*) COMITIS (*sic*) IN|TRA CONSISTORIVM | TERTIO PRAEFECTO VR|BI VTRIVSQVE INPE|RII ❦ IVDICII (*sic*) SVBLIMITA|TO[1] PRAEFECTO PRAETO|RIO ITALIAE AFRICE ET ❦ | INLYRICI[2] QVOD ET PRÆ|SENTIBVS GLORIAE ET | FVTVRIS INTCITAMEN|TO AD VIRTVTEM FORE RO|GANTIBVS ARICINIS ❦ | QVI

BENEFICIIS ET RE|MEDIIS EIVSDEM AMPL|ISSIMI VIRI AB INTORA|BILIBVS (*sic*) NECESSITATI|BVS FVERANT VINDICA|TI OB PRAESTITA CIRCA | SE BENEFICIA ORDO | ET CIVES STATVAM | CONLOCAVERVNT

Ariciae. Bullett. Inst. arch. 1857 p. 37 descr. P. Rosa. — [1]) *I. e. utriusque Imperatoris Occidentis et Orientis iudiciis ad sublimem praefecturae urbanae honorem ter promotus. De tempore praefecturarum cf. Rossium Ann. Inst. arch. 1849 p. 335; unam, eamque ut videtur primam, gessit sub Theodosio et Honorio i. e. inter a. 408 et 423, teste inscriptione Gruteriana 192, 2 a Smetio Romae descripta:* *Salvis* DD · NN · AETERNIS · PRINCIPIBVS · HONORI*o et theodosio* [*cf. supra n. 761*] | . . . . ANICIVS · ACILIVS · GLABRIO · FAVSTVS · V · C · PRAEF · VR*bi* . . . . . | . . . . FATALI · CASV · SVBVERSAM · IN · FORMAM · PRISCI · VSVS *restituit; alteram a. 425 Cod. Theod. 16, 5, 62; tertiam inter a. 426 et 437, quo haec inscriptio incisa videtur esse. Animadvertendum autem, Faustum* utriusque *imperii iudiciis sublimitatum dici, cum praefecti urbis procul dubio ab uno imperatore qui occidentem tenebat dicti sint; pertinere id videtur ad praefecturam secundam a. 425, quo ipso anno Valentinianus III, caeso Iohanne tyranno qui post Honorium imperium arripuerat, a Theodosio II collega imperii adsumptus est; antequam id fieret, Theodosius Faustum praefectum urbis videtur fecisse. Aliter de hac re iudicat Henzeuus l. l.* [2]) *Praefectus praetorio Italiae et consul ordinarius fuit anno 438 cum in senatu de recipiendo codice Theodosiano ageretur cf. Gesta in senatu urbis Romae de recip. cod. Theod. apud Haenelium in Corpore iuris anteiustinianei II p. 82 sq. et Mommsenum Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 1851 p. 378 sq., ubi vocatur:* vir clarissimus et illuster, tertio expraefectus urbis, praefectus praetorio, consul ordinarius; *adeptus autem est praefecturam certo post a. 432 quo Flavianus aliquis eo officio fungebatur. Cf. Cod. Theod. 6, 23, 3. — Titulus incisus est ante a. 438 quia consulatum non habet, fortasse ante a. 437; eo enim anno Valentinianus cum Theodosii filiam in matrimonium duceret Illyricum imperio orientali cessit; quo facto praefectum praet. Italiae Illyrici nomen retinuisse veri simile non est cf. Henzenum l. l.*

1240 CL · POSTVMVS DARDANVS V INLVSTR ET PA|TRICIAE DIGNITATIS EX CONSVLARI PRO|VINCIAE VIENNENSIS EX MAGISTRO SCRI|NII LIB[1] EX QVAEST EX PRAEF PRaET GALL ET | NaEVIA GALLA CLAR

ET INL FEM MATER FAM | EIVS[2] LOCO CVI NOMEN THEOPOLIS EST | VIARVM VSVM CAESIS VTRIMQVE MON|TIVM LATERIB PRAESTITERVNT MVROS | ET PORTAS DEDERVNT QVOD IN AGRO | PROPRIO CON-STI*tu*TVM TV*i*TIONI OM|NIVM VOLVERVNT ESSE COMMVNE ADNI|-TENTE ETIA*m* V INL COM AC FRATRE ME|MORATI VIRI CL LEPIDO EX CONSVLA | GERMANIAE PRIMAE EX MAG MEMOR | EX COM RERVM PRIVAT· VT ERGA OMNI|VM SALVTEM EORV|M STVDIVM E|T DEVO|TIONIS PV*blicae* | TITVLVS POS*uit* OSTENDI

Segusterone (Sisteron) incisa in rupe. Herzog Gall. Narb. n. 490 sec. Millinum qui descr. summa cura. — [1]) *Lib(ellorum).* [2]) *Mater fa-m(ilias) eius.*

CAPVT VII.

TITVLI PROCVRATORVM.

1241* L · BOVIVS · L · F · L · N · FAL · CELER | II · VIR · Q · AVGVR | PRAEF · FABR · TRIB · MILIT · LEG · III · CYR | PROCVR · LVDI · FAMIL · GLAD · CAES | ALEXANDREAE · AD · AEGYPTVM · ADLECTVS | INTER · SELECTOS[1] · AB · IMP · CAES · AVG | SIBI · ET | SEXTIAE · L · F · NERVLAE · VXORI | OPT · CVM · QVA · A · PVERITIA | SINE · OFFENSA · VIXIT · ANNIS · XXXI

Neapoli. I. Neap. 2614 ad exempla antiqua (Henz. 6158). — [1]) *Scilicet: iudices.*

1242 DIS · MANIB | IVLIAE | DEMETRIAE | PRISCVS · AVG · L | PROC · IIII · P · AFR | ET · XXXX · GALLIAR[1] | CONIVG · SANCTISS

Antii. Henzen 6648 qui descr. — [1]) *Proc(urator) quattuor p(ublicorum) Africae et quadragesimae Galliar(um) cf. Marini Atti 2 p. 551.*

1243 TI · CLAVDIVS · AVG · LIB · BVCOLAS · PRAEGVSTATOR · TRICLINARC (*sic*) | PROC · A MVNERIB · PROC · AQVAR · PROC · CASTRENSIS · CVM · Q · CLAVDIO | FLAVIANO · FILIO · ET · SVLPICIA · CANTABRA · MATRE · D · d

Caere rep. Henzen 6337 qui descr. — De officiis cf. Friedlaenderum Sittengesch. 1 p. 177 sq.

1244 P · PALPELLIVS · P · F · MAEC · CLODIVS | QVIRINALIS[1] · P · P[2] · LEG · XX TRIB · MILIT · LEG · VII | C P F[3] PROC AVG[4] PRAEF · CLASSIS DEDIT

Tergeste. Corp. V, 533 descr. Mommsenus. — [1]) *Confert Mommsenus Tac. Ann. 13, 30 ad a. p. C. 57:* Clodius Quirinalis, quod praefectus remigum qui Ravennae haberentur velut infimam nationum Italiam luxuria saevitiaque afflictavisset, veneno damnationem anteiit. *Pater eius naturalis videtur fuisse* P. Clodius Quirinalis miles legiones XV Apollinaris *tituli alterius Tergestini l. l. n. 540.* [2]) *P(rimi)p(ilus).*

[3]) *C(laudiae) P(iae) F(idelis).* [4]) *Nota provinciam non additam, quod inde ab saec. II non invenitur.*

1245 . . . . | COHORT · I · BREVCoR | TRIB · MIL · PROC | DIVI · TIT · ALEXAN|DRIAE · AGONOTHETAE | CERTAMINIS · PENTA|HETERICI · BIS | EX · TESTAMENTO | DOMESTICI · LIB | HEREDES | C · CAECILIVS · FRONTO · ET | M · FLAVIVS · VRBANVS

Tarracone. Corp. II, 4136 ad exempla antiqua.

1246 T · FLAVIO · AVG | LIB · POLYCHRYSO | PROC · MONTIS · | MARIANI · PRAES|TANTISSVMO · | CoNFECTORES · AERIS ·

Hispali. Corp. II, 1179 descr. Huebnerus et litteras optimas esse ait aevi Antoniniani, cui tamen nomen liberti refragari videtur (Or. 158).

1247 Q · PETRONIVS · C · F · PVp · *MODESTVS · P · P · BIS* | LEG · XII · FVLM · ET · LEG · I · ADIVt*RIC · TRIB · MIL · COH · V · VIG* | TR · COH · XII · VRB · TR · COH · V · PR · PRoc · *DIVI · NERVAE · ET · IMP · CAES* | NERVAE · TRAIANI · AVG · GERM [1] · PROVINc · *hiSPANIAE · CITER · ASTVRIAE · ET* | CALLAECIARVM · FLAMEN · DIVI · CLAVDi *deDIT · IDEMQVE · DEDICAVIT*

Tergeste. Corp. V, 534 descr. Mommsenus quae supersunt, quae perierunt inclinatis dedi. — [1]) *Positus igitur est titulus inter a. 98/102, cum Traianus nondum Dacicus appelletur.*

1248 CN · OCTAVIVS · TITINIVS CAPITO [1] | PRAEF · COHORTIS · TRIB · MILIT · DONAT | HASTA · PVRA · CORONA · VALLARI · PROC · AB | EPISTVLIS · ET · A PATRIMONIO [3] · ITERVM · AB | EPISTVLIS · DIVI · NERVAE · EODEM AVCTORE | EX · S · C · PRAETORIIS · ORNAMENTIS · AB · EPISTVL | TERTIO · IMP · NERVAE · CAESAR · TRAIANI · AVG GER [2] | PRAEF · VIGILVM · VOLCANO · D · D [4]

Romae. Kellermann vigiles n. 7 qui descr. (Orell. 801). — [1]) *Cf. Plin. ep. 1, 17, 1. 5, 8. 8, 12. Mommsen Hermes 3 p. 37. A Plinio vocatur* Titinius Capito. [2]) *Domitiani nomen consilio tacetur.* [3]) *Procuratio ab epistulis perpetuum officium est sed finitur morte Imperatoris, qui id administrandum mandavit; itaque Capito cum ab epistulis fuisset Domitiano, Nervae, Traiano toties scribit id se iterasse, quoties principem mutasset. Cf. Mommsenum Mon. Anc. p. 127. Procurationem a patrimonio per aliquod tempus cum altera procuratione videtur coniunxisse.* [4]) *D(onum) d(at).* — *Titulus positus est inter a. 98/102 cf. ad. n. 1247.*

1249*a* T HATERIO NEPOTI | ATINATI PROBO | PVBLICIO MATENIANO [1] | COS PONTIF TRIVMPHALIB | *ornamentis honorato ab imp* [2] . . . .

1249*b* *t. haterio . . fil. nepoti* [3] . . | . . . *primipilo* · PRAE*fecto* | *coh*ORTIS · TRIB · MILI*tum* | *p*RAEF · EQVIT · CENSITO*ri* | BRITTONVM · ANAVION*ens* [4] | PROC · AVG · ARMENIAE · MAI*or* [5] | LVDI · MAGNI · HEREDITATIVM | ET · A · CENSIBVS · A · LIBELLIS · AV*g* | PRAEF · VIGILVM · PRAEF · AEGYP*ti* [6] | M · TAMINIVS · CRI . . . . . . | . . . .

Fulginii (Fuligno) in duabus basibus gemellis. Borghesi Opp. 5 p. 3 descr. Mommsenus. Supplevit Borghesius et commentatus est l. l. — [1]) *In actis fratrum Arvalium anni 118 et 120 commemoratur vocaturque* T. Haterius Nepos; *magister Arvalium fuit a. 121 cf. Henzenum Scavi nel bosco dei frat. Arv. 1868 p. 65 sq.* [2]) *Traianus videtur supplendus esse, nam post eum imperatorem triumphalia ornamenta privatis hominibus data non sunt cf. Borghesium l. l.* [3]) *Lapis supra fractus est, itaque quot versus perierint non perspicitur; litterae paullo recentiores videntur esse quam in praecedente. Borghesius hunc Nepotem filium iudicaverat esse praecedentis quod nullo modo ferendum; consulis enim filius in honoribus equestribus stare non potuit; frater potius videtur esse cf. Henzenum Scavi l. l. Nominis restitutio certa videtur esse ex titulo gemello et ex praefectura Aegypti.* [4]) *Cf. Bull. inst. arch. 1867 p. 39.* [5]) *Inter a. 114/117, illo enim anno Armenia a Traiano provincia facta est, hoc ab Hadriano regibus reddita cf. Borghesium l. l.* [6]) *A. 121, quo Memnonem die 12 Febr. audivit.*

1250 L · BAEBIVS · L · F | GAL · IVNCINVS | PRAEF · FABR · PRAEF | COH · $\overline{IIII}$ · RAETORVM | TRIB · MILIT · LEG · $\overline{XXII}$ | DEIOTARIANAE [1] | PRAEF · ALAE · ASTYRVM | PRAEF · VEHICVLORVM | IVRIDICVS · AEGYPTI

Messanae. Smetius f. 84', 6 (Grut. 373, 4). — [1]) *Legio Deiotariana a Traiano videtur sublata esse cf. Grotefendius apud Pauly R. E. 4 p. 899, quare vix eius imperio posterior inscriptio est, nec tamen vetustior, cum praefecti vehiculorum a saeculo primo alieni videantur esse cf. Henzenum Ann. 1857 p. 57.*

1251 L · BA*e*BIO · L · F · *g*AL · AVRELIO | IVNCINO [1] · PROC · HEREDIT | PROC · AVG · PR*a*EF · PROV · SARD [2] · | PRAEF · VEHICVL · AD HS · $\overline{CC}$ [3] | PRAEF · VEHICVL · HS · $\overline{C}$ | PROC · AD · ANNONAM · OSTIS | AD · HS *l*$\overline{X}$ · PROC · BIBL*i*OTHEC | AD · HS *l*$\overline{X}$ · LAVRENT*i* | LAVINATIVM | Q · MONIANVS · POLLIO | DEC · ET · STRATOR · EIVS | V · F · PRAESIDI · RARISSIMO

Calari in Sardinia. Muratori 682, 4. Traditur: v. 1 BALBIO CAL, *v. 3. 4* HS · IX; BIRLOTHEC; LAVRENT · II; *v. 5* V · F *videtur corruptum.* —

[1]) *Filius videtur esse praecedentis.* [2]) *Cf. Mommsenum Hermes 2 p. 111 n. 2 Hirschfeld Philolog. 1869 p. 57.* [3]) *Hic versus fortasse interpolatus est cf. Hirschfeld l. l.*

1252 T · FLAVIO · T · F · QVIR · MACRO | II VIR · FLAMINI PERPE|TVO AMMAEDARENSIVM | PRAEF · GENTIS MVSVLAMIO|RVM CVRATORI FRVMENTI | COMPARANDI IN ANNONA*m* | VRBIS FACTO A DIVO NERVA TRA|IANO PROC · AVG · PRAEDIORVM | SALTVM IIIPONIENSIS [1] ET
5 THEVESTINI | PROC · AVG · PROVINCIAE SICILIAE | MVNIC*pes* MVNICIPI
Kalamae. Renier n. 2715. — [1]) [*Hip*]*ponensis? Renierus.*

1253 . . . . | PROC | *imp* · CAESARIS TRANI (*sic*) HADRIANI | *aug* · AD DIOECESIN · ALEXANDR · | *p*ROC · BIBLIOTHECAR · GRAEC · ET | LATIN · AB · EPIST · GRAEC · PROC · LYC | PAMP · GALAT · PAPHL · PISID · PONT | PROC · HEREDIT · ET · PROC · PRO*vin*|CIAE · ASIAE · PROC · SYRIAE | HER-
5 MES · AVG · LIB · ADIVT | EIVS | H · C [1]
Ephesi. Corp. III, 431 descr. Waddingtonus. — [1]) *H(onoris) c(ausa).*

1254 SEX · CORNELIO | SEX · F · ARN · DEXTRO | PROC · ASIAE · IVRIDICO · ALE|XANDREAE · PROC · NEASPO|LEOS · ET · MAVSOLEI [1] · PRAEF · | CLASSIS · SYR · DONIS · MILITA|RIB · DONATO · A · DIVO · HADRI|ANO · OB · BELLVM · IVDAICVM | HASTA · PVRA · ET · VEXILLO [2] | PRAEF · ALAE ·
5 I · AVG · GEM · CO|LONORVM · TRIB · LEG · VIII · AVG · | PRAEF · COH · V · RAETORVM | PRAEF · FABRVM · III · PATRONO | COLONIAE | P · BLAESIVS · FELIX ·) · LEG · II · TRA|IAN · FORT · ADFINI · PIISSIMO | OB · MERITA
Saldis. Renier n. 3518 qui descr. (Henz. 6924). — [1]) *Scilicet Alexandriae cf. n. 1257.* [2]) *A. 135.*

1255 DIS · MANIB | L · DOMITIO · L · F · QVIR · ROGATO · PONTIF | MINORI · PROC · AVG · PROVINC · DALMAT | PROC · MONETAE · AVG · AB EPISTVL · LVCII | AELII · CAESARIS [1] · PRAEF · EQ · ALAE · I · ARA|VACORVM · TRIB · MIL · LEG · VI · VICTRIC | PRAEF · COH · I · FL · EQVITATAE ·
5 PRAEF · COH · I | DALMATAR · ACCENSO · VELATO | DOMITIA · VENVSTA · MARITO · OPTIMO | ET · SIBI
Romae. Orell. 2153 descr. Henzenus. — [1]) *A. 137.*

1256 L · VALERIO · L · F · QVIR · PROCVLO | PRAEF · COHORT · IIII · TRACHVM (*sic*) | SYRIACAE · TRIB · MILIT · LEGION|IS · VII · CLAVDIAE · P · F . . . . | PRAEF · CLASSIS · ALEXANDRIN | ET · POTAMOPHYLACIAE [1] · PROC | AVG · ALPIVM · MARITVMAR | DELECTATORI · AVG · PRO . . . [2]

proc. PROVINC · VLTER [3] · HISPAN | BAETIC · PROC · PROVINC · CAP|PA-
DOCIAE [4] · PROC · PROVINCIAE | ASIAE · PROC · PROVINCIARVM · TRIVM |
*gallia*R · *proc. a rationib.* AVG | *prae*F · *ann*ON [5] · *praef. aegypti* [6] R · P | MA-
LACIT · PATRONO | D · D

Malacae. Corp. II, 1970 ad exempla antiqua non optima, lectio tamen nunc curis Grotefendii (Ztschr. f. Alterth. Wiss. 1835 p. 305 sq.) Henzeni (n. 6928 et p. 522) Renieri (Mél. d'épigraphie p. 86 sq.) Huebneri l. l. expedita satisque certa est. — [1]) *De Potamophylacia cf. Henzeni adnotationem l. l., qui eam stationem esse putat frumentariorum, speculatorum, portitorum in Nilo flumine ad* σχεδίαν *agentium (cf. Strab. 17, 1, 16 p. 800; 41 p. 813 Phot. bibl. p. 447 ed. Bekker), quorum praefectura praefecto classis Alexandrinae mandata erat.* [2]) *Quid supplendum sit non perspicitur.* [3]) *Traditur:* VLTERIS *et* VETERIS; veteris *retinuit Huebnerus,* ulter(ioris) *vel* ulterioris *scribendum iudicat Mommsenus.* [4]) *Traditur* CAR|TAG · GAL *et* CAP|PADOCIAE; *hoc scripsit Huebnerus, Mommsenus:* CAPP(adociae) PA|FLAG(oniae) GAL(atiae). [5]) *A. 144 cf. Grut. p. 255 n. 1—3.* [6]) *Cf. alterum titulum Malacitanum Corp. II, 1971:* VALERIAE · C · F | LVCILLAE | L · VALERI · PROCVLI | PRAEF · AEGYPTI | R · P · MALAC

1257 C · IVL · C · FIL · QVIR | CELSO MAXIMIANO | ADLECTO ANNO-
RVM QVATTVOR | IN AMPLISSIMVM ORDINEM | AB IMP T AELIO
HADRIANO | ANTONINO AVG PIO P · P
C · IVL · C · FIL QVIR · CELSO | A LIBELLIS · ET CENSIBVS |
PROC PROVINCIAR LVGVD ET AQVITANIC | PROC PATRIMONI PROC XX
HEREDITAT ROMA*e* | PROC NEASPOLEOS ET MAVSOLEI ALEXANDRIAE
PROC | XX HEREDITAT · PER PROVINCIAS NARBONENS*em* | ET AQVI-
TANICAM DILECTATORI PER AQVITANICA*e* | XI POPVLOS CVRATORI
VIAE LIGNARIAE TRIVMPHA*lis* |
APPIANVS · AVG · LIB · TABVL · RATION · FERRAR

Lugduni. Boissieu I. de Lyon p. 246 qui delineavit.

1258 L · DVDISTIO · L · F · VOL*t* | NOVANO | PONTIF · LAVRENTINORVM |
ORN · FLAMIN · COLON · AQVENS | EXORN [1] · PRAEF · ALAE · HISPANAE |
ADIVTORI . AD CENSVS · PROVIN*c* [2] | LVGVDVNENS · PROC · AVG · AL-
PIVM | COTTIAN · DVDISTI · EGLECTVS · ET | APTHONETVS (*sic*) · PA-
TRONO · OPTVMO

Massiliae. Herzog Gall. Narb. p. 129 n. 609 qui descr. (Orell. 2156). — [1]) *Pontif(icatu) Laurentinorum orn(ato), flamin(atu) colon(iae) Aquens(ium) exorn(ato).* [2]) PROVINO *in lap.*

1259 . . *quint*ILIO [1] · C · FIL . . . . | *adlecto in amplissimum* ORDINEM INTER PRAETORIOS IVDICI*o* [2] . . . . | . . . . *ab epis*-*t*VLIS · LATINIS · PROCVRATORI · SVMMARVM · RATIO*num* | *procuratori provinciae a*SIAE · IVRIDICO · ALEXANDREAE · AB EPISTVLIS . . . . . [3] | *procuratori provinciae* MACEDONIAE · AB COMMENTARIIS · CORNELI · RE-*pentini* | *praefecti praetorio* [4] . . . .

Romae rep. in ruinis villae Quintiliorum (Dio 72, 5, 13). Memorie Inst. arch. II p. 286 descr. Henzenus et commentatus est l. l. — [1]) *Ita supplendum esse e*x *loco quo basis reperta est conicit Henzenus.* [2]) Imperatorum Augustorum nostrorum *scil. M. Aurelii et L. Veri, vel* Imp. Caes. M. Antonini Augusti *excidisse videtur, vix* divi Pii, *nam nec verisimile est Quintilium sub Pio iam in senatum adlectum esse nec verba lacunam explent.* [3]) *Quid in lapide fuerit non perspicitur, vix* ab epistulis Graecis, *fortasse* ab epistulis latinis adintori *vel tale quid cf. l. l. p. 290.* [4]) *Supplevit Borghesius ex tubo plumbeo Marini Arval. p. 550* SEX · CORNELIO · REPENTINO · PR · PR · C . . . .; *praefectus praetorio fuit sub finem imperii Pii vel initium Marci cf. Fronto ad amic. 2, 4 Vit. Pii 8 (ubi legendum putat Borghesius:* in cuius demortui locum duos praefectos substituit Cornelium Repentinum et Furium Victorinum *cf. vit. Marci c. 14).*

1260 *a* T · VARIO · T · FIL | CLEMENTI · CL · CEL | PROC · AVG · PROVINCIAR | RAETIAE · MAVRETAN | CAESARENSIS [1] (*sic*) | LVSITANIAE · CILICIAE | PRAEF · AL · BRITANNICAE · MILIAR | PRAEF · AVXILIARIORVM · TEMPORE | EXPEDITIONIS · IN · TINGITANAM | MISSORVM [2] | PRAEF · EQ · ALAE · II · PANNONIORVM | TRIB · LEG · XXX · VLP · PRAEF · COH · II | GALLORVM · MACEDON | VALER · VRBANVS | LICIN · SECVNDINVS | DECVRIONES | ALAR · PROVINC · MAVRETAN | CAESARENSIS

1260 *b* T · VARIO · CLEMENTI · PRÓC | PROVINCIÁRVM · BELGICAE | GERMANIAE · SVPERIÓRIS · GERMANIAE | INFERIORIS · RAETIAE · MAVRETANIAE · CAESARENS | LVSITANIAE · CILICIAE · PRAEF · EQ · AL · BRITANNIC · MILIAR | PRAEF · AVXILIÓRVM · IN MAVRETANIAM · TINGITANAM · EX | HISPANIA · MISSO*r*VM · PRAEF · EQ · AL · II · PANNONIOR · TRIB · MIL | LEG · XXX · V · V · PRAEF · COH · II · GALLORVM · MACEDONICAE | CIVES · ROMANI *e*X · ITALIA · ET · ALIIS · PROVINCIIS | IN · RAETIA *o* CONSISTENTES

1260 *c* T · VÁRIO · CLÉMENTI | AB EPISTVLIS · AVGVSTÓR [3] | PROC · PROVINCIÁR | BELGICAE · ET · VTRIVSQ · GERM | RAETIAE · MAVRET · CAESARENS | LVSITÁNIAE · CILICIAE | PRAEF · EQVIT · AL · BRITANNICAE ·

MILIAR | PRAEF · AVXILIÓRVM · IN MAVRÉT · TINGITAN | EX HISPÁNIA · MISSÓRVM · PRAEF · EQVIT · AL · II · | PANNONIÓRVM · TRIB · LEG · XXX · V · V · PRAEF | [PRAEF] COH · II · GALLÓRVM · MACEDONICAE | CIVITÁS · TREVERÓRVM | PRAESIDI · OPTIMÓ

Celeiae (Cilli) in Norico. Corp. III, 5211. 5212 (Orell. 485) 5215 descr. Mommsenus. Cf. fragmenta n. 5213. 5214. 5216 ad eundem virum spectantia, quorum n. 5214 posuisse videntur publicani *vel* conductores publicorum in Raetia *consistentes, n. 5216* patroni causarum provinciae Mauretaniae Caesarensis. — [1]) *A. 152 cf. supra n. 785.* [2]) *Cf. vit. Pii c. 5 Pausan. 8, 43.* [3]) *Marci et Veri, itaque a. 161/169.*

1261 SEX · IVLIO · SEX · F · QVIR · POSSESSORI | PRAEF · COH · III · GALLOR · PRAEPOSITO · NVME|RI · SYROR · SAGITTARIOR · ITEM · ALAE · PRIMAE · HISPA|NOR · CVRATORI · CIVITATIS · ROMVLENSIVM · M · AR|VENSIVM [1] · TRIBVNO · MIL · *leg* · XII · FVLMINAT*ae* | CVRATORI · COLONIAE · ARCENSIVM [2] · ADLECTO | IN DECVRIAS · AB OPTIMIS · MAXIMISQVE | IMP · ANTONINO · ET · VERO · AVGG · ADIV|TORI · VLPII · SATVRNINI · PRAEF · ANNON | AD OLEVM · AFRVM · ET · HISPANVM · RECEN|SENDVM · ITEM · SOLAMINA · TRANSFE|RENDA · ITEM · VECTVRAS · NAVICVLA|RIIS · EXSOLVENDAS · PROC · AVGG · AD | RIPAM · BAETIS · SCAPHARII · HISPALEN|SES · OB INNOCENTIAM · IVSTITIAM|QVE · EIVS SINGVLAREM

Hispali (Sevilla). Corp. II, 1180 ad exempla antiqua. (Henz. 6522). — [1]) *M(unicipii) Arvensium.* [2]) *Arca Caesarea est Phoeniciae.*

1262 *l. nicomedes l. caesaris l.* [1] *qui et* CEIONIVS · ET · AELIVS · VOCITATVS · EST · L · CAESARIS · FVIT · A CVBICVLO · ET · DIVI · VERI · IMP · NVTR*itor* | *a divo antonino pio sac*ERDOTIO · CAENINIENSI · ITEM · PONTIF · MIN · EXORNATVS · AB EODEM · PROC · AD SILIC · ET PRAEF · VEHICVL · FACTVS · ET · AB · IMP · ANTONINO | .... VS [2] · EI · INIVNCT · HASTA · PVRA · ET · VEXILLO · ET · CORONA · MVRALI · DONATVS [2] · PROC · SVMMARVM · RAT · CVM · CEIONIA · LAENA · VXORE · SVA · HIC · SITVS

Prope Romam rep. Ann. Inst. arch. 1857 p. 88—89 descr. Henzenus et restituit. — [1]) *Nutritorem Veri Nicomedem appellatum fuisse docet Spartianus Vit. Veri c. 1. Vix recte Henzenus supplet* L. Aurelius L. Caesaris l. Nicomedes *cet.* [2]) *Quid lateat non adsequor; fuit fere:* et ab Imperatore Antonino, cura *illius rei (commeatus vel tale quid)* ei iniunct(a), hasta pura *cet.* donatus.

1263 PRO · SALVTE · ET | REDITV · IMP · ANTO|NINI · AVG · FAVSTINAE | AVG · LIBERORVMQVE | EORVM · ARAM · SANCTAE | ISIDI · NVMINI ·

SARAPIS | SANCTO · SILVANO · LARIB | C · POMPONIVS | TVRPILIANVS | PROC · AD OLEVM · IN GALBAE | OSTIAE · PORTVS · VTRIVSQVE · D · D

Ostiae. Orelli 1888 descr. Nibbyus. — Posita videtur a. 175 antequam Imperator in orientem proficisceretur cf. Prellerum, Ber. d. Saechs. G. d. W. 1849 p. 20 n. 108.

1264 M · AVR · AVG · LIBER | MARCIONI · PROXIMO | RATIONVM PROC | MARMORVM · PROC | PROV · BRITANNIAE | PROC · SVMMI CHORAG | PROC · PROV FRYG | SENECIANVS COLLIB · | · EX TABVLAR · | H · C [1]

Tricomiae (Kaimaz) in Phrygia. Corp. III, 348. — [1]) H(onoris) c(ausa).

1265 PETRONIAE | SABINAE | FILIAE | L · PETRONI · SABINI | P · P · BIS [1] | PROCVRATOR · AVGG | RATIONIS · HEREDITATIVM | ITEM · PROVINCIAE | NARBONENSIS | PATRON · COLONIAE | DECVRIONES

Anconae. Smetius f. 77, 7 qui descr. (Grut. 451, 3). — [1]) P(rimi)p(ili) bis. De primipilatu iterato cf. Mommsenum ad Corp. V, 867. Suscepisse videntur primipilatum alterum eumque imaginarium ita, ut non denuo ordinem ducerent, sed nomen tantummodo iterum susciperent, ii qui militiis equestribus functi privilegiis frui cuperent, quibus milites ex primo pilo honeste dimissos usos esse notum est. Itaque primipili bis titulo nihil aliud significatur, quam primipilaris ordinis hominem fuisse.

1266 T · APPAEO T · F · VEL | ALFINO SECVNDO | PROC · AVGVST · XX HERED | PROC · ALPI · ATRECTIANAR | PRAEF · VEHICVL · SVB · PRAEF · CLASS · PRAET · RAVENN · PR | ALAE · I AVG · THRAC · TRIB · COH | I AELIAE BRITTON · PRAEF | COH · IIII GALLOR · PATRON · COLON · FLAMINI DIVOR | OMNIVM AVGVRI | II VIR · QVINQ · BIS | OB MERITA EIVS | D · D

Firmi. Orelli 2223 descr. Henzenus.

1267 Q · CAICILIO | CISIACO · SEPTICIO | PICAI · CAICILIANO | PROCVR · AVGVSTOR · ET | PRO · LEG · PROVINCIAI | RAITIAI · ET · VINDELIC | ET · VALLIS · POENIN · AVGVRI | FLAMINI · DIVI · AVG · ET · ROMAI | C · LIGVRIVS · L · F · VOL · ASPER | Ↄ · COH · I · C · R · INGENVOR

Veronae. Corp. V, 3936 descr. Mommsenus (Orell. 488). — Nota titulum aetatis Frontonianae (Augusti enim sine dubio Marcus et Verus sunt) antiquitatem lingua affectantem.

1268 M · CAMPANIO | M · FIL · M · NEP · PAL | MARCELLO [1] | PROC · AugVSTOR | AD MErcVRIVM | ALEXANDR [2] · PROC · | PROVINC · CYPRI · |

PRAEF · EQ · ALAE · PARTH · | TRIB · COH · PR · HEMESEN | PRAEF ·
COH · III · BREVCOR · | *in provi*NCIA · CYPRO

Capuae. I. Neap. 3596 descr. Mommsenus. — [1]) *Avus Capuae libertus videtur fuisse, unde Marcellus Campanii nomen tribumque Palatinam habet.* [2]) *Officium alibi non commemoratur.*

1269 TIB · ANTISTIO · FAVS|TI · FIL · QVIRINA · MARCI|ANO · DOMO · CIR-
CINA | PRAEF · COH · II · HISPANAE | TRIB · LEG · XV · *apol*LINARIS |
PIAE · FIDELI*s* · *pr*AEFECTO · A|LAE · SVLPICI*a*E · C · R · SECVN | DVM ·
MANDATA · IMP · DO|MINOR · NN · AVGG · INTE|GERRIM · ABSTINENTIS-
SIM|QVE [1] · PROCVR · TRES · PROVINC | GALLIAE · PRIMO · VMQVAM ·
EQ · R · A CENSIBVS · ACCIPI|ENDIS · AD · ARAM · CAESA|RVM · STATVAM ·
EQVESTREM · PONENDAM · CENSVE | RVNT

Lugduni. Boissieu I. de Lyon p. 269 qui delineavit. Litterae sunt fere saeculi secundi exeuntis. (Henz. 6944). — [1]) *Severi, ut videtur, et Caracallae; nam Marci et Veri aetati haec imperatorum appellatio non convenit.*

1270 TI · CL · PRISCIANO | PROC · AVG | PROC · PROVINCIAE | PANNONIAE |
SVPERIORIS | PROC · REGNI NORICI | PROC · XX HEREDTATVM | PROC ·
PROVINCIAE [1] | Q . . N . . . IO | RIVS · SEVERVS | PRAEF · COH |
SIGAMBRO|RVM · PRAEPO|SITVS · CLAS|SIBVS

Caesareae. Renier n. 3889. — [1]) *Scil. Mauretaniae Caesareensis.*

1271 C · IVNIO · C · F · QVIR | FLAVIANO | PRAEF · ANNONAE | PROC · A RA-
TIONIBVS [1] · PROC | PROVINCIARVM · LVGDVNESIS | ET · AQVITANI-
CAE · PROC · HEREDITAT | PROC · HISPANIAE · CITERIORIS | PER · ASTV-
RICAM · ET · GALLAECIAM [2] | PROC · ALPIVM · MARITIMARVM | PROMA-
GISTRO · XX · HEREDITATIVM | TR · MIL · LEG · VII · GEM · PONTIF ·
MINORI | MERCATORES · FRVMENTARI | ET · OLEARI · AFRARI

Romae. Smetius f. 68, 1 qui descr. (Grut. 426, 5. Orell. 3331). — [1]) *Post Hadrianum igitur titulus positus est cf. Friedlaender Sittengesch. I p. 160.* [2]) *Non ante Antoninorum aetatem cf. Marquardt 3, 1 p. 83. — Saeculi tertii omnino desunt vestigia.*

1272 L · MARIO · L · F · QVIR · PERPETVO [1] | PONTIFICI [2] | PROCVRATORI
PROVINCIARVM | LVGVDVNENSIS · ET · AQVITANICAE | PROCVRATORI
STATIONIS HEREDITAT | PROCVRATORI · XX · HEREDITATIVM | PRO-
CVRATORI · PATRIMONI | PROCVRATORI · MONETAE | PROMAGISTRO
HEREDITATIVM | Q · MARCIVS · DONATIANVS · EQVES | CORNICVLA-
RIVS EIVS

Lugduni. Boissieu p. 236 qui delineavit. (Henzen 6642). — [1]) *Pater videtur esse Mariorum Perpetuorum supra n. 1203. 1204.* [2]) *Sc. minori.*

1273 T · FLAVIO · T · F · GERMANO | CVRATORI · TRIVMPHI · FELICISSIMI |
GERMANICI · SECVNDI [1] *imp. m* | *aureli commodi antonini aug. pii* . . . |
. . . . [2] EXORNATO | SACERDÓT · SPLENDIDISSIMO ·
PONTIF · MINOR · | PROC · XX · HER · PROC · PATRIMONI · PROC ·
LVDI | MAGNI · PROC · LVDI · MATVTINI · PROC · PECVNI|*ae* . . . [3]
*ini*VNCTO [4] · SIBI · OFFICIO · VIARVM | *ster*NENDARVM · VRBIS · PARTI-
BVS · DVABVS | *proc.* XX · HER · VMBRIAE · TVSCIAE · PICENI | . . . . .
IS [5] · CAMPANIAE · PROC · AD · ALIMENTA | *lucaniae b*RVT*i* [6] · CA-
LABR · ET · APVLIAE | CVR . . . . VM · TECTORVM · OPERVM · PVBL |
. . . . . . AED · II · VIR · FLÁM · DIVI · AVG | II · VIR · Q · Q · PATRONO ·
COLONIAE | CERDO · LIB · PATRONO · INCÓMPARABILI | CVM · FLA-
VIS · MAXIMINO · ET · GERMANO | ET · RVFINO · FILIS · EQVO · PVBL ·
ORNATIS | L · VALERIVS · ZABDAE · MERCATORIS | VENALICI · LIB ·
ARIES

Prope Praeneste. Smetius fol. 80', 7 qui descr. Interpolatam dat Gruter 411, 1. — [1]) *A. 180.* [2]) *Quae cognomina Commodus hoc titulo habuerit definiri non potest, cum quo anno positus sit non constet.* [3]) *Post* pecuniae *fortasse nihil deest.* [4]) DEFVNCTO *traditur; emendavit Mommsenus.* [5]) *Procul dubio in lapide fuit* SAMNII. [6]) . . RVTI *traditur. Supplevi ad n. 1280. 1294.*

1274 CN · POMPEIO · SEX · F | QVIR · HOMVLLO | AELIO GRACILI CAS-
SIANO LONGINO | PP · BIS LEG · II · AVG · ET · LEG · X · FRETEN*s* |
TRIB · COH · III · VIG · TRIB · COH · X · VRB | TRIB · COH · V · PR ·
DONIS · DONATO · AB | IMP · TO*r*Q · PHAL · ARMILL · COR · AVR |
HAST · PVR [1] · PROC · AVG · PROVINCIAE | BR*it*ANNIAE · PROC · AVG ·
PROVINC | DVARVM · LVGVD · ET · AQVIT · PROC | AVG · A R*a*TIONI-
BVS | HEREDES

Romae. Kellermann vig. n. 36 qui descr. — [1]) *Corona aurea, hasta pura primipilus tribunusve, torquibus phaleris armillis donatus videtur esse ante primipilatum, munera enim militaria hoc minora, quibus certe functus est Pompeius, in titulo tacentur. Imperator, cuius nomen praetermissum est, fortasse Commodus est, cuius aetati titulus optime convenit; sine dubio ad saec. II pertinet, ante Hadrianum enim procuratores a rationibus, post Caracallam dona militaria non inveniuntur.*

1275 M · AQVILIO · M · F | FABIA · FELICI [1] | ACENSVS · EQVIT · ROMAN [2] |
PRAEF · CL · PR · RAVENNAT · | PROC · PATRIM · BIS · PROC · HERED |
PATRIM · PRIVAT [3] · PROC · OPER · PVB | PRAEP · VEXILLAT · P · P ·

LEG · XI · CL · | 7 FR [4] · PATRON · COL · OB · MER · EIVS · | ANTIAT · PVBL

Antii. Kellermann vigiles p. 71 n. 282 qui descr. (Or. 3180). — [1]) *Ad eum, tunc (a. 193) procuratorem operum publicorum, litterae datae sunt rationalium infra n. 2840. Eundem esse atque Aquilium centurionem notum caedibus senatoriis (Spart. Jul. 5 Sev. 5 Pesc. 2) Mommsenus coniecit in Savignyi Ztschr. für gesch. Rechtsw. XV p. 338 sq.* [2]) *Conferendus videtur* primus umquam eques Romanus a censibus accipiendis *eiusdem fere aetatis supra n. 1269.* [3]) *Num proc(uratori) patrim(onii) bis (i. e. provinciarum duarum), proc(uratori) hered(itatium) patrim(onii) privat(i) legendum sit, ideo valde dubito, quia praeterea procurator hereditatium patrimonii adhuc innotuit nullus neque ullus inter administrationem hereditatium patrimoniique perspicitur nexus; itaque equidem credere malim, Aquilium primum fuisse procuratorem patrimonii privati, qui postea dicitur procurator rationis privatae, deinde post procuraturam hereditatium procuratorem patrimonii,* PROC *autem ante* PATRIM · PRIVAT *quadratarii culpa excidisse. Tempore posteriore patrimonii a privatarum procuratura omnino diversa erat nec qui alteram post alteram susceperat vocabatur procurator patrimonii iterum; sed Aquilius cum curator operum publicorum fuerit a. 193, omnium videtur primus rationi privatae praefuisse a Severo demum institutae (Vit. Sev. c. 12), neque veri est dissimile, Severum eam ita instituisse ut procuratores duos faceret patrimonii, alterum qui vetus domus Augustae, alterum qui novum patrimonium ex bonis inprimis senatorum occisorum ab imperatore comparatum administraret ita, ut uterque esset patrimonii procurator, recentioris tamen dignitateque minoris titulo adderetur privati. [Procurator hereditatium patrimonii privati poterit dici is, ad quem spectabat cura hereditatium propter ius patronatus imperatori delatarum.* TH · M ·] [4]) *Centurioni fr(umentariorum).*

1276 *l. gab*INIO · L · F · TER | *cosmian*O [1] · TRIB · LEG · VI | . . . FLAM · PONT · P · COL [2] | *macrini her*MOGENIANI · C · V · PRO|*consulis* · AFRIC · CONSOCERO · PA*t* | . . *gabini te*R · ASPRI · PON [3] · AVGVR | *a patrimoni*O · AVGG · NN [4] · ET · GRAPH [5] | *imp. antoni*NI · PATRONO · COL · TRI|*dent. avo* . . . *g*ABINI · VINDICIS · POMPE|*iani patr. e*T · CVR · RERVM · PVBL | *munic. prive*RNAT · ET · INTERAMN | *lirenat. ad*VOK · SPLENDID · COLON | . . . . . *venafra*NOR · ET · CASINATIVM | *quod operib.* PVB · NON · SOLVM | *servan*-*di*S · VERVM · ET · AVGEN|*dis* · *omnem* SOLLICITVDINEM | *intenderit f*ORMAMQ · AQVAE | *ductus diut*IN*a* [6] · INCVRIA · CON|*lapsam* · *sing*VLARI · INNOCEN|*tia* · *afflicti*S · REIP · VIRIBVS · RES|*ti*TVERIT | *interamna*TES · LIRENATES | *patr. et cur.* R · P · SVAE

Venafri. I. Neap. 4618 descr. Garruccius, rest. Mommsenus (Henz. 6517).

1276a LABERIAE | POMPEIANAE · C · F [7] | CONIVGI · *m* · MACRINI | VINDICIS · HEMOGeNI|ANI · C · V · ET · CONSVLARIS | OB · RARISSIMAM · PRAECI|PVAMQVE · AC · MVNIFICAM | EIVS · IN · SE · LIBEROSQVE | ADFECTIONEM | PIETATEMQVE | L · GABINIVS · COSMIANVS [1] | PONTIF · PAT · COL · ET · A · MI|LITIIS · CONSOCER | L · D · D · D

Venafri. I. Neap. 4619. — [1]) *Borghesius filium censet esse Macrinii Vindicis praefecti praetorio M. Aur. Augusti.* [2]) *P(atrono) col(oniae).* [3]) *Pon(tificis).* [4]) *Severi et Caracallae.* [5]) *Graph(ei) i. e.* γραφέως *pro* ab epistulis Graecis *dictum esse putat Borghesius.* [6]) . . . . . ƆINI *traditur.* [7]) *C(larissimae) f(eminae).*

1277 VLPIO . . . . PROC · AVG *prov* | DAC · APVL · A · V · P · ITEM | PROC · PROV · POROL [1] · SVB | PRAEF · ANNON · SACRAE | VRBIS · PRAEP · LEG · VII · GEM · | *Getic* [2] · ITEM · PROC · STAT · | PRIVAT · PER · TVSCIAM · ET | PICENVM · ITEM · PROC · AD | BONA · PLAVTIANI · TRIB | MIL · LEG · II · PART · *Getic* | PRAEP · VEXILL · AVXILIAR | PANN · INFER · PRAEF · COH | VII · BREVCOR | SISCIVS · VALERIVS · 7 · | LEG · XIII · GEM · *getic* | PATRONO · OPTIMO

Sarmizegetusae in Dacia. Corp. III, 1464 descr. Mommsenus. — [1]) *Proc(uratori) Aug(usti) prov(inciae) Dac(iae) Apul(ensis) a(genti) v(ices) p(raesidis), item proc(uratori) prov(inciae) (Daciae) Porol(issensis).* [2]) *Positus igitur est titulus a. 211/212.*

1278 D M | Q · VAL · Q · F · POSTIMIO | ROMVLO · PATRI · DVL|CISSIMO · EQVO · PVBLI|CO · PROC · AD · BONA | DAMNATORVM | PROC · AD · ALIMENTA | CONSILIARIO · AVGG | Q · POSTIMIVS · ROMVLVS | FILIVS · ET · NEPOTES

Romae. Smetius f. 96, 8 qui descr. (Grut. 458, 7 Or. 3190).

1279 P · MAGNIO · Q · F · QVIR · RVFO · | MAGONIANO · TR · MIL · IIII · | PROC · AVG · XX · HER · PER · HISP · BAET · | ET · LVSITAN · ITEM · PROC · AVG · | PER BAETIC · AD · FAL · VEGET [1] · | ITEM · PROC · AVG · PROV · BAET · AD | DVCEN [2] · ACILI · PLEC [3] · AMICO · OPTIMO | ET · BENE · DE · PROVINCIA · | SEMPER · MERITO · D · D

Osquae (El cerro de Leon). Corp. II, 2029 descr. Huebnerus. Litteris elegantibus. — [1]) *Proc(urator) Aug(usti) ad Fal(ernas) veget(andas), optime solvit Mommsenus: vites igitur Campanas per Hispaniam propagandas curavit Magonianus. Cf. titulum sequentem.* [2]) *Ad ducen(a) scil. millia sestertium i. e. ducenarius. Cf. n. 1286.* [3]) *Acili(a) Plec(usa) cf. Corp. II, 2016—2020.*

1280 L · COMINIO · VIPSANIO · SALVTARI | DOMO · ROMA · P · V[1] · A COGNITIONIB | DOMINI · N̄ | IMP · L · SEPTIMI · SEVERI · PERTINAC | AVGVSTI[2] | PROC · PROV · BAET · PROC · CAPIEND · VEGET[3] | PROC · PROV · SICIL · PROC · ALIMENTOR | PER · APVLIAM · CALABRIAM · LVCANIAM | BRVTTIOS · SVBPROC · LVDI · MAGNI | OPTIMO · VIRO · ET · INTEGRISSIMO | IRENAEVS · AVG · N · VER · DISP · PORTVS | ILIPENSIS[4] · PRAEPOSITO | SANCTISSIMO

Ilipae (Alcalá del Rio) in Baetica. Corp. II, 1085 descr. Hispani nonnulli (Henz. 6524). — [1]) *P(erfectissimo) v(iro).* [2]) *Marini Arv. p. 798 Friedlaender Sittengesch. 1 p. 99 n. 2.* [3]) *Traditur* CAPIEND · VEGT *vel* CA . . . ND · VEG · ET *vel* CA . . . ND · VEC · ET. *Idem officium latere videtur quod in praecedente dicitur* PROC · AVG · PER BAETIC · AD · FAL · VEGET· [4]) *Irenaeus Aug(usti) n(ostri) ver(na) disp(ensator) portus Ilipensis.*

1281 Q · COSCONIO · M · F[1] · FRONTONI | PRAEF · FABR · A · COS · ADLECTO · PRAEF · COH · I | . . . . TI · TRIB · MIL · LEG · I · ITAL · PROC · AVGG | AD · VECTIG · XX · HER · PER · PONTVM · ET · BITHY|NIAM · ET · PONTVM · MEDITERRANEVM · ET | PAPHLAGONIAM · PROC · AVGG · ITEM · AD | VECTIG · XX · HER · PER · ASIAM[2] LYCIAM | PHRYGIAM · GALATIAM · INSVLAS · CY|CLADAS · SVB · PRAEF · ANN · VRB[3] · PROC | AVGG · ET · PRAEF · PR · SARDINIAE | OPTIMO · ET · RARISSIMO PRAES | T · SEMPRONIVS · VICTOR | OPTIO · PRAETORI

Carali in Sardinia. Henzen 6940 descr. Della Marmora. Eiusdem alterum titulum gemellum refert Murat. 695, 1. — [1]) POLL*ia addit tit. gem.* [2]) *Pro* ASIAM *tit. gemellus* PAMPHILIAM. [3]) *Inter praefecturam annonae et procuraturam Sardiniae titulus gemellus addit:* PROC · AVGG · AD VECTIG · PR · GALLIC *i. e. pr(aediorum) Gallic(anorum), ubi tamen legendum videtur esse Gallianorum cf. n. 1292.* — *Titulus ad Severi et Caracallae aetatem videtur spectare nam nec post eam praefectus fabrum nec ante eam subpraefectus annonae reperitur, conveniuntque ei procurator praediorum Gallicanorum et praefectus Sardiniae. Cf. Hirschfeld Phil. 1869 p. 37. 51.*

1282 Q · ACILIO · C · F · PAPIR · | FVSCO · V · E[1] · PROC · AN|NONAE · AVGGG · NNN[2] | *o*STIENSIVM PROC O*pe*|RIS THEATRI POMP*eiani* | FISCI · ADVOCATO · COD*icil*|LARI STATIONIS HERED*ita*|TIVM ET COHAERENTIVM C*ur* | LAVRENTIVM · VICO · AVGVSTNORVM | SACERDOTI LAVRENTIVM | LAVINATIVM · RESP | M*un*ICIPI SEVERIANI | *antoni*NIAN · LIB · THIB · BVRE | . . . . ET PATRONO

Thibursici Bure. Guérin, voy. arch. II, 211 qui descr.; restituit Mommsenus Nuove mem. dell' Inst. p. 320 n. 1. — [1]) *V(iro) e(gregio).* [2]) *Scil. Severi, Caracallae, Getae; tertium G post Getae mortem a. 212 deletum est.*

1283 C · OCTAVIO · PVDEN|TI · CAESIO · HONORA|TO · PROC · AVGGG | A · CENSIBVS | P · CORNELIVS | PRIMVS | D · *alaE* · THRAC | EX · *strATORE* | *e*IVS ◦ | PRAESIDI · IN|NOCENTISSIMO

Caesareae. Renier n. 3893.

1284 L ◦ IVLIO VICTOR*i* | MODIANO ◦ V ◦ E ◦ PROC | AVGGG ◦ NNN ◦ PER ◦ NV|MIDIAM ◦ V ◦ A ◦ PROC ◦ TRAC|TVS ◦ THEVESTINI [1] | FORTVNATVS VINDEX | ET ◦ DIOTIMVS ◦ AVGGG ◦ | LIB ◦ ADIVT ◦ TABVL ◦ | FVSAE (*sic*) AMORE EIVS ◦ | SEMPER ET DIGNA|TIONE ◦ PROTECTI

Cirtae. Renier n. 1833 qui descr. — [1]) *V(ices) a(genti) proc(uratoris) tractus Thevestini.*

1285 M · AVRELIO · AVGG · LIB · PROSENETI | A CVBICVLO · AVG · | PROC · THESAVRORVM | PROC · PATRIMONI · PROC · | MVNERVM · PROC · VINORVM | ORDINATO · A DIVO COMMODO | IN KASTRENSE PATRONO PIISSIMO | LIBERTI · BENE MERENTI | SARCOPHAGVM DE SVO · | ADORNAVERVNT

In dextro sacrophagi latere super hippogrypum:

PROSENES RECEPTVS AD DEVM · V · NON · ııSSA . . . . NIA · PRAESENTE · ET · EXTRICATO · II · | REGREDIENS IN VRBE AB EXPEDITIONIBVS SCRIPSIT AMPELIVS LIB [1]

Romae rep. Rossi Inscr. Christ. p. 9 n. 5 qui descr. (Henz. 6344). Cf. de hoc titulo Friedlaenderum Sittengesch. 1 p. 179. — [1]) *'Postquam iam factum fuerat monumentum, quae in latere leguntur, addita sunt. Prosenes nempe Christi fidem professus fuerat, quemadmodum alii fortasse non pauci de domo Commodi Augusti (cf. Φιλοσοφούμενα ed. Miller p. 286); cuius rei conscius Ampelius libertus eumque extra Christiani coemeterii fines ethnico ritu ab ethnicis libertis compositum tumulatumque aegre ferens, diem qua ille de* saeculo *excesserat et* ad Deum receptus *fuerat, sollemni Christianis more, adnotandum curavit'. Rossius. Consules sunt a. 217.*

1286 . . . . *a consiliis* . . . . . . | PII · FELICIS · AVG · DVCENARIO | PRAEF · VEHICVLORVM · A COPIS · AVG | PER VIAM · FLAMINIAM | CENTENARIÓ · CONSILIARIO | AVG · SACERDOTÍ · CONFARREATI|ONVM · ET · DIFFARREATIONVM | ADSVMPTO · IN CONSILIVM · AD HS · LX · M · N̄ | IVRIS PERITO · ANTIATES · PVBL

Romae. Orelli 2648.

1287 . . AEL · IANVARIO | pROC · HEREDITATium | PROC · CHOSDROEnes | proc. SYRIAE · COELES | proc. VECT · ILLYRICor | . . . . PROV · HISPAniae | citeRIORIS · TARRACon | praeSIDI · PROV · TINGit | praesiDI · PROV · MAVret | caesariensis . . . .

Tarracone. Corp. II, 4135 ad exempla antiqua; suppl. Huebnerus.

1288 . . . . | prAEF · VIG · E · M · V | poNTIF · ALBA|nO · MINORI

Beneventi. I. Neap. 1435 descr. Mommsenus. Litteris aevi sequioris.

1289 . . . . pRAEF · VIGILum | FLAMINI · VVL [1] | MAGISTRO A LIbellis | maGISTRO A CEnsibus

Cusercolis, sed Roma allatus videtur esse. Henzen 6518. — 1) Vul(cani)? Henzenus.

1290 B F [1] | L · DIDIO · MARINO · V · E | PROC · AVG · N · PROVINC · ARAB · | PROC · GALATIAE · PROC · FAM · | GLAD · PER · GALLIAS · BRET · HISP|ANIAS · GERMAN · ET · RAETIAM [2] · | PROC · MINVCIAE · PROC · ALIMEN|TORVM · PER · TRANSPADVM · HISTRIAM | LIBVRnIAM · PROC · VECTIGALIOR | POPVL · R · QVAE · SVNT · CITRA · PADVM [3] · | PROC · FAM · GLAD · PER · ASIAM · BI|THYN · GALAT · CAPPADOC · LYCIAM · | PAMPHYL · CILIC · CYPRVM · PONTVM | PAFLAG · TRIB · COH · I PRAEOR · | MARIANVS · AVG · N · LIB · PR · XX | LIB · BITHYNIAE · PONTI · PAFLAG · | NVTRITOR · EIVS

Ancyrae in Galatia. Corp. III, 249 descr. Mordtmannus. — 1) B(ona) f(ortuna) cf. supra ad n. 92. 2) Cf. Friedlaender Sittengesch. 2 p. 234. 3) Cf. n. 1292.

1291 TI · CLAVDIO · ZENONI · VLPIAN · VERRAE · F | TRIB · COH · I · ASTVRVM · TRIB · COH · I · FL | BRITTON · PRAEF · ALAE · I · CLAVD · MILL | ADIVT · AD · CENS · EX · SACRA · IVSSIONE | ADHIBIT · IN · CONSIL · PRAEF · PRAET · | ITEM · VRBi · PROC · AD · B · DAMNATORVM | PROC · SILICVM · VIAR · SACRAE · VRBIS | SVB · PRAEF · VIGIL · R · PROC · PRIVATAE | REGIONIS · ARIMINENSIVM · PATRONO · | COL · PISAVR · OB · EXIMIAM · ERGA · SE | AC · PATRIAM · SVAM · BENEVOLENTIAM | EIVS | . . . .

Pisauri. Murat. 1114, 5 cf. Marinium Atti p. 474 n. 33 (Henz. 6519). — Procurator privatae, sacra iussio, sacra urbs *titulum saeculo tertio nec prioribus eius decenniis adsignant.*

1292 THEOPREPEN | AVG · LIB · PROC · | DOMINI · N · M · AVR · | SEVERI · ALEXANDRI | PII · FEL · AVG | PROVINCIAE · ACHAIAE | ET · EPIRI ·

ET · THESSALAE | RAT ∘ PVRPVRARVM[1] | PROC · AB EPHEMERIDE |
PROC · A MANDATIS · PROC | AT ∘ PRAEDIA · GALLIANA[2] | ∘ PROC ∘
SALTVS · DOMITIANI | TRICLINIARCHAM · PRAE|POSITVM A FIBLIS |
PRAEPOSIT*um* A CRY|STALLINIS ∘ HOMINEM | INCOMPARABILEM · | *ly*-
SANDER ∘ AVG ∘ LIB ∘ OFFICI|ALIS | Ψ · B[3]

Corinthi. Corp. III, 536 descr. Cyriacus (Or. 2952). Vv. divisio certa non est. Cf. tituli huius commentarium apud Friedlaenderum 1 p. 182 sq. — [1]) *Proc(urator) provinciarum illarum rat(ionis) purpurarum.* [2]) *Composuit Mommsenus Plin. 3, 15, 116*: Solonates saltusque Galliani qui cognominantur Aquinates *et tituli Ancyrani n. 1290* proc. vectigalior. popul. R. quae sunt citra Padum. *Cf. n. 1281 n. 3.* [3]) Ψ(ηφίσματι) β(ουλῆς).

1293 C · FVRIO · SABINIO · AQVILAE | TIMESITHEO[1] PROC · PROV · LVGVD ·
ET | AQVIT · PROC · PROV · ASIAE IBI VICE XX | ET XXXX ITEMQ ·
VICE PROCOS · PROC | PROV · BITHYNIAE PONTI PAPHLAGON | TAM
PATRIMONI QVAM RAT · PRIVATAR | IBI VICE PROC · XXXX · ITEM ·
VICE PROC | PATRIMON · PROV · BELGIC · ET · DVARVM | GERMANIAR ·
IBI · VICE · PRAESID · PROV | GERMAN · INFERIOR · PROC · PROV · SY|-
RIAE PALAESTINAE IBI EXACTORI RELI|QVORVM ANNON · SACRAE EX-
PEDITIO|NIS PROC · IN VRBE MAGISTRO XX | IBI LOGISTAE THYME-
LAE PROC · PROV | ARABIAE IBI VICE PRAESID · BIS PROC | RATION ·
PRIVAT · PER BELGIC · ET DVAS | GERM · PRAEF · COH · F[2] · GALLIC ·
IN HISPAN | C · ATILIVS MARVLLVS ARVERN | ET G · SACCONIVS AD-
NATVS ME|DIOMATR · PATRONO · OPTIMO

Lugduni. Henzen 5530 ad exempla antiqua. — [1]) *Notus est Gordiani socer. Fragmentum inscriptionis alterius pertinentis ad eum refert Borghesius Opp. III p. 485 not., in quo* praef. praetorio *dicitur.* [2]) *Scribendum I; vix F(laviae).*

1294 Q · AXIO · Q · F · PAL · *Aeliano* | EQ · R · LAVRENTI LAVIN*ati* | CVRA-
TORI AD POPVL · VI*ar* | TRAIANAE ET AVRELIAE *et* | AECLANENSIS[1]
PROC · AD ALIM | PER APVLIAM CALABRIAM · LV|CANIAM ET BRVT-
TIOS PROC · | RAT · PRIV · PROV · MAVR · CAES[2] · | ITEM PER BEL-
GICAM ET DVAS | GERMANIAS PROC · PROV · | DAC · APVL[3] · BIS
VICE PRAESIDIS | ORDO · COL · SARMIZ | METROPOL · PATRONO

Sarmizegetusae (Várhely). Corp. III, 1456 descr. Mommsenus. (Henzen 6932). — [1]) *'Via Traiana intellegitur Benevento Brundisium; alterae duae alibi non occurrunt, Aeclanensis perrexit sine dubio Benevento Aeclanum. Curatorem viae Traianae habes supra 1170, hominem praetorium, quem tamen extra ordinem hoc munere functum esse putat*

Borghesius Opp. IV, 134'. Mommsenus l. l. [2]) *Cf. supra n. 869, sub Severo Alexandro.* [3]) *'Praefuit Daciae duobus Augustis imperantibus, quorum alter erasus invenitur Corp. III, 1422. 1423; erunt igitur Maximinus et Maximus (235—238), nam Philipporum tempora nimium distant. Ipso autem anno 238 Daciae procurator fuisse videtur; nam cum non duo Augusti nomina erasa esse inveniantur, sed unum solum nec cogitari possit de imperatore Caesareve sublato a collega, restat ut erasione significetur Aelianum procuratorem Maximini et Maximi sublatis his in officio mansisse factumque esse procuratorem Gordiani III'. Mommsenus l. l.*

1295 C · ATTIO · ALCIMO · FELICIANO · P · V · | VICE PRAEFF · PRAET · PRAEF · ANNO|NAE · VICE PRAEF · VIGVLVM MAG · *rei* | SVMMAE · PRIVATAE · MAGISTR *summar*|VM [1] · RATIONVM · CVRATORI · OPER · *thea*|*t*RI · PROC · HEREDITATIVM · *proc* | *sa*CRAE · MONETAE · PE*r* . . . . . . *proc* | *p*ROV · NARBONENS · PROC · PRIV · PER SALARI*am* | TIBVRTINAM · VALERIAM · TVSCIAM · PROC · PE*r* | FLAMINIAM · VMBRIAM · PICENVM · ITEM · VICE | PROC · QVADRAG · GALLIAR · PROC · ALIMENTOR · PE*r* | TRANSPADVM · HISTRIAM · LIBVRNIAM · *adroc* [2] | FISCI · PROVINCIAR · XI · OB · EXIMIVM · AMOREM · IN | PATRIAM · SPLENDIDISSIMVS · ORDO TVR*zet* | PATRON

Turzae (Boucha). Guérin voy. arch. I p. 433 qui descr. Rest. Mommsenus de Caelii Saturnini titulo p. 41. — P(*erfectissimi*) V(*iri*) *notae, res privata, magisteria, vicepraefecturae titulum non ante medium saeculum tertium finemve eius exaratum esse ostendunt.* — [1]) *Ita Mommsenus dubitans.* [2]) . . . . . . M *traditur.*

CAPVT VIII.

TITVLI MAGISTRATVVM MINORVM.

1296 T · STATILIO | MESSALINIANO | PRAEF · COH · II | ASTVRVM | SCRIBAE TRIBVNICIO | SCRIBAE AEDILICIO

Romae. Gruter 562, 4 ab Ursino (Orell. 3241).

1297 Q · PAPIrIO · Q · F · PVP · MAXI*mo* | TRIB · MIL · LEG · V · MACEDO*nicae* |
PRAEF · COH · III · BRACARAVGVST*anor* | Q · E[1] · IN RAETIA · SCRIB · Q ·
VI · PR · M · F[2] · SCRIB | AED*il.* *cu*RVL · M · F · SCR*ib. trib. pleb. m. f. scrib* |
AE*dil.* CERIAL · M · *f* . . . . | . . . . BENEF . . .
. . . . . | . . . . ORA . . . .

Romae. Henzen 6565 qui vidit. — 1) Q(uae) e(st). 2) Scrib(ae) q(uaestorio) sexpr(imo) m(unere) f(uncto).

1298*a* M · VALERIO · M · F | QVIR · BASSO | TRIB · MIL · LEG · III | CYRENEICAE | SCRIB · Q · VI · PRIMO | HARISPIC · MAXIMO · | TESTAMENTO · FIERI | IVSSIT · SIBI · ET · FRATRI · SVO | HS · L · M · N · ARBITRATV | HEREDVM

1298*b* M · VALERIO · M · F | QVIR · SATVRNINO | TRIBVNO | MIL · LEG · III | CYRENEICAE | HARISPICI · MAXIMO

Coazzo prope Romam in via Nomentana in duobus cippis. Henzen 6023 a et b.

1299 D · SEVERIO · D · F | PAL · SEVERO · AED | IIII · VIR · I · D · PRAEF · PRAE|SIDIORVM · ET · MONTIS · BERONICES | SCRIBAE · QVAESTORIO | DECIMIA · PROPOSIS · MARITO | OPTIMO

Sulmone. I. Neap. 5444 ad exempl. antiq. (Henz. 6941).

1300 *sex. p*OMPEIO *sex.* | *f. p*AL · BAEB*iano* | *scrib*AE QVAE*storio* | *scrib*AE AEDIL*icio* | *sex. p*OMP*eius sp.* | *f. col* MVSSIANVS[1] P*ater* | *quinque*NNALIS DECVRIAE | *sacerdo*TIVM VIDENTALIVM[2] | AELORA[3] · MATER | *filio* PIISSIMO

'Nel territorio di Gallicano sul colle Acquatraversa a poca distanza dalla via prenestina, che in quel punto contava il XVI miglio.' Bullett. Inst. arch. 1856 p. 143 descr. Rosa, rest. Henzenus. — 1) *Cf. Grut. 96, 5 (in insula Tiberina):* SEMONI | SANCO | DEO · FIDIO | SACRVM | SEX · POMPEIVS · SP · F | COL · MVSSIANVS | QVINQVENNALIS | DECVR | BIDENTALIS | DONVM · DEDIT. 2) *Aliunde quoque noti sunt; Semonis Sanci inprimis cultui addicti erant.* 3) *baebiA* *f*LORA *Henzenus dubitans.*

1301a L · AEMILIVS · M · F · M · NEP · QVIR[1] · RECTVS · DOMO · ROM | QVI · ET · CARTHAGINIENSIS · E · SICELLITAN · E · ASSOTAN · E · LACEDAEMON | ET · ARGIVVS · E · BASTETANVS[2] · SCRIB · QVAESTORIVS · SCRIB · AEDILICIVS · CIVIS | ADLECTVS · OB HONOREM · AEDILITATIS · HOC · OPVS · TESTAMENTO · SVO · FIERI · IVSSIT

1301b L · AEMILIVS · M · F · M · NEPOS ∘ QVIR ∘ RECTVS | DOMO · ROMA · QVI · ET · CARTHAG · ET · SICELLITANVS | ET · *a*SS*o*TAN · E · LACED*ae*MONIVS · ET · ARGIVS · ET · BA*s*TTANVS | ET · SCRIBA · QVAESTORIVS · SCRIBA · AEDILICIVS ∘ CIVIS ∘ | ADLECTVS · OB · HONOREM · AEDILITATIS ∘ CONCORDIAE | DECVRIONVM · TESTAMENTO · SVO · FIERI · IVSSIT | L · AEMILIVS · SENEX · HERES · SINE · DEDVCTIONE · XX | VEL · TRIBVTORVM ∘ EX · CCL · LIBRIS · ARGENTI · FECIT[3]

Carthagine nova. Corp. II, 3423 descr. Huebnerus litterasque elegantissimas videri esse aevi Traiani adfirmat; 3424 ad exempla antiqua. — 1) *Hominem domo Roma tribui Quirinae adscriptum esse iure miratur Grotefendius Imp. Rom. trib. descr. p. 76. Cf. Corp. II, 2600.* 2) *Scil. civis adlectus sive incola.* 3) *'Equidem crediderim aediculam testatorem fieri iussisse Concordiae decurionum, ita ut et solum ubi fieret reipublicae legaret et sumptibus librarum argenti CCL heredem damnaret, heredem autem pro sua liberalitate et summam plene impendisse non deducta vigesima et soli illius tributum, quamvis a morte inde testatoris ad rempublicam pertineret (Dig. 30, 39, 5), donec aedicula perficeretur ipsum numeravisse.' Mommsenus l. l.*

1302 *L. m*ARIVS L · LIB · DORYPHORVS ANNVLOS AVREOS | *co*NSECVTVS A DIVO COMMODO · SCRIB AEDILIC ET | *tri*BVNIC · SCRIB · LIBR · AEDIL · CVRVL · PRAECO COS | *pra*EC · QVAESTORIVS · SACERDOTAL · VIATOR · AVGVRVM | *lict*OR CVRIAT · LAVRENS LAVINAS FECIT SIBI ET | . . . AE ASCLEPIODOTE CONIVGI · ITEM LIBERTIS | LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM

Romae. Orelli 2176 ad exempla antiqua.

1303 SEX · CAECILIO | EPAGATHO | SCRIB · LIBR · TRIBVNICIO | APPARITORI · CAESARVM | SCRIB · LIBR · Q · III · DECVR[1] | VIAT · III VIR · ET · IIII VIR[2] | SCRIB · LIBR · AED · CVR | PATRI · OPTIMO | SEX · CAECILIVS · SEX · F | QVIR · BIRRONIANVS · ET | M · CAECILIVS · SEX · F | QVIR · STATIANVS

Romae. Henzen 6560 qui vidit. — [1]) *Scrib(ae) libr(orum) q(uaestorio) trium decur(iarum).* [2]) *Viat(ori) triumvir(um) (sc. capitalium) et quattuorvir(um) (sc. viarum curandarum).*

1304 C · IVLIVS · AVG · L · SAMius | PROC | ACCENSVS · DIVI · CLAVDII · Et | NERONIS · AVGVSTI | PATRONORVM

Tibure. Henzen 6341.

1305 EVTACTO | AVG · LIB · PROC | ACCENSO DELAT[1] | A · DIVO · VESPASIANO | PATRI · OPTIMO | CLEMENS FILIVS

Romae. Henzen 6346 qui descr. — [1]) *Accenso delato cf. Frontin. de aq. 100.*

1306 L · LICINIO | SECVNDO | ACCENS | PATRON · SVo | L · LICN · SVRAE[1] | PRIM · SECVND | TERT · CONS · EIVS | IIIIII VIR · AVG · CoL · | I · V · T · TARRAC · ET | COL · F · I · A · P · BARC | C · GRANIVS · FELIX · | AMICO

Barcinone. Corp. II, 4544 descr. Huebnerus (cf. n. 4535—4548).* — *Legendum: L. Licinio Secundo accens(o) patron(o) suo L. Licin(io) Surae prim(o) secund(o) tert(io) cons(ulatu) eius, sexvir(o) Aug(ustali) col(oniae) I(uliae) V(ictricis) t(riumphalis) Tarrac(onensis) et col(oniae) F(aventiae) I(uliae) A(ugustae) P(iae) Barc(inonis). C. Granius Felix amico.* — [1]) *Notus est Traiani amicus cf. supra n. 635, Mommsenum Ind. Plin. epist. ed. Keil p. 417. Cos. I anno inc., II ord. a. 102, III ord. a. 107.*

1307 M · CORNELIVS M · L | APOLLONIVS LICTORIS | M · CORNELIVS · Q · L | MACEDONIS · LICTORIS · VIV | POMPILIA · C · F · VXSOR

Romae. Corp. I, 1045 Ritschl tab. XLII M ad lap. — *'Lapicida cum in exemplo sibi tradito reperisset* M · CORNELI · M · L · APOLLONI · LICTORIS · M · CORNELI · Q · L *cet., deceptus ambigua scriptura in* I, *quae et primum et secundum casum significare potest, quod plene scriptum fuit, geneticum ut significaret, pro nominativo habuit et perperam solvit.' Mommsenus l. l.*

1308 L · ANINIVS · L · L · EROS | LICTOR | AVGVSTI · CAESARIS | EX · TESTAMENT · ARBITRATV | THIASI · L

Carsiolis. I. Neap. 5698 ad exemplum antiquum.

1309 P · AEMILIO P · F · NICOMEDI PATRI | INCOMPARABILI | DECVRIALI DECVRIAE LICTOR | COS · TRIVM DECVRIAR X̄ · PRIMO | ITEM DECVR · LICTOR · POPVLARIS | DENVNTIAT · X̄ · PRIMO | ITEM PRAECON · AEDILIVM CVRVL · X̄ PRIMO | AEMILII NICOMEDES ET NICOMEDES | ET THEOFILA FILĪ ET | HEREDES FECERVNT

Romae. Orelli 3216.

1310 D · M | TI · CLAVDIO · FESTO · LICTORI | IDEM · DECVRIAL · DECVRIAE · PVL|LARIAE · CONIVGI . . . . ANICIA

Romae. Henzen 6544.

1311 PERSICVS LIBERTVS MANVMISSVS AT · CONSILIVM | PROCVRATORIO NOMINE APVD DOMITIAN · CAES · IN | SECVN · COS[1] | EXERCVIT DECVRIAS DVAS VIATORIA | ET LICTORIA · CONSVLARES · C · CORNELIO PERSICO | F · HABENTI EQVVM PVBLICVM · CORNELIAE ZOSIMAE | MATRI EIVS · HABENTĪVS · QVATTVOR LIBER · BENE|FICIO CAESAR[2] · LIBERTIS · LIBERTABVS · POSTERISQVE | SVIS · EORVMVE

Romae. Grut. 631, 2 e Mazochio (Orell. 2676). — [1]) *A. 73.* [2]) *Habenti ius quattuor liber(orum) beneficio Caesar(is).*

1312 D · M · | L · POMPEIO · AVG · LIB | FORTVNATO | NVMICLATORI | ACENSVS[1] · LICTORI | AVG · ĪĪĪ · DECVRIAR · | POMPEIA · PIA | VXOR · VIRO | RARISSIMO · FECIT

Florentiae in museo. Iahn spec. epigr. p. 93 qui descr. (Henz. 6547). — [1]) *I. e. nomenclatori a censibus cf. Henz. 5727.*

1213 L · VOLVSIO | VRBANO | NOMENCLATORI | CENSORIO

Romae. Grut. 630, 3 descr. Smetius (Orell. 3231).

1314 L · FAENIO · L · FIL | DONATO · EQ · R | DECVRIALI · DEc | VIATOR · COS | VIXIT · AN · XXIX · | M · V · D · II · L · FAE|NIVS · CHRESI|*mus* . . . .

Romae. Bull. Inst. arch. 1857 p. 182 descr. Henzenus.

1315 H · V · V · S[1] | C · IVLIVS C · F | PAL · RVFVS | TRIB · MILIT · BIS | FANI CVRATOR V · Q | AB AERARIO SATVRN[2]

Tibure. Grut. 424, 8 a Pighio Smetius (Orell. 3964). — [1]) *H(erculi) V(ictori) v(otum) s(olvit) (?)* [2]) *V(iator) q(uaestorius) ab aerario Saturn(i).*

1316 DIIS MANIBVS | M · TREBELLIO ARGOLICO | TABVLARIO VIATORVM | QVAESTORIORVM AB | AERARIO AMICO OPTIMO | PRISCVS T · FLAVI | POLYCLITI V · Q · SER | ET TREBELLIA GRAPHICE CON B M

Romae. Murat. 751, 1 (Orell. 3245).

1317 CLESIPVS · GEGANIVS[1] | MAG · CAPItol[2] · MAG · LVPERC · VIAT · TR

Mesae (ad Medias) in paludibus Pomptinis. Corp. I, 805 descr. Rossius et Detlefsenus. — [1]) *Cf. Plin. h. n. 34, 3, 11 sq.* [2]) *Cf. Mommsenum l. l. Liv. 5, 50. Cic. ad Q. fratr. 2, 5, 2. Liv. 2, 27.*

1318 Q · CONSIDIVS Q · L · EROs | VIATOR · AED · PL · LEGE · PAPIRIA | LVPERCVS QVINCTI|AL VETVS | ACCENSVS · COS | MAGISTER · TRIVM | DECVRIAR | CONSIDIA · Q · L · AMMIA · L[1]

In via Tiburtina. Mus. Rhen. VI (1848) p. 38 ex cod. Vat. 7113 ed. Mommsenus (Orell. 2253). — [1]) *Considia Q. l(iberta) Ammia, liberta.*

1319 LIBErO · PATRI · PROCLIANO · SACRVm | C AVILLIVS · C · F · ROMILIA · LIGVRIVS | LVCANVS · PATER · VIATOR · III VIRALIS | IIII · VIRALIS · SACERDOS · ISIS · ET | . . . . . .

Romae. Bull. Inst. arch. 1869, p. 70 descr. Bormannus.

1320 VALERIVS · L · L | STASIMVS MAG | CONL · VIATORVM

Romae. Orelli 3256.

1321 C · MATIVS · AMPHIO · PATRONVS | PRAECO · EX · TRIBVS · DECVRIS | QVI · COS · CENS · PR · APPARERE · SOLENT | APPARVIT · CAESARI · AVGVSTO | MATIA · C · C · C · L[1] · IVCVNDA · VXOR | C · MATIVS · VRBANVS · CONLIBERTVS | ARBITRATV · C · MATI · VRBANI · CON-
5 LIBERTI

Romae. Henzen 6555. — [1]) *Trium Gaiorum l(iberta).*

1322 M · FALCIDIO | M · FIL · PAL | HYPATIANO | ADLECTO IN | ORDINEM DEC | PVTEOLANOR | ORDO | DECVRIAE · IVLIAE | PRAEC · COS | OB · MERITA | M · FALCIDI · CVPITI | PRAECONIS · ET | APPARITOR · AVG | PATRIS · EIVS

Romae. I. Neap. 6799 descr. Mommsenus. (Orell. 4921).

1323 APOLLINI · SILVANO | ASCLEPIO · NIMPHIS | SACRVM | L · IARATIVS · PHOEBVS | DECVRIALIS · DECVR · IVLIAE | PRAECO . . . . . CONSVLARIS | VOTO · SVSCEPTO · D · D · CVM | PHOEBIANO · FILIO

Vicaroli non procul ab urbe Roma. Grut. 36, 6 a Pighio Smetius.

1324 C · MATIENI · C · F · OVF | OVICVLAE | ANNORVM XXVII | PRAECO · IDEM · DISSIGNATOR

Pontecurvo. Smetius f. 96, 9 qui descr. et adnotat, subsequi epigramma octo versuum minusculis litteris exaratum sed plane desperatae lectionis; verba nonnulla ex eo adfert Gruterus ex Panvinio. (Orell. 3212).

1325 DIS · MANIB | TI · CLAVD | MELIPTHONGO | OBVLTRONIANO | PVBLIC · A SVBSEL | TRIBVNORVM[1] | VIX · AN · XL | PRIMITIVOS | PATRI · CARISSIM | POSVIT

Romae. Henzen 6554 descr. Kellermannus. — [1]) *Unicum quod sciam exemplum est quo libertus vocatur* publicus *scil.* reipublicae servus; *dicere voluit scriptor tituli: Ti. Claudio Melipthongo, qui olim cum servus publicus esset, fuit a subsellis tribunorum.*

1326 D · M | L · MANLIO L · F · PAL | SEVERO REGI SAC|RORVM[1] FICTORI PONTIFICVM P · R · IIII|VIRO BOVILLENSI|VM · COLLACTANE|O DVLCISSIMO ET | INDVLGENTISSIMO | ERGA SE FECIT

Romae. Orell. 2281 descr. Henzenus. — [1]) *Scilicet Bovillis.*

1327 C · IVLI | PHILOCAL
TI · CLAVDIVS | NATALIS | Á LIBRIS | PONTIFICAL

Romae rep. I. Neap. 6880 descr. Mommsenus. (Orell. 2438).

1328 DEO | SOLI VISu | Q · OCTAVIVS · DAPHNICVs | NEGOTIAS · VINARIVS · A SEPtem caes.[1] | TRICLIAM · FEC · A SOLO INPEnsa | SVA · PERMISSV · KALATOR · PONtific | ET · FLAMINVM · CVI · IMMVNITAS . . . | DATA · ES (*sic*) · AB EIS · SACRVM · FACIEND . . .

Romae. Marini Atti I p. 210 ex sched. Barberinis. — [1]) *A septem Caesaribus cf. infra n. 2511.*

1329 KALATORES · PONTIFICVM · ET | FLAMINVM | P · CORNELIVS IALVSSVS | D · VALERIVS · ALEXANDER | TI · CLAVDIVS HERONAS | L · TETTIENVS FELIX | L · CORNELIVS HELIVS | C · ASINIVS HIERAX | M · ANNIVS PHIDVS | L · IAVOLENVS PHOEBVS | APP · ANNIVS FALERNVS | TI · CLAVDIVS DaphnVS

Romae. Marini Atti I p. 210 qui descr.

1330 FIRVIAE (*sic*) · C · F · PRIMAE | ANTIOCHO · PVBLICO · P · R | AEMILIANO · PONTIFICALI | PRIMVS · PVBLICVS · TVSCVLANORVM | ARCARIVS · VIR · HERES · PRIMAES · F · C

Romae. Marini Atti I p. 213 qui descr.

1331 COELIAE CLAVDIANAE V V MAXIMAE[1] | SANCTISSIMAE PIISSIMAEQVE | CVIVS EGREGIAM SANCTITATEM | ET IN DEORVM INFATIGABILEM SACRORVM | OPERATIONEM MERITIS SVIS LAVDIS AETERNAM | ADHIBITA GRAVITATE NVMEN QVOQVE VESTAE | COMPROBAVIT ·
5 SACERDOTES SACRAE VRBIS | DEDICATA V KAL MART M IVNIO MAXIMO II ET | VETTIO AQVILINO COS[2] CVRANTE FL MARCIANO | V E FICTORE V V[3]

Romae. Orelli 2234. — [1]) *V(irgini) V(estali) maximae.* [2]) *A. 286.* [3]) *V(iro) e(gregio) fictore v(irginum) V(estalium).*

1332 D · LICINIVS | D · L · ASTRAGALVS | SACERDOS · VIRGINM | VESTALIVM

Romae. Bull. Inst. arch. 1863, p. 11.

1333 L · IVNIVS · SILANI | L · PARIS · DISPES | CALATOR · AVGVR | VIXIT · ANNOS · XXXII | IN FR · P · XII · IN · AG · XII

Romae. Orelli 2434.

1334a D · M | HELIO · AFIN | PVB · AVG | SEXTIA · PSYCHE | CONIVGI · B · M

1334b DIS · MANIBVS · SACRVM | VIVENIAE · L · F · HELIADI | VIXIT · ANNIS · XVI · MENSIB · VI | FECER · HELIVS · AFFINIANVS · PVBLICV | AVGVRVM · CVM · SEX · PSYCHE · CONIVGE | FILIAE · PIENTISSIMAE

Romae. Fabretti p. 336 n. 502 et 503 qui descr. In lapide a *visuntur insculpti iuvenis et puella iungentes manus super ara, cui tres panes impositi; iuvenis sinistra volumen tenere videtur. In utroque latere duo genii alati, infra sphinges tripodibus insistentes.*

1335 DIS · MANIBVS | L · ANCHARIO · PRISCIAN | VIXIT · AN · II · M · X · DIEB · XXVIII · ET | ANCHARIAE · FELICISSIMAE | VIX · A · XI · M · X · D · XV · FIL · DVLCISSIMIS · FECER | MAGNVS · PVBLICIANVS · PVBLICVS · XV · VIR · S · F | ET · ANCHARIA · FELICVLA · SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS | LIBERTABVSQVE · POSTERISQ · EORVM

Romae. Fabretti p. 336 n. 504 qui descr.

1336 VINICIO · COCTAEO · CALAT | VII · VIR · EPVL · LIBERTO | OPTIMO · PATRONVS

Fundis. I. Neap. 4141. (Orell. 2433).

1337 D · LAELIVS · BALBI · L | SATVR · VIATOR | VII · EPVLON

Romae. Murat. 174, 6 (Orell. 2459).

1338 HERODES | VOLVSIANVS | PVBLIC · SEPTEMVIR | FECIT SIBI · ET · SVIS

Romae. Marini Arv. I p. 213 qui descr.

1339 VALERIAE | DONATAE · VXORI | CARISSIMAE · FECIT | TI · CLAVDIVS | AVG · LIB · LYSIMACHVS · VIATOR | SODALIVM · AVGVSTALIVM | ET · SIBI · POSTERISQVE · SVIS · ET | LIBERTIS · ET · LIBERTABVS | POSTERISQVE · EORVM

Tibure. Henzen 6104 qui descr.

1340 D · M · SACR · | ECHIONI · HAE | PVB · SÓD · AVG · | Á · SÁCRIS · B · M · | SVCCESSVS · VÁ | PVB · Á SÁCRA | DIVI · AVG² · PATRO | ET · FORTVNATA | LÍB · FECÉ · QVI · VIXIT | AN · LXXV · S · CRI · VL

Romae. Henzen 6105 descr. Kellermannus. — Legendum: D(is) M(anibus) sacr(um) Echioni Hate(riano) pub(lico) sod(alium) Aug(ustalium) a sacris b(ene) m(erenti), Successus Va(lerianus) pub(licus) a sacra(rio) divi Aug(usti) patro(no) et Fortunata lib(erta) fece(runt), qui vixit an(nos) LXXV s(ine) cri(mine) ul(lo) (?). — Ibidem Successi et Fortunatae tituli mortuarii reperti sunt (Henz. 6106. 6107):

1340a D · M · S · | SVCCESSVS · PVBL | VALERIANVS · AEDE(*tuus*) | A SACRARIO · DIVI AVG | FECIT SE VIVO B B

1340b D · M · S · | SVCCESSVS · PVB | VALERIANVS · A | SACRARIO · ANNIAE · FORTVNATAE | CONIVGI · SVAE · CARIS|SIMAE · B · M · F · | VIXIT · ANNIS · XXX

1341 D M | GRAPHICO PVBLICO MAECIANO SODALIVM TITIVM | SCRIBONIA SYNTYCHE CONIVGI KARISSIMO FECIT | ET SIBI ET SVIS POSTERISQVE EORVM IN FR · P · VII · IN AG · P · XII

'In terra Galerae (lege Galeatae) *in Etruria'. Gori I. Etr. 3 p. 128 ex Gudianis.*

1342 D · M | CLODIAE · EVTYCHIAE | ALEXANDER · IVLIANVS | PVBLICVS · CVRIONIS | MAXIMI · CONIVGI · SVAE | DE SE · BENAE·

MAERITAE (*sic*) | FECIT | TITVLVM · MARMOREVM | POSVIT · HIC · SITVS · EST

Romae. Bull. Inst. arch. 1866 p. 167.

1343 Q · SERVILIVS · Q · L · AVCTV*s* | VICTVMARIVS[1] · FECIT · SIB*I* | ET · ACANIAE · Q · L · LEPIDAE

Romae. Bull. Inst. arch. 1857 p. 65 descr. Henzenus. — [1]) *Cf. titulum quem Hadriano dedicaverunt a. 129 (Corp. VI, 971 = Or. 2453):* colleg(ium) victimarior(um) qui ipsi et sacerdotibus et magist(ratibus) et senatui apparent, quod cum commodis eorum impugnaretur liberalitate eius restituta sint.

1344 DIS · MANIBVS | COLLEGIO · SYMPHONIA|CORVM · QVI · SACRIS · PVB|LICIS · PRAESTV · SVNT · QVIBVS | SENATVS · C · C · C[1] · PERMISIT · E | LEGE · IVLIA[2] · EX · AVCTORITATE | *d* · AVG · LVDORVM · CAVSA

Romae in columb. extra portam Capenam sito. Henzen 6097 descr. Mommsenus. — [1]) *C(oire) c(onvocari) c(ogi).* [2]) *Lex de collegiis antea ignota cf. Mommsenum Ztschr. f. gesch. Rechtsw. XV, 3 p. 353.*

1345 COLLEGIO · TIBICINVM | ET · FIDICINVM · ROMANORVM · QVI · S · P · P · S[1] | TI · IVLIVS · TYRANNVS | *i*MMVNIS · PERPETVVS · ET | *ti.* IVLIVS · TYRANNVS · F | H C D D[2] | DEDICATVM K MART | *l.* *u*RSO · SERVIANO · II · L · FABIO · IVSTO · COS[3]

Romae. Orelli 2448 descr. Henzenus. — [1]) *Qui s(acris) p(ublicis) p(raesto) s(unt).* [2]) *H(oc) c(olumbarium) vel h(onoris) c(ausa) d(ederunt) d(edicarunt).* [3]) *A. 102.*

1346 . . . *in*VICTISSIMO | *imp. m.* AVRELIO | *ca*RINO PIO | *fel.* INVICTO AVG | . . . SV . . . TABVL | *su*MMARVM · RATIONVM | *cum* PROXIMIS ET ADIVTORIB | *nu*MINI EIVS DICA|TISSIMI

Romae. Henzen 6567 qui vidit.

